


Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.




ψ 2 $\frac{66}{\text{III}}$ 1

C. हिर. 22 *

= C Per U 11

हिर 2771 पं. 197

= C Acm 261



ARCHIV

FÜR

PHILOLOGIE UND PÆDAGOGIK.

Herausgegeben

von

Dr. *Gottfried Seebode*

und

M. *Johann Christian Jahn.*

Erster Band. Erstes Heft.

Leipzig,
Verlag von B. G. Teubner und F. Claudius.

1 8 3 1.

NEUE
JAHRBÜCHER
FÜR
PHILOLOGIE UND PÆDAGOGIK,
oder
Kritische Bibliothek
für das
Schul- und Unterrichtswesen.

In Verbindung mit einem Verein von Gelehrten
herausgegeben
von
Dr. *Gottfried Seebode*
und
M. *Johann Christian Jahn.*



Erster Supplementband. Erstes Heft.

Leipzig,
Verlag von B. G. Teubner und F. Claudius.

1831.

Vorwort.

Zur Wiedereröffnung des in vorigem Jahre geschlossenen Archivs für Philologie und Pädagogik sind uns aus den verschiedensten Gegenden Deutschlands so vielfache Aufforderungen zugekommen, dass wir das allgemein gefühlte Bedürfniss einer solchen Zeitschrift nicht länger verkennen können. Unsere eigene Ueberzeugung von der Nützlichkeit einer Zeitschrift der Art und unsere Bereitwilligkeit zur Fortsetzung derselben hatten wir bereits früher ausgesprochen, und darum würden wir nach den erwähnten Aufforderungen nicht weiter angestanden haben, jenes Archiv wieder zu eröffnen, wenn nicht die Stürme und Bedrängnisse der Zeit, welche auch das wissenschaftliche Leben und den literarischen Verkehr über die Maassen drücken und hemmen, in wissenschaftlicher und merkantiler Hinsicht noch manches Bedenken zurückgelassen hätten. Nicht also zum Beginn einer neuen Zeitschrift konnten wir uns für jetzt entschliessen, bei welcher wir die Verpflichtung auf uns genommen hätten, in bestimmten Zeitabschnitten eine bestimmte Anzahl von Nummern oder Heften derselben zu liefern. Wohl aber haben uns jene Aufforderungen bestimmt, das Archiv für Philologie und Pädagogik so weit wieder ins Leben treten zu lassen, dass wir, ohne an eine feste Zeit und Zahl gebunden zu sein, zwanglos einzelne Hefte desselben erscheinen lassen, so oft passendes Material dazu vorhanden ist. Dabei haben wir für zweckmässig erachtet, sie als einen integrirenden Theil der Neuen Jahrbücher für Philologie und Pädagogik herauszugeben. Es soll nämlich der Theil der Jahrbücher, welchen wir in dem Vorberichte durch die allgemeine Rubrik *Abhandlungen* bezeichnet haben, in besondere Hefte abgesondert werden, die als Supplemente zu den regelmässig erscheinenden Heften hinzutreten. Diese Supplemente nun, von denen gegenwärtiges Heft das erste ist, sind ausschliessend für Abhandlungen und selbstständige Aufsätze bestimmt, und ihr Kreis und Inhalt wird derselbe sein, welcher früher für das Archiv für Philologie und Pädagogik festgesetzt war, nur dass alle Kritiken und Anzeigen neuerschienener Schriften und alle Schul- und Personalnachrichten davon ausgeschlossen und den eigentlichen Jahrbüchern vorbehalten bleiben. Philologische und pädagogische Aufsätze also nach dem Gesammtumfange der classischen Alterthumskunde und des höhern Schulwesens werden ihren Inhalt ausmachen. Die Forderungen an diese Aufsätze sind, dass sie durch allgemeines Interesse des in ihnen enthaltenen Gegenstandes, durch wissenschaftliche und gründliche Erörterung, durch Neuheit und Wichtigkeit der Forschung oder Zusammenstellung und durch eine den Forderungen der Humanität entsprechende Darstellung sich empfehlen, dass sie den Gegenstand in einer gewissen Abgeschlossenheit behandeln und nicht bloss aphoristische Einfälle sind, und dass sie ihrem Inhalte nach einen mehr als

ephemeren Werth in sich tragen und zur Förderung der Wissenschaft scientivisch oder methodisch beitragen. Sie können nach Belieben oder nach der Beschaffenheit der Materie in deutscher, lateinischer, griechischer oder französischer Sprache geschrieben sein. Die Mittheilung derselben erwarten wir nicht bloss von den Gelehrten, mit denen wir desshalb in besondere Verbindung getreten sind, sondern von jedem, der über irgend einen Gegenstand des angegebenen Kreises etwas zu schreiben gedenkt und sich unserer Zeitschrift zur Bekanntmachung desselben bedienen will. Natürlich behalten wir uns die Auswahl aus diesen Mittheilungen in sofern vor, als wir Gediegenheit und Reichhaltigkeit bei diesen Aufsätzen uns streng zur Aufgabe gemacht haben. Uebrigens verlangen wir nicht bloss eigene Aufsätze der Gelehrten, sondern eben so willkommen werden uns Mittheilungen von wichtigen Ineditis, von Vergleichungen von Handschriften und dergl., ja selbst von kürzeren Bemerkungen und Notizen sein, sobald diese einen wahrhaft wissenschaftlichen Werth haben. Desshalb behalten wir uns auch vor, aus Werken des Auslandes und aus Programmen und andern Gelegenheitsschriften Mittheilungen, und von den letztgenannten selbst vollständige Abdrücke zu liefern, sobald ihr Inhalt wichtig und ihre allgemeine Zugänglichkeit nicht vorauszusetzen ist. Verfasser von Schriften der letztern Art werden daher freundlich ersucht, uns bei der Mittheilung derselben für die Jahrbücher zugleich zu bemerken, ob sie den Abdruck, wenn wir ihn für nöthig halten sollten, gestatten wollen. Ueber die äussere Form dieser Supplementhefte ist nur noch zu bemerken, dass jedes derselben aus 10 Bogen bestehen wird, und dass je viere einen Band ausmachen. Da wir übrigens für die Vollendung der einzelnen Bände an eine bestimmte Zeit nicht gebunden sein, sondern das Erscheinen von dem Vorhandensein brauchbaren Materials abhängig machen wollen, so ist die Einrichtung getroffen, dass jedes einzelne Heft ein für sich bestehendes Ganzes ausmacht und einzeln verkauft wird. Die aufzunehmenden Aufsätze werden desshalb so weit als möglich immer vollständig in einem Hefte abgedruckt und nicht in mehrere vertheilt werden. Der Zusammenhang der einzelnen Hefte besteht nur darin, dass durch je vier derselben die Seitenzahl fortgezählt ist. Die jährlich erscheinende Anzahl der Hefte müssen wir unbestimmt lassen; wahrscheinlich aber werden jährlich nicht über vier erscheinen. Da wir übrigens die allgemeinere Verbreitung dieser Supplemente auch durch möglichst wohlfeilen Preis zu befördern wünschen, so haben wir durch wenigstens vorläufige Verzichtung auf Honorar die Verlagshandlung dahin vermocht, dass sie jedes einzelne Heft für den Preis von 16 Gr. liefern wird. Für die, welche diese Supplemente als eine besondere Zeitschrift ansehen wollen, ist überdiess jedem Hefte ein zweiter Specialtitel beigelegt.

Leipzig, im September 1831.

Die Herausgeber.

Quaestiones grammaticae e C. Cornelio Tacito repetitae.

Scripsit *C. L. Roth.*

§ 1.

Qui dativus commodi et incommodi dicitur, latius patet, quam grammatici solent demonstrare. Nam alii multa praetermittunt, quae eo sunt referenda; eademque alii alio ducunt. Quod enim Ramshorn. verba *consulere*, *cupere*, *mactare alicui* ab hoc genere separat, non ausim equidem caussis allatis tueri. Sed hanc excusationem illa dubitatio habet, quod vix unquam fieri posse videtur, ut communi aliquo praecepto, quidquid eo referendum est, id omne ostendatur et circumscribatur. Contra, si qui e libris grammaticis volunt intelligere, quid quantumque liceat, aut non liceat, velut jactatione quadam incerti aguntur, nullius rei magis expertes, quam ejus, quae ex libro grammatico praecipue petitur, usus dico loquendi, quem optimus quisque scriptorum commendat. Neque est certior via ad eam rem sarciendam, quam, si exempla conquisita olim eum in ordinem redigentur, quem Schulzius in pluribus aliis praeceptis servavit. Quae mihi praesto sunt, hunc in usum deponam. Liv. III, 22: equites item suae cuique parti post principia collocat. IV, 9: auxilium prope eversae urbi implorantes. V, 26: largitioni tribuniciae adversarius quaerebatur. ib. 29: continuare latoribus legis tribunatum. VI, 3: opem rebus adfectis orantes. ib. 9: legiones urbanae ei decernuntur. ib. 31: eo laxamento plebi sumto. VII, 30: vobis arabitur ager Campanus, vobis Capua urbs frequentabitur. VIII, 23: diremerat hostibus societatem auxilii mutui. ib. 38: locum castris dimetari jussit. X, 29: spolia hostium Jovi Victori cremavit. XXI, 18: in quo quum caveretur utrorumque sociis. ib. 40: exercitus Hispaniae provinciae scriptus. XXIV, 4: in Sicilia Romanis omnia mutaverat mors Hieronis. XXVI, 3: quoad vel capitis vel pecuniae judicasset privato. ib. 40 (cfr. XXVII, 5, 5.): ut esset non incolarum modo alimentis frugifera insula. XXVII, 35 (cfr. XXXV, 20, 9.): cui pro Etruria Tarentum mutaverant provinciam. ib. 36: legionibus populus tribunos creavit. XXXII, 38: duas faces novantibus res ad plebem accendendam. ib. ib.: jam

opera admoventi deditio est facta. XXXV, 24: ut dilatum viro tali, non negatum adpareret. XXXIX, 1: hostis velut natus ad continendam Romanis disciplinam militarem. XL, 57: ad vires bello contrahendas. XLII, 50: quod, sicubi populo R. sua fortuna labet, antiquos animos regibus suis videatur posse facere.

Sall. Cat. 15: vacuam domum scelestis nuptiis fecisse. fr. III, 22: pugnatur et vincitur paucis. Caes. b. c. I, 8: debere et studium et iracundiam suam reipublicae dimittere. II, 16: quibus ipsi magna speravissent. Corn. Nep. XXI, 1: Xerxi maxime est illustre.

Tacitus, quae ab optimo quoque scriptorum ita comparata habuit, et in rem suam convertit et alia addit. Ut omittam illa notiora, *petere*, *quaerere*, *decernere*; Ann. II, 13 *mactare* idem cum dativo junxit. Tum Ann. I, 47: simul adolescentibus excusatum, quaedam ad patrem rejicere. ib. 65: utque tali in tempore, sibi quisque properus. III, 56 (cfr. Hist. IV, 53): veneratus Deos, ut consilia sua reipublicae prosperarent. IV, 14: Aesculapii delubro vetustum asyli jus ut firmaretur. XV, 53: ludorum die, qui Cereri celebraretur. Hist. II, 26: tanquam fratri proditionem ageret. Germ. 33: super LX millia oblectationi oculisque ceciderunt. ib. 38: in altitudinem quendam et terrorem adituri bella comti ut hostium oculis ornantur.

Difficile sine dubio est, dativum commodi omnibus locis ita internoscere, ut nemine refragante illum statuas teneasque. Nam si libros grammaticos inspicimus, ingens quaedam ac densa silva praeceptorum de hoc casu adparet; unde, quae sit vera ratio linguae latinae, minime perspicitur. Si enim *esurio mihi* dativus commodi est, qualis est dativus *servire* sive *consulere* patriae? Nonne, quae numeris signisque a conditoribus librorum grammaticorum distinguuntur, ejusdem saepe generis sunt? Ut paucis absolvam, tria, nec amplius, genera casus dativi esse censeo. Primum est eorum verborum, adjectivorum, adverbiorum, quae efficiunt, ut quaeras: cuinam? Nam ille dat. comm. et quem subjungunt ei, dat. ethicus, ne minimo quidem discrimine ab illo nativo quasi dativo differunt. Ac mirum sane, quod dativum eth. ut proprium linguae lat. inferunt: cujus e lingua vulgari exempla plurima, quisquis voluerit, petere potest. Quo minus autem, quam longe pateat illud dativorum primum et antiquissimum genus, olim intelligeretur, nil aliud obstitit, quam nimium habita linguae patriae ratio; cujus ab usu quotidiano paulum recedere oportet, si quis ad fontes ipsos linguae latinae voluerit aut descendere, aut deducere. Quotus enim quisque grammaticorum, ut hoc uno exemplo utar, ipsam rationem explicat, qua efficiatur, ut *persuadere alicui aliquid* dicere sit necesse? Si quis ex iis verbis, quae alia de caussa dativum facere grammatici dicunt, ea elegerit, quae dativi primum genus sibi vindicat, in quibus etiam est *vacare*, *nubere*, *mederi*, hoc ipso praeceptorum ingens congeries

minuetur. Latinae linguae non minus quam ceterarum haec fuit fortuna, ut multorum verborum antiqua notio intercideret atque aboleretur. Hinc, quum verbum *nubere* paulatim exuta velandi notione solam vim *ineundi conjugii* teneret, non mirum, quod Cicero *nupta cum* dixerit. Grammaticorum est, a suis quaeque originibus deducere, ut discipuli, quae ratione fiunt, perspiciant potius, quam caeco quodam obsequio ediscant.

Alterum genus eos dativos complectitur, qui in locum accusativorum vel ablativorum cum praepositionibus junctorum cesserunt. Buttmannus n. q. l., si bene memini, in quovis genitivo vel dativo suspicionem ellipseos ait moveri. Id praeceptum, si paulo restrictius parciusque utare, praepeditam multis modis grammaticam explicat. Non ergo primo de dativis *personae*, tum de dativis rei, deinde de dativis ellipticis, seu natis e praepositionis alicujus ellipsi ages; quo fit, ut vera ejus rei ratio confundatur. Quid enim impedit, quo minus hic quoque dativus ellipticus sit dativus *personae* vel *rei?* Sed postquam de dativo primario egeris, hunc ellipticum inferes. Hujus erit, quod alii dativum rei nominant. *Do tibi dono* i. e. *do tibi in donum; vitio mihi dant*, i. e. *dant mihi in vitium; est mihi curae*, i. e. *est mihi in curam.* Huc *supplicare alicui* referendum est, quod est proprie *corpus suum sub aliquo complicare;* huc alia multa, quae vel habent grammatici, vel relinquunt. Liv. I, 11: scuta illi i. e. *in illam* pro aureis donis congesta. Neque aliter Tac. Ann. I, 5. Falso enim judicant, qui eandem praepositionem, quae cum verbo simplici juncta verbum compositum effecit, ad resolvendum dativum ellipticum adhibendam esse censent: quae opinio ingentium errorum caussa est. Ita enim, ut exemplum inferam, factum est, ut Ramsh. § 122 p. 359 existimare videatur, *Caesar Attici neptem privigno suo despondit*, habere dativum e compositione praepositionis *de* ortum; quod est primarium illud ac simplicissimum dativi genus. Indidem fit, ut, si grammaticos audimus, *infamiae haerere* Cic. in Cat. I, 6 alia de caussa dicatur, ac *fortuna uni viro innititur.* Simplex profecto grammaticis via patet ad dativorum genus alterum demonstrandum: ut praepositiones omnes, quarum ellipsi dativus efficitur, ordine et exemplis additis enumerent. Itaque multa verba composita et simplicia ejusdem praepositionis ellipsi dativum facere adparebit; et multa ad ellipsin supplendam alia praepositione indigere, quam quae cum verbo simplici juncta compositum effecit. Atque hos in usus pauca exempla addo.

Ante s. *coram.* Cic. de inv. I, 30: ut majoribus natu assurgatur. Caes. b. g. VII, 15: procumbunt omnibus Gallis ad pedes.

Ad s. *in.* Caes. b. c. I, 14: in forum productos Lentulus libertati confirmat. Liv. I, 26: arbori infelici suspende. II, 33: huic sumtus funeri defuit. X, 13: et se gloriae seniorum subcrevisse. XXI, 46: proelio sese expediebant. — Tum quaecun-

que aut verba aut adjectiva vel indulgentiam quandam vel acerbitatem indicant; XXVI, 15: facilis impetrandae veniae. XXXIII, 21 (cfr. XXXIV, 2, 10): mitis ac munificus amicis. Tac. Agr. 22: bonis comis. ib. 41: pronum deterioribus principem. Ann. VI, 36: praesentibus mobiles. Liv. XXXVI, 32: adversantibus asper. Tac. Ann. XI, 21: arrogans minoribus.

In. Liv. V, 51: sacra in ruina rerum nostrarum terrae celavimus. Hirt. b. afr. 10: huic adquiescebant homines.

A. Liv. XXIII, 10: nulli Campanorum secundus. Ann. I, 12: cui in universum excusari mallet.

De. Liv. XXXVI, 28: ingemuerant conditioni suae.

Adversus. Tac. XIV, 49 (cfr. Liv. III, 41, 3. XXIII, 12, 9): respondenti reticens. Liv. XXXV, 49: legatis regis et per eos absenti regi eum se jactasse.

Inexhaustae sunt poëtarum in hoc genere licentiae; e quibus ut unum Propertium afferam, satis hoc ipsum ad demonstrandum id quod volo erit. I, 9: Amphioniae moenia flere lyrae. ib. 12: praesenti flere puellae. ib. 15: multa prius vasto labentur flumina ponto. ib. 16: mea nocturno verba cadunt Zephyro.

Haud sane operae est, omnes e Tacito locos promere, qui hunc alterius generis dativum habent. Sed ille memorandus est, quem Schulz. § 79, 44 recepit, Ann. XV, 65: non referre dedecori etc.; tum, quem in libello de hendiad. p. 10. 11. explicare conatus sum, Agr. 30: nos terrarum ac libertatis extremos recessus ipse ac sinus famae, i. e. *a fama*, in hunc diem defendit. Ex quo illum libellum vulgavi, non habui, cur hanc opinionem mutarem; sed potius locus Ann. XIII, 55 postea inspectus eam firmavit. Ibi Boiocalus pro Ansibariis disserens jubet eos *servari intra hominum famam;* i. e. eos pati loca ea incolere, quae nota sint ac celebrata hominum generi, quae sint partes τῆς οἰκουμένης. Hoc iste postulat, qui quinquaginta annorum in Romanos obsequio gloriatur. Cui illud Agr. 30 mirum in modum respondet. Nam h. l. Calgacus, quae ejus est ferocia, hanc ipsam famam, sive τὸ *notum esse Romanis, partem* esse τῆς οἰκουμένης, detestatur et deplorat, priorem conditionem meliorem fuisse professus, qua Britanni ab hac fama secreti fuissent. Illud poscunt, qui externam pecuniam (Germ. 5, 15) et vina (ib. 23) norunt, hoc, qui se libertatis extremos esse ducunt.

De tertio genere dativorum, quod fit per attractionem, plura dicere nihil est necesse, quum praesertim Tacitus ei rei non multum materiae praebeat. Nihil enim novi nec difficultatis habent loci, qualis est Ann. I, 59: ut quibusque bellum invitis aut cupientibus erat. cfr. Liv. XXI, 50, 10. Neque vero praetermittendum, grammaticos in iis, quae de dativo praecipiunt, male hanc unam attractionis speciem, *mihi nomen est*, tractare (Ramsh. p. 340), ceteras alio transferre. Ac duo sunt loci, alter Livii, alter Sallustii, quorum mentio inferri debebat. Ille demonstrat, Latinos *liberum est* haud se-

cus ac *licet* usurpasse. Liv. XXXII, 32: ut sibi liberum esset, vel ad bellum manenti, vel ad pacem decedenti inclinare rem. Neque erat, quod R. § 168 p. 634 diceret, inferioris aevi scriptoribus eanden in *necesse est* attractionem placuisse: qui ib. Livii locum insignem XXI, 44 memoraverit. Sall. Jug. 84: neque plebe militia volenti putabatur. Eodem referendum Corn. N. X, 4: neque ullum tempus sobrio relinquebatur.

Genera duo priora ut cum tertio confundi nequeunt, ita alterum ab altero non omnibus locis discerni potest. Quod plurimum abest, ut ipsum praeceptum rescindat. Nam illud persaepe fit, ut inter res duas per se discretas ac separatas media quaedam relinquantur, quae utri adtribuas dubitare cogaris. Itaque illa omnibus nota, *bellum alicui moliri*, *gerere* (Liv. III, 2), *facere*, *implacabilem esse alicui* (Liv. XXV, 16), se suis etiam sordere (Liv. IV, 25), *hora frementibus advenit* (Liv. IX, 5), stabilis amicis (Cic. de inv. I, 30), et quaedam similia interjecta inter genus primum et alterum esse videntur, ut vel dativum primarium esse vel ellipticum statuas.

§ 2.

Quae de dativo praecipienda sunt, ea non quidem absolverit, si quis de tribus caussis dativi disseret. Addendum erit, quod de genitivis, accusativis, ablativis loco dativorum positis ars grammatica statuit. Ad genitivos illos non suppetit, quod e Tacito conferam. Nec vero inutile esse crediderim, si Schulzii indicem Gramm. § 81 paullum auxero, et quae forte aliter se habere intellexi, adjecero.

Praevehi c. acc. Ann. II, 71.
Praelati castra Liv. V, 26. cfr. VI, 29. VII, 24.
Praefluere c. acc. Ann. II, 63. XV, 15.
Praetendi c. dat. Ann. II, 26. Hist. II, 6. 39.
Praevenire c. acc. Ann. I, 30. II, 65. Hist. I, 5 et locis innumeris. Liv. VIII, 31.
Praecedere c. acc. Liv. XXXVIII, 41.
Praelegere c. acc. Ann. II, 79. VI, 1.
Praefestinare c. acc. Ann. V, 10.
Praecellere c. acc. cujus exemplum reperiri Sch. negat p. 445, Ann. II, 45.
Praevolare c. dat. Hist. I, 62. non sine dubitatione quadam huc referre licet.
Praecurrere c. acc. Dial. 20. 22.
Praesidere c. dat. Ann. I, 58 et praeterea duodecim loci. Liv. X, 17 et quattuor alii loci.
Anteire c. acc. Tacito valde usitatum. Ann. IV, 40 et praeterea locis novem vel pluribus. Hoc idem verbum P. Victorius e cod. Flor. Ann. XIII, 30 pro *antevertit* reponit. Idem c. dat. Ann. V, 3.
Advehi c. acc. Ann. II, 45. III, 1. Hist. V, 16.
Accedere c. acc. Hist. II, 27 multisque locis. Sall. Jug. 20. 97.
Adjacere c. acc. Liv. VII, 12.
Advolvi genua Ann. I, 13. VI, 49. XV, 71. Sall. p. 252 Gerl., c. dat. Ann. I, 23. 32.

Adrepere c. dat. Ann. I, 74.
Adsidere c. acc. Ann. IV, 58. VI, 43. c. dat. I, 75. XIII, 25.
Adsultare c. acc. Ann. I, 51.
Illudere c. acc. Ann. XIV, 57. c. dat. I, 61. XVI, 1.
Insidere c. acc. Ann. III, 61.
Incedere c. acc. Ann. I, 61. XIV, 15. 22. Liv. IV, 50.
Irrepere c. acc. Ann. IV, 2.
Invehi c. acc. Hist. II, 43. Liv. II, 31 etc. c. dat. Liv. IV, 51. Germ. 40.
Incidere c. acc. Hist. III, 29. c. dat. Liv. V, 26.
Irrumpere c. acc. Hist. I, 40 et alibi.
Instare c. acc. Corn. Nep. XV, 9. Caes. b. c. III, 17.
Inducere c. acc. Liv. XLV, 11. c. dat. Ann. IV, 14.
Occumbere mortem Liv. XXXI, 18.

Huc referenda esse existimavi, non modo quae Sch. prorsus omisit, sed etiam, quorum auctores alios, neglectis iis, quos adfero, nominavit: quo factum iri arbitror, ut judicium dicentis p. 442, accusativum *poëticae* potius esse dictionis, paulum restringatur. Ceterum ista neque ad criticam Taciti emendationem, neque ad ejusmodi locorum interpretationem spectant.

Paulo sunt majora, quae de ablativo in dativi locum concedente sunt monenda, quanquam ne haec quidem ad artem criticam propius pertinent. Sed ejus structurae discrimen, quod in accusativo etsi a grammaticis indicatum tamen tenue est atque exiguum, manifestius adparet; atque est, quod hinc ad disciplinam grammaticam possit adcrescere.

Non enim solum alia verba quasi per se absoluta sunt, alia verba πρός τι, ut desiderent aliquod sui complementum; sed etiam utrorumque verborum fit quaedam commutatio: ut vel illa sint instar verborum πρός τι, vel haec notionem sive vim absolutam sumant. Illud fieri videmus, si *ardebat Alexin, medias fraudes palluit*, apud poëtas legimus, si *gravari aliquid* soluta quoque oratione placuisse reperimus. Saepius autem atque in linguis omnium hominum alterum offenderis, ut quod verbum primitus πρός τι, sive complementi sit indigens, quale est *amare*, absoluti per se verbi speciem induat. Ex ipso Tacito si exempla petemus, cum alia tum haec praesto erunt: Ann. IV, 1: repente fortuna turbare coepit. Hist. II, 71: adversus Neronem ausus. ib. III, 15: exploratores longius curabant. Haec igitur verba, quae dicunt grammatici (Sch. p. 449. R. p. 267. Z. §. 416) vel dativum facere vel ablativum, verba πρός τι sunt omnia, cujus rei, quanquam argumento non est opus, est tamen argumento, quod omnia per praepositiones jungi solent. Qua complementi indigentia si quis ea exuerit, vimque iis absolutam tribuerit, *ablativus instrumenti* in locum dativi elliptici vel praepositionis succedit. Ergo *prolabi*, si de animi vitiis hoc verbo utaris, πρός τι est: quale esse hi loci demonstrant, Ann. XI, 37: secunda fortuna ad superbiam prolapsus; idemque ib. I, 31. IV, 18. Idem vim absolutam sumit, ut nil aliud videatur significare, praeterquam *dejici* sive *prosterni*,

Ann. III, 55: familiae — studio magnificentiae prolabebantur. Neque tamen nemo intellexit, *studio* esse pro in studium. Neque aliter Liv. XXX, 23. Eademque ratione *lacessere* πρός τι est: cujus est complementum, ut dicas, *quam ad rem?* e. g. *ad proelium.* At usitatum (Livio, X, 27. XXXIX, 21, et Caesari, b. c. I, 81) proelio lacessere. Nam *lacessere*, quod est πρός τι, in speciem verbi absoluti concessit. Ac latius ea res patet, quam grammatici solent demonstrare; quippe quae et verba plura et adjectiva nonnulla complectatur. *Garatonius* quoque, quum ad Phil. V, 7 perquam docte de verbi *conjungere* hac structura dissereret, intra angustos ejus rei fines constitit. Ciceronis praeter nota omnibus haec sunt: de inv. I, 15: inflammatur odio. Brut. 9: non tam armis institutus, quam palaestra. ib. 10: a quo disciplina Lacedaemoniorum adstricta est legibus. De fin. II, 14: se implicet societate. V, 20: quos voluptate dirigunt. Hoc cum loco Tac. Hist. V, 23 contulerim: Cerialis miraculo magis, quam metu direxit classem. Livii. IV, 6: plebes indignatione exarsit. ib. 25 (cfr. VII, 11): ingenti certamine patres ac plebem accendit. VI, 15: multitudinem fallaci spe concitari. ib. 36: ea res verecundia — plebem movit. VIII, 32: pravo certamine movisset. Sall. Jug. 95: amicitia facilis. Caesaris. b. c. III, 48: quod admixtum lacte. Curtii. VIII, 49: meliorem concursatione militem.

Idem subest omnibus, quod ostendere in singulis et longum foret et inutile. Unum Ciceronis sufficiet. *Dirigere*, dum est πρός τι, praepositionem *ad* desiderat; si complementi indigentiam exuit, ut accedat ad notionem *formandi* seu *statuendi*, quae sunt absoluta verba, ablativi patiens est, quem supra memoravimus. Qua mutata structura sensum locorum non mutari, argumento erunt ii loci, qui verba *movere*, *concitare*, *adsuefacere*, *accendere* continent. — Hinc ortum esse videtur militare illud *sacramento adigere*, cujus quasi passivum est, id quod per se nequit explicari, *sacramento dicere.* Postquam enim illud vulgatum fuit, hoc ipse usus addidit. Ergo adigere, quod per se est πρός τι, proprie *ad sacramentum* desiderat. Qua specie exuta vim sumit *obstringendi religione*, *verpflichten*; *dicere* contra *verpflichtet werden*; nec habet *dicere sacramento* rationem grammaticam sed ab usu originem ducit.

Taciti praeter nota omnibus haec sunt: Ann. I, 3: Marcellum — aedilitate etc. extulit. ib. 45: poenitentia conversi. ib. 53: contumacia etc. accendebat. ib. 70: violentia involvebantur. XV, 51 et multis locis: conscientia illigare. IV, 3: adulterio pellexit. ib. 48: lascivia epularum aut somno et vino procumbere. VI, 25: criminationibus exarsit. ib. 45: amore juvenem inlicere. XI, 8: implicatur obsidione. cfr. Hist. III, 77 et ibid. V, 15. Tum Ann. XIV, 39: pace componi. cfr. II, 26. XVI, 10. Hist. IV, 16: propriis cuneis componit. Ann. XVI, 10: vi-

dua implexa luctu continuo. Quem locum mutandi cupiditas Acidalium non cepisset, si reliquos ejusdem generis ablativos sedulo inspexisset; et qui tuetur veram lectionem Ernestus ab ipso Tacito, Ann. XV, 51. Hist. III, 46 et al., praesidium ejus loci petere debebat.

Hist. IV, 4: ingenium adulatione exercitum. Ac sine ulla dubitatione ib. 56 reponendum: ne sublata spe veniae *pertinacia accenderentur*. Hoc tuetur Ber. probatque P. Victorius. Ern., qui *pertinaciam accenderent* recepit, se laturum fuisse dicit, si esset scriptum: pertinacia accend*eretur*. Illud indoli Taciti maxime convenit. Agr. 12: nunc per principes factionibus et studiis trahuntur. Verus est haud dubie ablativus; sed idem pro praepositione *ad* sequente accusativo, si vim et sensum rei spectes. Denique eadem structura tuetur Agr. 42: paratus simula*tione*; refutat, qui simula*tioni* inferserunt. Cfr. Vat. I (Becker) et Pichenam. Ernestum quanquam in latinis alioqui versatissimum tamen haec res ita fefellit, ut de mutanda h. l. lectione nihil dubitaret.

Praecipuus hujus abl. usus in gerundiis est, neque alia de caussa, quam qualem supra indicavimus. Ejusmodi exemplorum ingens est apud Tacitum numerus, cujus partem aliquam subjungam. Ann. III, 10: spernendis rumoribus (ib. IV, 37: honoribus) validum. ib. 39: qui praedabundi aut adsumendis auxiliis vagabantur. IV, 36: postulandis reis tam continuus annus fuit. V, 11: facilis capessendis inimicitiis. Hic utrum tertius casus an sextus sit, dubitaveris, nisi sextum Sall. Jug. 95 tueatur. VI, 24: tegendis sceleribus obscurus. XI, 9: potior Bardanes visus retinendo regno. Hist. IV, 11: rimandis offensis sagax. Neque vero Tacitus quanquam creberrimus in hoc genere caret auctore, quum Livius quoque III, 17 scribat: tam felix vobis corrumpendis fuit. Ac multa ejusmodi aliunde addere haud dubie licuerit. Sed rem qualis sit exposuisse satis esto.

§ 3.

Magis consentire cum indole linguae latinae arbitror, ut dicas: *pueri dormientis*, quam *puero dormienti* caput arsisse ferunt; *fugientium*, quam *fugientibus* terga caesa; veramque ejus structurae imaginem repraesentare mihi ejusmodi loci videntur, quales hi sunt: Liv. III, 46: locum seditio*nis* quaerere; ibid. 50: ab ipsis datum locum seditio*nis* esse. XLIV, 45: horum ferocia vocem Evand*ri* clausit. Tac. Ann. II, 41: aedes fort*is* fortunae — dicantur. Hist. IV, 1: vel si resisteretur, caussa caed*is*. ib. V, 8: Hierosolyma gent*is* caput. Curt. IV, 63: Hephaestion*is* brachium hasta ictum est. Ac si bene animadverti, Cicero ejus rei tenacior, et in servando genitivo quasi religiosior est, quamquam dativi pro eo positi exempla apud illum et ipse complura collegi. Sed maxime proni ad eos casus ita commutandos Livius

et Tacitus sunt, ut nimis plures paginae sint complendae, si quotquot de hac re locos consignavi, velim memorare. At in disciplina grammatica id nolim praeteriri, quum ad rationes rerum et cogitationes ipsas proxime pertineat; et Tacitanus est locus, cujus interpretatio istinc sit repetenda. Non enim semel animadvertere licet, locos aliquando vel obscuros, vel qui corrupti mutantium manum exposcere credantur, per eam legem aut criticam aut grammaticam expediendos esse, cujus alioqui nemo sese ignarum dici sustineat.

Jam primum loci multi inveniuntur, quibus dubites, verbone an nomini eum dativum adjungas. Ejusmodi magna de copia sumti hi sunt: Liv. III, 29: Minucio Fabius successor in Algidum missus. ib. 60: relinquitur magis castris praesidium, quam satis virium ad certamen. IV, 20: dictator coronam in Capitolio Jovi donum posuit. ib. 49: qui sedem senectuti vestrae prospiciunt. XXVI, 3: diem comitiis petit. Sall. Catil. 40: quem exitum tantis malis sperarent. Caes. b. c. III, 62: tegimenta galeis milites ex viminibus facere jubet. Tac. Ann. IV, 60: qui Sejano fautores aderant. Hist. I, 52: precarium seni imperium.

At contra ingens copia locorum suppetit, qui dubitatione illa omnino carent. Liv. I, 37: effusis eadem fugam impediit. III, 12: jam aderat judicio dies. V, 54: in superficie tignisque caritas nobis patriae pendet. VI, 23: quem insidiis instruendis locum? IX, 18: nullane haec damna imperatoriis virtutibus ducimus? ib. 19 (cfr. 40, 3): majus corpori tegumentum. XXVI, 19: his miraculis nunquam ab ipso elusa fides est. ib. 40: materiam novandis rebus. Nec vero manifestior locus apud Livium est, quam XXX, 16: duplex stipendium militibus imperatum. Quippe imperatum est *Carthaginiensibus* stipendium militibus. XXXIV, 23: Achaeos Philippo quondam milites.

Quae si quis, e multis pauca, inspexerit, alia quoque, quorum de structura dubitare libuerit, ejusdem ingenii esse facile confitebitur; nec esse Liv. I, 12 sic esse struendum: prima fundamenta *jeci urbi;* sed: jeci prima *fundamenta urbi;* nec XXXIII, 11: ad veniam *petendam legatis mittendis;* sed: ad petendam *veniam legatis mittendis*, et quae sunt innumera hujuscemodi.

Taciti plures quam LX locos consignavi, qui sunt argumento, quanto magis hunc dativum quam genitivum fuerit amplexus. E quibus hos excerpam: Ann. I, 3: subsidia dominationi. ib. 22: plures seditioni duces. ib. 47: cui major e longinquo reverentia. ib. 56: id genti caput. II, 21: finem bello. ib. 60: dona templis. ib. 64 (cfr. Hist. I, 89, II, 1. IV, 19): caussas bello. VI, 20: discedenti Capreas avo comes. Hist. I, 22: Othoni in Hispania comes. Ann. VI, 36 (confr. Hist. I, 88. IV, 22): ministri sceleribus. Ut vero supra Liv. XXX, 16: ob id praecipuum est visum, quod verbum alioqui dativum regens ei dativo adjunctum esset, quem ab eo non effici nemini non adpareret: ita

Tac. Ann. XII, 22 ejusdem generis est. Nam quod ibi legitur, *materiem sceleri detrahendam*, nemo negaverit hoc dicere: detrahendum esse Lolliae id, quod pro materia scelerum ei esse possit. Ut Livius *stipendium militibus*, sic Tac. *materiem sceleri* quasi unam vocem enuntiat, quam nemo legentium ad verbum possit dirigere. Simile est XV, 54: vulneribus ligamenta parare Milichum monet. Nam velut ὑφ' ἓν esse *vulneribus ligamenta*, id ipsum argumento est, quod vulnera exspectabantur, non facta erant. Nec dubitarem sane, his dativis illius figurae nomen imponere, ni pronomen quoque relativum, ut Ann. I, 47. VI, 50 etc. hunc dativum obferret, atque is casus a nomine regente interdum distaret. Hist. I, 77: ut aliquod exercitui germanico delinimentum. ib. III, 61: qui suas centurias turmasque tradere, donum victori, et sibi in posterum gratiam, certabant; i. e. — tradere certabant, ut τὸ tradere turmas esset donum victori etc.; nam ejus appositionis, qua de alio loco mentio fuit illata, hoc exemplum est. Germ. 16: suffugium hiemi.

Jam si quis quaesiverit, cui dativorum generi haec exempla sint adnumeranda, primi ea generis esse censeo. Nil enim vel ellipsi praepositionis, vel attractioni simile inveneris. Ac licet inveniantur, qui subaudiendo verbo substantivo vehementer refragentnr, tamen his dativis nihil aliud subesse, quam latens in nomine substantivo participium illius verbi, non ausim negare. Nam quid aliud excogitabimus, quo hujus structurae cum ratione humana consensum demonstremus.

Quamquam igitur plurima substantiva, genitivum alioquin facientia, cum dativo jungi vidimus, tamen nullum usquam exemplum commemini, quod eandem structuram in voce *desiderium* aut *cupidinem* aut *studium* significante exhibeat; sed ita potissimum genitivos illos dativis mutari dixeris, si, quae vel fieri vel sentiri dicuntur, cum motu quodam e loco in locum comparari licet.

At superest locus, ex hoc dativi usu interpretandus, quem licet editorum nemo difficilem esse dixerit, non mediocres difficultates habere arbitror. Ann. XII, 30: Regnum Vangio ac Sido inter se partivere, egregia adversus nos fide; subjectis, suone an servitii ingenio, dum adipiscerentur dominationes, multa caritate, et majore odio, postquam adepti sunt.

Primo animadvertendum, participio absoluto, *egregia adv. n. f.* Tacitum non priora tantum et praesentia, sed etiam ea, quae post evenerunt, significare. Est igitur sensus loci quatenus omnes sane consentiunt, utrumque regem partito regno usos esse, ut egregiam postmodo in Romanos fidem servaverint. Sed quae sequuntur, triplicem per se interpretationem recipiunt, quam paraphrasi indicabo:

1) quum alias, qui in nostram ditionem concesserunt, multam in nos caritatem prae se tulerint, dum adipiscerentur domin. etc.

2) atque etiam subjectis, popularibus suis, dum adipiscerentur domin. valde cari fuerunt; ceterum eo magis invisi, postq. a. s.

3) atque etiam in subjectos, suos populares, multam caritatem prae se tulerunt, dum ad. dom. etc.

Quum nusquam exemplum illius genitivi, qualis est *studium libertatis*, *amor patriae*, in dativum conversi compareat, ne h. quidem loco statuendum censeo, ut *subjectis caritate multa* idem sit, quod multa subjectorum, i. e. in subjectos populares, caritate s. indulgentia. Praeterea nec *caritas*, nec *odium* principum in cives suos animum significat. Hinc relinquuntur, quae sub 1 et 2 proposui. Itaque eos caros fuisse suis inter initia rerum gerendarum, post invisos, haud dubie potuit dicere Tacitus. At *subjectos* vocari, quorum ope ac voluntate regno potiti sint, haud crediderim; minime a Tacito, singularum vocum peritissimo aestimatore; et alter locus, qui eam vocem habet, Agric. 31, multum adversatur. Deinde ille pluralis, *dominationes*, non ratione neque justa caussa illatus esse videtur, si ad Vangionem ac Sidonem haec quoque altera periodi pars pertinet; contra optimum sensum praebet, si innuitur, quid fere in omnibus regulis subjectis fuerit animadversum. Huc etiam facit, quod forsan obstare videatur: *suone an servitii ingenio*. Serviebant enim Romano nomini reguli externi; non serviebant principibus gentes germanicae stirpis. Atqui, si, *suone an servitii ingenii*, Vangio et Sido, dum adip. dom. popularibus cari fuissent, civibus potius quam regulis servilis animus a Tacito tribueretur. Hinc illo modo, quem primum consignavi, locum istum interpretandum existimo; et esse subjectis eundem dativum pro genitivo positum, qui conspicitur Ann. I, 60: unde major Caesari metus. *C. L. Roth.*

Ueber Conjugation und Wortbildung durch Ablaut im Deutschen, Griechischen und Lateinischen.

§ 1.

Die deutschen starken Conjugationen.

Es wird von Nutzen seyn, ehe ich die hier beabsichtigte Erörterung beginne, eine gedrängte Uebersicht der deutschen starken Conjugationen zu geben, d. h. derjenigen, die den Wechsel der Zeiten durch Wiederholung des Anlauts der Verbalwurzel (Reduplication) oder aber den Wechsel der Zeiten, Zahlen, Arten und Personen durch Veränderungen des Vocals derselben (Ablaut) bezeichnen*); anders als die schwa-

*) Zeit: *skáida* ich scheide, *skáiskáit* ich schied; *fintha* ich finde, *fanth* ich fand. Zahl: *fanth* ich fand, *funthum* wir fanden. Art: *fanth*

chen, die sich nur angehängter Flexionssylben bedienen, ohne die Wurzel selbst in ihren Vocalen oder Consonanten zu berühren.

Die Zahl der starken Conjugationen ist zwölf, wovon die ersten sechs reduplicieren und theilweise ablauten, die andern nur ablauten und nicht reduplicieren. Ich deute dieselben nach den gothischen Formen an: hier zeigt sich die Reduplication noch als solche, während sie im Althochdeutschen bereits den Schein des Ablauts angenommen hat.

Conj. I. Die Wurzel hat kurzes *a*, die darauf folgende Consonanz ist entweder *h* oder eine Liquidenverdoppelung oder eine Verbindung von Liquiden mit andern Lauten, z. B. *halda* ich weide *háihald* ich weidete *haldans* geweidet, ahd. *haltu hialt haltanér*. Im Althochdeutschen tritt noch eine Wurzel mit einfachem *r* hinzu, *aru* ich ackere.

Conj. II. Der Wurzelvocal ist der Diphthong *ái* (ahd. *ei*) mit folgender einfacher Consonanz, z. B. *háita háihát háitans* heisse.

Conj. III. *áu* (ahd. *ou* und *ô*) mit einfacher Consonanz, z. B. *hláupa hláihláup hláupans* laufe. Im Althochd. stellen sich daneben noch Wurzeln mit *hh* und *uo*, z. B. *hruofu hriaf hruofanér* rufe.

Conj. IV. *ê* (ahd. *â*) mit einfacher Consonanz, z. B. *slêpa sáizlép slépans* schlafe.

Conj. V. *ái* ohne folgende Consonanz, im praet. *ô*, im partic. praet. wieder *ái*: z. B. *sáija sáisô sáians* säe.

Conj. VI. *ê* mit einfacher Consonanz, im praet. *ô*, im partic. *ê*: z. B. *léta láilôt létans* lasse.

Mit Ausnahme der beiden letzten im Althochdeutschen ausgegangenen Conjugationen*) findet hier nirgend eine Veränderung des Wurzelvocals statt: es bleibt überall dasselbe *a ái* u. s. w. und der Wechsel der Zeit wird allein durch die Reduplication angezeigt, die wiederum nicht einmal in das partic. praet. übergeht. Bringen wir neben dieser Armuth noch das in Anschlag, dass hier überall der Wurzelvocal entweder ein langer oder ein Diphthong und dass, wenn er auch kurz ist, ihm wieder zusammengesetzte

---

ich fand, *funthjáu* ich fände. Person: *fanth* ich fand, ahd. *vundi* du fandest.

*) Nämlich die sechste tritt theils in die durch den Vocal des Präsens und den Diphthongen des praet. nicht unterschiedene vierte ein (*lázu liaz* wie *slâfu sliaf*), theils geht sie mit dem Ablaut des praet. in die dritte über (goth. *flêka fáiflôk* ahd. *vluohhu vliah*), und die Verba der fünften nehmen schwache Formation an (goth. *sáija sáisô* ahd. *sâhu sâta*). Jedoch findet sich von *blaejen* (goth. *bláia báiblô bláians?*) noch im Mittelhochd. ein starkes partic. *geblân: gân* altdd. Wäld. III, 177; ebenso im beweisenden Reime *gedrân* von *draejen* Lanzil. 7101. 8095; und das anomale in die Reihe der verschobenen Verba gehörige *tuom kitân*, dessen Infinitiv in Mundarten des XV. Jahrh. noch oft genug *tân* lautet, ist gleichfalls ein Ueberrest dieser Conjugation.

Consonanzen folgen, so geht aus all dem deutlich genug hervor, dass die reduplicative Conjugation keine von den ursprünglichen und ältesten Bildungsweisen der deutschen Sprache seyn kann (vgl. Grimm Gr. II, 73.): wir werden dafür späterhin auf etymologischem Wege reichliche Bestätigung finden. Reger, lebendiger und ihrem Schöpfungsquell näher zeigt sich die Sprache in den übrigen sechs starken Conjugationen, den bloss ablautenden.

Conj. VII. Der Vocal ein kurzes *a* mit einfacher Consonanz, nur in wenigen Fällen mit zusammengesetzter, im praet. *ô* (ahd. *uo*), im partic. praet. wiederum *a*: z. B. *graba grôf grôbum grabans* grabe.

Conj. VIII. Der Vocal *ei* (ahd. *î*) mit einfacher Consonanz, im Althochd. einige Mahl *hh*, praet. sing. *ái* (ahd. *ei*) plur. und partic. *i*: z. B. *greipa grâip gripum gripans* greife.

Conj. IX. *iu* fast durchgängig mit einfacher nicht liquider Consonanz, im praet. *áu* und *u* (ahd. *ou ô* und *u o*) z. B. *biuga báug bugum bugans* biege.

Conj. X. *i* (ahd. *i* und *ë*) mit einfacher nicht liquider Consonanz, im praet. *a* und *ê* (ahd. *â*), partic. *i* (ahd. *ë*) z. B. *giba gab gêbum gibans* gebe.

Conj. XI. *i* (ahd. *i* und *ë*) mit einfacher, wie es scheint bloss liquider Consonanz, praet. *a* und *ê* (ahd. *â*) partic. *u* (ahd. *o*) z. B. *nima nam nêmum numans* nehme. Im Althochd. finden sich auch Verba mit zusammengesetzter Consonanz ein, z. B. *pristu prast prâstumêt prostanês* breche.

Conj. XII. *i* (ahd. *i* und *ë*) mit verdoppelter oder zusammengesetzter Liquida, praet. *a* und *u*, partic. *u* (ahd. *u* und *o*) z. B. *binda band bundum bundans* binde.

Die drei letzten Conjugationen gehören wesentlich zusammen; es ist in allen dreien derselbe Grundton, nur durch die Consonanz, welche dem Vocale nachfolgt, modificiert: die eine besitzt eine grössere, die andere eine geringere Mannigfaltigkeit der Formen; die eine bildet das partic. praet. mit dem Vocal des Präsens (*giba gab gêbum gibans*), die andere mit dem zweiten Vocal des praet. (*binda band bundum bundans*), die dritte als die reichste giebt dem plur. praet. einen andern Laut als dem partic. und bringt so die Zahl der Vocale dieses Tempus auf drei (*nima nam nêmum numans*). Aber es ist Grund zu glauben, dass die eilfte Conjugation ursprünglich nicht reicher, die zehnte nicht ärmer gewesen sey als die übrigen*). Von den drei andern Conjugationen ist

*) Es ist wahrscheinlich, dass im Gothischen die partic. einiger zu der zehnten Conjug. gerechneten Zeitwörter statt des *i* ein *u* gehabt haben (Grimm Gr. I, 843.), wie sie im Althochd. Altsächs. u. s. w. erwiesener Maassen ein *o* besitzen, die mit dem Wurzelauslaut *k* ahd. *hh*. Und wie es schon im Goth. ein partic. *trudans* statt *tridans* (und ihm nachgebildet ein praes. *truda* statt *trida*) giebt, so auch im Altnord. ein partic. *trodhinn* statt *trëdhinn* und eben so *sofinn* statt *svëfinn*, *ofinn* statt *vëfinn*,

die siebente (wozu auch die fünfte und sechste unter den reduplicierenden gehören) die dürftigste: das praet. hat nur einen Vocal, das partic. wiederholt den des Präsens (*graba grôf grôbum grabans*); die achte und neunte stehn auf gleicher Stufe, indem das partic. den zweiten der beiden Vocale des praet. trägt: *greipa gráip gripum gripans, biuga báug bugum bugans.*

Woher aber die verschiedenen Vocale in einem und demselben Tempus? und warum die *a ái áu* grade im sing., die *u i u* im plur. indic. und im ganzen Conjunctivus und partic.? Es liegt nahe, diese Verschiedenheiten als Ueberbleibsel einer älteren reicheren Conjugationsweise zu betrachten, die sich mehrerer Präterita erfreute (vgl. Grimm Gr. I, 1057.): die Vergleichung des Griechischen wird weiterhin diese Ansicht bestätigen und es in Verbindung mit der deutschen Wortbildung durch Ablaut ziemlich gewiss machen, dass der Singularis zu einem alten Aoristus, der Pluralis zu einem Perfectum gehöre. Dass man aber grade so die Ueberbleibsel vertheilte, scheint auf Regeln des Wohllauts zu beruhen: den einsylbigen Formen liess man den volleren höheren Vocal, den mehrsylbigen gab man den schwächeren tieferen, der sich auch besser zu den meist hier eintretenden schwach- und tiefvocaligen Endungen fügte: also *dráif*, aber *dribum* conj. *dribjáu; gáut*, aber *gutum gutjáu; gald*, aber *guldum guldjáu.* Ein gleiches Gefühl des Wohllauts liess in den mehrsylbigen Formen der zehnten und eilften Conjugation an die Stelle des kurzen *a* ein langes *ê* (ahd. *â*) treten: *las lêsum lêsjáu, qvam qvêmum qvêmjáu.* Sollen auch diese Form a Ueberbleibsel untergegangener Präterita von *lisan* und *qviman* seyn? d. h. sollen sich zwei Präterita nur durch die verschiedene Quantität desselben Vocals unterschieden haben? Die Frage kann hier vorläufig verneint werden; § 3. soll sie eine ausführliche Erörterung finden. Dass diese Vocalveränderungen ihren Grund in dem Anwachsen der Sylben haben, scheint das Althochd. noch weiter zu bestätigen. Die zweiten Personen sing. praet. sind im Gothischen einsylbig und haben denselben Vocal als die erste und dritte: *dráif dráift, gáut gáust, gald galst, las last, qvam qvamt;* im Althochd. wachsen sie und nehmen auch sogleich die Vocale der mehrsylbigen Formen an: *treip tripi, kôz kuzi, kalt kulti, las lâsi, quam quâmi.**)

---

deren *o* wiederum auch in die infin. *trodha sofa* übergeht, während *vëfa* und die praes. *trëdh sëf vëf* das richtigere *ë* behaupten.

*) Auf ähnlichen Gründen beruht im Althochd. u. s. w. die Vertauschung des *i* mit *ë*, des *u* mit *o*, des *iu* mit *io* in der IX—XII. Conjugation. Vor *u* und *i* blieb *u*, dagegen vor *a* trat *o* an seine Stelle: *kuzi kuzumês kozanêr, kulti kultumês koltanêr* (obwohl einige Consonanzen selbst hier das ältere *u* fest halten), goth. *stulans* ahd. *stolanêr.* Eben so bestand *i* vor *i* und *u*, ward aber zu *ë* vor *a* und *ê*: *kipu kipis këpamês këpê këpan;* und durch dieselben Lautverhältnisse wird derselbe Wech-

Wie bedeutsam dieser vocalische Wechsel der ablautenden Conjugationen ist, springt in die Augen, wenn man vergleicht, auf welche Tempora die verschiedenen Vocale fallen. Das Präsens hat immer den schärferen helleren Laut, das Präteritum den breiteren dunkleren, und wo in diesem zwei Vocale vorhanden sind, findet zwischen ihnen, d. h. zwischen Aoristus und Perfectum wiederum dieselbe Abstufung statt. Den blossen Vocalen liesse es sich abhorchen, welche verschiedenen Tempora *hilpa biuda, halp báuth* und *hulpum budum* bezeichnen.

§ 2.
Deutsche Wortbildung durch Ablaut.

Es ist aus dem zweiten Theil von Jac. Grimm's deutscher Grammatik bekannt, dass derselbe Lautwechsel, der sich innerhalb der Abwandlung der starken Verba zeigt, auch bei der Wortbildung, insofern sie nicht bloss durch Ableitungssylben oder Composition geschieht, als herrschendes Princip auftritt, ja dass sich wahrscheinlich der ganze Wortschatz der deutschen Sprache auf solche Verhältnisse des Ablautes zurückführen lässt. Aber die Frage ist noch nicht erledigt, ob man directe Ableitung der Nomina und schwachen Zeitwörter und Partikeln von den starken Verbis anzunehmen oder es sich vielmehr so zu denken habe, dass jeder Wurzel eine bestimmte Folge von Vocalen zustehe, die einerseits zur Unterscheidung der Zeiten in der Conjugation, andrerseits zur Auseinanderhaltung der verschiedenen zu derselben Wurzel gehörigen Nomina u. s. w. angewendet werden? ob z. B. die subst. Binde Band Bund wirklich von den drei Verbalformen *binda band bundum* herkommen, oder ob hier und dort die Vocale *i a u* drei gleichmässig verschiedene Beziehungen der Wurzel *B — ND* angeben sollen? Letztere Ansicht nimmt ein organisches Werden an, wo die erstere ein mechanisches Machen setzt, und es kann wohl mit Erfolg auch der Umstand angeführt werden, dass eine Unzahl ablautender Wortbildungen vorhanden sind, zu denen sich gleichwohl keine entsprechenden starken Verba nachweisen oder den uns gestatteten Begriffen gemäss auch nur denken lassen.*) Die Frage möge jedoch beantwortet werden wie sie wolle, der auf dem Ablaut beruhende Parallelismus der starken Conjugation und der Wortbildung steht fest, und es zeigt sich auch hier wiederum ein Vorzug der ablautenden Verba vor den bloss reduplicierenden: wie diese Wurzeln (wenn sie einen solchen Namen verdienen) in der Conjugation meist auf Einen Vocal beschränkt sind, so auch in der Wortbildung: wie es goth. *falla*

---

sel von *iu* und *io* bedingt: *kiuzu kiuzis kiozamês kiozê kiozan.* Die einsylbigen Formen aber bewahren den ursprünglichen Laut: *kip kiuz.*

*) Daher soll, wenn ich weiterhin starke Verba supponiere, damit nicht immer ihr einstmaliges Daseyn behauptet, sondern nur die Verbindung einzeln stehender Ablaute in der Kürze vermittelt werden.

fâifall fâifallum fallans geheissen haben wird (ahd. *vallu vial vialumês vallanêr*), so auch der Fall und die Falle und fällen; die Reduplication selbst ist der Wortbildung durchaus fremd. *)

Das Verhältniss des Ablauts in der Wortbildung zu dem in der Conjugation gehörig fest zu stellen und dort an den verschiedenen Vocalen eine gleiche Abstufung der Begriffe nachzuweisen wie sie hier stattfindet, ist schwierig; die Vergleichung würde erleichtert, wenn die Fälle sich häufiger ereigneten, wo eine und dieselbe Mundart bei Ausbildung einer Wurzel alle ihre Ablaute entwickelt. Namentlich ist die Einsicht in den Unterschied der beiden Vocale des praet. oft getrübt: denn worin sollten ahd. *zand* und goth. *tunthus*, ahd. *klanc* und *klunc*, *vanke* und *vunke* u. a. dem Begriff nach von einander verschieden seyn? Für andere Fälle hat Grimm Gr. II, 82. 83. feine Abweichungen der Bedeutung aufgefunden, eben wie er S. 80. 81. einige Hauptunterschiede der Laute des Präsens und Präteriti angiebt.

Lib. II, 5. *ut tam eminens — sustinendis esset*] „Iunge: *ut area, tam eminens, firma quoque esset templis ac porticibus sustinendis.* Lectionem *firmaque* a Drakenborchio receptam repudiavi, idque eo magis, cum omnes editt. ante Drakenb. constanter servent *firma* sine copula." — Primum igitur Doeringius non vidit, lectionem *firma*, id quod Drakenborchius perspicue docuit, a Dan. Heinsio, cui operas non paruisse suspicor, invitis codicibus ad unum omnibus in edit. Elzevir. primum esse receptam: deinde idem voculam *quoque*, ex Latinorum consuetudine cum nomine *templis* coniungendam, ad vocabulum *firma* perperam retulit. Atque huius particulae usum, de quo supra not. 15 dixi, quum Doeringius plane ignorare videatur, non est, quod miremur, eum saepissime, veluti Liv. II, 34, XXII, 12 et 26, XXIII, 11, XXVI, 39, XXVIII, 39, XXXII, 14, XL, 16, XLV, 7 et alibi, in explicandis et, si diis placet, emendandis Livii verbis ridicule peccasse, adeoque Liv. XXXIX, 12 vera falsis ita miscuisse, ut, quum praeeunte Drakenborchio orationis membra perperam hoc modo distinxisset: *eam, quoque esse, quae percunctari vellet*, hanc subiiceret adnotationem: „Iunge: *esse quoque* quaedam, *quae eam percunctari vellet*, sive: *esse, quae eam quoque per-*

18) Pronomine *cum* omisso, *marcescere otio situque queri civitatem* scribendum esse, olim in Epist. ad Goeller. p. 460 sq. suspicatus sum, idemque Baumgarten-Crusius et Bekkerus probaverunt. At quum pro *otio situque*, quod nescio an a Gelenii ingenio profectum sit, in cod. Bamberg. non *otio situ*, quod Goellerus ei falso tribuit, sed *otii situ* reperiatur, nunc a codicis scriptura ne tantillum quidem discesserim.

cunctari vellet. Hoc verum, illud falsum esse, tirones teneant, coll. Weiskii adnotatione ad Clarorum virorum Epistolas, quae inter Ciceronis epistolas servatae exstant, p. 368 sq.

Cap. 45. *ne rem committerent eo*] „*Ne rem committerent*, sc. in aciem, *eo*, eo in loco, ibi, h. e. ne proelio rem dirimerent ibi. Infra Lib. III, 2: *quod in aciem, qua pugnandi arte Romanus excellat, commissa res sit.*“ — Hoccine ingeniorum pabulum adolescentulis obiici! Apage istud. Quanto rectius enim Heusingerus, quum *eo* idem quod *eum in locum* significare perspexisset, haec verba ita interpretatus est: *die Sache nicht dahin kommen zu lassen.* Similiter Livius XXXIX, 10; *nec se eo praecipitaret, ubi omnia infanda patienda primum, deinde facienda essent.*

Lib. III, 40. *multique — verbo adsensi sunt*] „*Verbo*, sententiae.“ — Doeringius, quem Rupertius sequitur, vocabulum *verbo* non sexto, sed tertio casu positum esse ratus, huius erroris socium habuit librarium, qui locum Sallust. Cat. 52: *ceteri verbo alius alii varie adsentiebantur*, in cod. Guelf. 9 ita contaminavit, ut *verbo eius* scriberet „corruptissime, ut Cortius ait: nam *verbo*, sive pauca tantum dicendo adsentiri solebant, ut dictum ad cap. 50 n. 4,“ ubi inter alia haec adferuntur ex Liv. XXVII, 34: *aut verbo adsentiebatur, aut pedibus in sententiam ibat*, quae Doeringium, qui ad eum locum nihil adnotavit, meliora edocere potuissent.

Lib. VIII, 34. *in se potissimum dictatorem — exstinguat*] „*In se potissimum* explico: contra se potissimum; in populi potissimum damnum: male nimirum *in se* ad dictatorem retulerunt.“ — Imo recte, dummodo emendatione, uti facillima, ita certissima scribatur: *in se potissimum dictatore vim et ius dictaturae exstinguat.* Cui enim non apparet, quam facile *dictatore uī* in *dictatorem*, quod codices ad unum omnes offerunt, potuerit abire? Similiter Liv. XXVI, 12: *vim ac ius magistratui demere* legitur.

Lib. IX, 34. *nisi duo confecerint legitima suffragia*] „H. e. nisi legitima suffragia duos omnino candidatos simul creaverint, *non renunciato altero*, ubi unus tantum, non alter simul renunciatus est; — *conficere* iam: simul facere et constituere, legere, creare. Sic fere *exercitum conficere* apud Cic. pro Leg. Man. 21 pro: legere, conscribere.“ — Hic quoque Doeringium, qui locum Cic. Epp. ad Div. XI, 16: *ut is nobis eas centurias conficiat*, rectius adscripsisset, in verborum structura explicanda pueriliter peccasse manifestum est. Idem tamen, tanta est hominis inconstantia, ad Liv. XXIX, 35 perbene: „*conficere* est fere, inquit, quod nos dicimus: *zusammen bringen.*“ Quis est enim, qui nesciat, *non conficere legitima suffragia* idem significare quod *centurias non explere?* Cf. interpretes ad Liv. III, 64, 8 et XXXVII, 47, 7.

Lib. X, 29. *structis ante se scutis*] „H. e. testudine (συνασπισμῷ) facta, scutis nempe super capita densatis.“ — Super ca-

pita? Non ex Liv. XXXIV, 39 et XLIV, 9 petenda erat huius loci interpretatio, sed ex XXVIII, 2: *quae*, sc. *tela*, *quum Romani conferti*, *ut solent*, *densatis excepissent scutis*, et XXXVIII, 22, ubi Bekkerus vulgatae recte substituit lectionem in cod. Bamberg. repertam et a memet ipso neglectam: *Iis vero*, sc. *pilis*, *non vulnerabantur*, *sed transverberatis scutis plerique inter se conserti haerebant.* Quippe Doeringius diversa testudinis genera confudit.

Lib. XXII, 53. *ad regum aliquem*] „Rectius, puto in edit. Drakenb. et Ernest. exhibetur *regem*, cum lectio *regum* potius librariorum vel operarum errori tribuenda videatur; nam si *regum* scripsisset Livius, haud dubie adiectivum quoddam v. c. *finitimorum* vel simile quid addidisset." — At lectionem *regem*, id quod Strothius bene monuit, Tafelius autem, Baumgarten-Crusius et Bekkerus non viderunt, operarum errore in edit. Drakenb. invectam esse, docet ipsius Drakenborchii, qui genitivum pronomini *aliquis* additum Liv. XXII, 13 recte tuetur, adnotatio: „Mox *ad regnum aliquod*, pro *ad regum aliquem*, Rec. Hav. et Hearnii N. in margine." Similiter Baumgarten-Crusius, neglectis iis, quae in Epist. ad Goeller. p. 444 hac de re dixi, Liv. XLI, 26 lectionis *utrumque*, itidem a typographi errore profectae et a Doeringio recte in *utrimque*, quod in cod. Vindob. reperitur, mutatae patrocinium suscepit.

Lib. XXVI, 25. *Vastatis proximis Illyrici*] „*Proximis Illyrici*, terris scilicet, quae Illyrico sive Illyriae proximae erant." — Imo proximis Illyrici partibus. Nam verba: *proxima Illyrici*, ita explicanda esse, et satis constat, et probatum ivit Drakenb. ad. Liv. XXXV, 51, *inde in proxima Euboeae est mari traiectus.* Haec taliaque monere piget.

Cap. 27. *clarissimarum urbium — in urbem adducens*] „Iunge: *adducens* (ex) *clarissimarum urbium excidio accusatores in urbem bello celeberrimis viris* (casus tertius pro: a celeberrimis viris) *victos.*" — Quam turpiter se dederit Doeringius in horum verborum structura impedienda potius quam expedienda, facile intelligitur ex adnotatione Sigonii, qui totius loci sententiam ita constituit: „Laevinus Campanorum multitudine et Siculis obviam egressis circumfusus Romam pervenit, accusatores bello victos Campanos et Siculos in urbem adducens Fulvio et Marcello, viris celeberrimis excidio clarissimarum urbium, Capuae et Syracusarum." Utinam Doeringius, ne a recta via aberraret, hunc ducem esset secutus.

Cap. 39. *ne urbs eodem impetu caperetur*] „Si ante *ne* verba: *parumque abfuit*, quae in Pal. sec. se invenisse ait Gebhardus, in textum receperis, bene sane procedit oratio." — Cave hunc pannum orationi Livianae paullo negligentius compositae adsuas. Romanos enim non *parum abest*, sed *haud* sive *non multum*, *haud procul*, *non longe* et *paullum abest* dixisse, atque his formulis non *ne*, sed *quin* subiunxisse, inter viros Latine doctos constat. Ti-

rones relegamus ad Iani Lexicon philologicum s. v. *abesse*, ubi tamen ex Sueton. Ner. 28 perperam *parum abfuit, quin*, pro *paullum abfuit, quin*, adfertur, et Aug. Matthiaei Eloquentiae Latinae exempla p. 184, ubi recte editor doctissimus: „*Parum abest*, inquit, non dicunt Latini — hoc enim esset *non satis abest* — sed *non multum abest.*“ Doeringius igitur, quem ita locutum esse supra not. 16 docuimus, hanc dicendi formulam sibi habeat eaque perfruatur.

Lib. XXXI, 9. *qui nunciarunt*] „In plurimis codd. apud Drakenb. rectius: *qui nunciarent.*“ — Hoc ipsum in cod. Bamberg. reperitur. Sed vulgatam lectionem recte tuetur Ramsh. Gramm. Lat. § 193 p. 609. Praeterea cf. quae ad Caes. B. G. V, 10 adnotavimus.

Cap. 12. *Foeda omnia — naturae visa*] „*Visa*, oblatae species, prodigia, ostenta, nos: *Erscheinungen.*“ — Portenta sane ac monstra loquitur Doeringius, qui ab Ernestio, ni fallor, in Gloss. Liv. s. v. *visum* eadem somniante in errorem inductus hoc loco etiam in adnotatione ad Liv. I, 20 pessime abusus est. Nemo enim, opinor, tam hebes est et linguae Latinae ignarus, quin vim genitivi *errantis in alienos foetus naturae* perspiciat, et *visa*, ut alibi sexcenties, pro *visa sunt* poni intelligat. Paullo ante Bekkerus iure meritoque recepit cod. Bamberg. lectionem a memet ipso praetermissum: — *fieri. Curam expiandae violationis eius templi prodigia etiam sub idem tempus pluribus locis nuntiata accenderunt.* Similiter Liv. XXVIII, 46: *ea literis cognita Sp. Lucretii — curam ingentem accenderunt patribus.* Ita non opus est, ut cum Doeringio deliremus.

Lib. XXXIV, 16. *et ad devios montanos — falso perlatum est*] „Male cohaerere et aliquid redundantis et obscuri habere oratio videtur Crevierio, unde ille tentabat: *et ad devios montanos etiam falso perlata est.* Sed si particulam *etiam*, quae in quibusdam codd. apud Drakenb. omittitur, deleveris, et *et* pro: *etiam*, explicaveris [19]), nihil mutandum videtur. *Fama — vulgatur, — ducturum*; *et — falso perlatum est*, falso quoque (?) perlatum est, eum ad devios montanos profecturum.“ — Doeringius nugatur. Primum enim, ut nihil dicam de verborum in hunc ordinem redactorum sententia minus commoda, particula *etiam* non nisi in cod. Lov. 2 desideratur: deinde *perlatum est* nusquam absolute dicitur pro *adlatum est.* Quare certissima coniectura auguratus, quum praecedens *ducturum* errorem praebuisse videretur, in utraque Livii editione scripsi: *et ad devios montanos, profectum etiam, falso perlatum est*, quod Tafelius, Baumgarten-Crusius et Bekkerus recte adsciverunt. Hanc enim coniecturam,

19) Malim saltem: *atque et per etiam explicaveris*, ut repetitio voculae *et* auribus ingrata atque usus praepositionis *pro* insolentissimus evitetur. De forma praeteriti *explicavi* et temporum ex eo ductorum vid. Ruddimanni Institutt. Gramm. Lat. Part. I p. 214.

licet Goellerus nihil adnotaverit, cod. Bamberg. auctoritate confirmari, nunc demum ex ipso codice intellexi.

Lib. XXXV, 4. *ut inter pacatos*] „Codex Moguntinus addit: *agros*, quod Drakenborchius, qui alias tam strenue codicis Moguntini causam agit, pro glossatoris alicuius additamento habet. Potest quidem recte cum Drakenborchio ad *pacatos* suppleri: *populos*, sed recte quoque (?) se habet, *pacatos agros*. Infra XLIII, 4: *quieto exercitu pacatum agrum — peragravit.*“ — Quam male Doeringius criticam factitaverit, nemo non intelligit. Etenim si hoc dicere voluisset Livius, haud dubie non *inter*, sed *per pacatos agros* scripsisset, ut in Vaticano Lib. XCI fragmento: *per pacatos agros quietum exercitum sine ullius noxa duxit.* De similibus interpretum additamentis vid. nostram Comment. de Sallustii Historiarum Lib. III fragmentis, Part. II p. 25. Ceterum hic ipse fragmenti Liviani locus potissimum effecit, ut Liv. XLI, 23, ubi *noxia* in cod. Vindob. legitur, Dukero obsecutus scriberem: *Quod sine ullius eorum, quos oderat, noxa*, sc. Thessaliam peragravit, *hoc magis tentationem metuo*. Nec me facti poenitet. Vid. nunc Doederlini Synonym. Lat. Part. II p. 153 sqq. Doeringius autem, nisi me omnia fallunt, errore deceptus verborum consecutionem non perspexit, sed voculam *quod*, quae coniunctio est, pronomen relativum esse existimavit. Totum enim locum ita interpretatur: „Quod quo minus in ullius eorum, quos oderat, iniuriam factum est, *hoc* (eo) *magis tentationem* (consilium hominum mentes sibi conciliandi) *metuo.*“

Lib. XXXVI, 12. *eoque accepta est*] „Et accepta est, spectans scilicet *eo, ut* cett. pro *eoque*, quod omnes codd. apud Drakenb. tuentur, perperam in plurimis editt. *eaque.*“ — Hoc etiam in codd. Lov. 3 et 6 reperiri, Drakenborchius testatur: illud haud dubie praestat, dummodo rectius explicetur per *et propterea*. Similiter Liv. XXXIII, 37: *per aperta, eoque tuta loca*, quam lectionem cod. Bamberg. auctoritate commotus revocavi, quum Drakenborchius *eaque tuta loca* edidisset. Adde Liv. XXIX, 20: *partim mixta, eoque similia veris iactabantur*, et cap. 25: *Fertilissimus ager, eoque abundans omnium copia rerum est regio*, pro quo XXVIII, 2: *in cava valle, atque ob id occulta*, scribere maluit. Falsa igitur est Doeringii sententia, eoque non accipienda.

Cap. 17. *Munitiones — aliquanto melior*] „Difficultas, quam pariunt voces *validiores inpositae* (nullo modo enim hae voces ad *munitiones* referri possunt[20]) tollitur, si recepta lectione plurium codd. apud Drakenb. *inpositi* pro: *inpositae*, locum ita distinxeris: *munitiones et locis opportunioribus tum*[21]) (in bello

---

20) Quidni? Sic Tacit. Annal. III, 74: *castella et munitiones idoneis locis imponens*, et similiter XV, 3: *castella fontibus imposita.*

21) Codicibus ad unum omnibus invitis Doeringius tacite *tum* pro *tunc* scripsit, et quidem ea de causa, quam ad Liv. XXX, 13 protulit,

Macedonico) *fuerunt, et validiores inpositi exercitus. Hostium* enim (nempe Philippi) *ille* (exercitus) *et numero maior* cett. Quod si vero lectio *inpositae* a manu Livii profecta sit, post *inpositae* vox *copiae* excidisse videtur, qua recepta omnia plana ac manifesta erunt." — Haec omnia, licet in cod. Bamberg. quoque *et validioribus inpositi* legatur, nemini facile probabuntur [22]): prae ceteris autem displicet *hostium ille* pro *hostium ille exercitus.* Ita enim Batavos pariter ac Germanos, tirones praesertim, sive Gallicae sive vernaculae linguae consuetudine in errorem inductos scribere memini, Romanos non item. Vid. Lindemann. ad Vitas Duumvirorum p. 22. Locorum Ciceronis a Tursellino p. 311 laudatorum diversam esse rationem apparet.

Lib. XXXVIII, 4. *et regressus inde in tutum non esset*] „Pro *in tutum* plurimi codd. apud Drakenb. offerunt *in tuto;* utrumque eodem redit, si *in tutum* legimus, *regressus* est participium." — Minime vero. Vocabulum *regressus* vel sic nomen est, quod Liv. XXIV, 26 legitur atque Drakenborchio etiam XXI, 41 reponendum videbatur.

Cap. 17. *ut ferrum non admoveas*] „Ut ne opus quidem sit ferrum admovere." — Imo etiamsi ferrum non admoveas. Sic infra cap. 46: *ut non tela ex superiore loco mitterent,* cui lectionem edit. Froben. 2 *ut, si non tela ex superiore loco mitterent — obruere nos potuerint,* cum Doeringio, quem Ovidiani [23]): *Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas,* memorem esse decebat, invitis codicibus omnibus substituere nolim. Vid. Drakenborch. ad Liv. XXII, 25, 2. Ceterum paullo post, ut in transcursu hoc addam, pro *Martis viris,* quum in codd. Voss. et Lov. 1 *in arte viris,* et in cod. Lov. 6 *in arte nitidis* legatur, non tam cum Freinshemio aliisque *Martiis viris,* quod Bekkerus recepit, quam *Marte genitis,* quod in illa lectionum monstra facile mutari potuit, scribendum videtur. Sil. Ital. XII, 582: *Neu populi vos Martigenae tardarit origo.*

Cap. 33. *quum aversis auribus pauca locuti essent*] „*Aversis auribus,* ita, ut ne his paucis quidem aures praeberet multitudo; nimirum hae voces in casu tertio pro: ad aures aversas, accipiendae sunt." — Doeringium hic quoque in orationis structura explicanda tironum more modoque peccasse apparet ex Liv. XXIV, 26: *Aversis auribus animisque — ferrum quosdam expedientes*

---

sed recte improbavit censor Jenensis p. 155. Vid. Bach. ad Tibull. I, 1, 21 et quos ibi laudavit.

22) Quum enim Livius non *et munitiones* scripserit, sed *munitiones et* sive *et munitiones et,* quod Bekkerus ex cod. Bamberg. recepit, in quo *transitus et munitioribus tunc fuerunt* reperitur, nemo non videt, lectionem a Doeringio propositam minime probandam, sed totius loci sententiam explicandam esse hoc modo: Munitiones tunc, i. e. belli Macedonici tempore, et locis opportunioribus impositae, et per se validiores fuerunt.

23) Epp. ex Ponto III, 4, 79.

cernebat, XLI, 10: *quum concione advocata fugam e castris A. Manlii adversis auribus militum iactasset*, et XLII, 28: *Itaque non secundis auribus patrum auditus est consul.* Diversa est ratio formulae Liv. XL, 8: *ne vana surdis auribus cecinerim.* Quod ne nunc fecerim, non vereor.

Cap. 56. *alii M. Naevium — diem dixisse scribunt*] „*Alii*, ut Valerius Maximus et Gellius in cap. antecedente not. 9 laudati." — Itane censes, Doeringi, Livium Augusto imperante haec scribentem locos Valer. Max. III, 7, 1 et Gell. N. A. IV, 18 nondum scriptos respexisse? Quae te dementia cepit!

Lib. XXXIX, 8. *quo natura pronioris libidinis esset*] „*Pronioris libidinis*, pro: pronior ad libidinem." — Doeringius igitur, quis credat? *quo* vulgari ratione cum comparativo *pronioris* iungendum esse, et *pronam libidinem* absolute dici posse existimavit. Quod quum fieri nequeat, et *quo*, i. e. *ad quod* sive *in quod*, necessario ad praecedens *ad id* referendum sit, nemo non videt, Livium hoc sibi velle: prout cuiusque libido natura pronior esset sive in mares sive in feminas. Sic Liv. XLV, 23: *in vinum, in Venerem proniores aliae sunt*, sc. *gentes.* Rem conficit locus Sueton. Galb. 22, ubi Galba ipse *libidinis in mares pronioris* fuisse dicitur, ut Virgilius, de quo Donatus in Vita Virgil. 5 *Fama est*, inquit, *eum libidinis pronioris in pueros fuisse.*

Lib. XLII, 3. *eniso studio*] „*Eniso* passive pro: *intento.* An scripsit fortasse Livius: *immenso?*" — Nihil hac coniectura esse potest ineptius. Ipse enim Livius, qui participio *enisus* sive *enixus* non passive, sed adiective usus est, in Vaticano Lib. XCI fragmento scripsit: *praeparatis ante omnibus enixo civitatium studio*, et Valer. Max. VIII, 15, 1: *Enixo Crotoniatae studio ab eo petierunt* etc., quo loco Toupius in Opusc. crit. Part. II p. 265 fragmenti Liviani emendationem confirmavit. Paullo post, ut et ipse coniecturam illa probabiliorem expromam, quum in cod. Vindob. reperiatur: *ornantum et templo iratus adiecturum*, pro *se templo*, quod Grynaeus edidit, scripsi: *ei templo*, quod Bekkero displicuisse miror. Nam voculae *ei* atque *et* in codd. Bamberg. et Vindob. saepissime sunt permutatae vulgari librariorum errore, de quo vid. Drakenborch. ad Liv. XLI, 15, 6. Idem mendum Liv. XXI, 38 et XXXVIII, 57 sustulerunt Gronovius et Walchius Emendatt. Liv. p. 101, cui p. 261 sq. de Liv. XLII, 59 optime exponenti nunc ita adsentior, ut, quum pro *esset*, quod Grynaeus reposuit, in cod. Vindob. *esse et* legatur, — *debellatum esse; ei opportune adhortanti supervenit phalanx*, scribendum censeam. Pronomen *se* autem, ut illuc revertar, hoc loco non minus facile suppleri potest, quam Liv. XXI, 12: *Alcon, insciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus* etc. atque alibi sexcenties. Vid. Drakenborch. ad Liv. I, 23, 5. Neque tamen, ut opinio mea fert, omnibus numeris absoluta est huius loci aperte corrupti emendatio, sed Livii oratio, ut nihil amplius desideres, in hunc maxime

modum refingenda: *Magnum ornamentum ei templo ita ratus adiecturum, si tegulae marmoreae essent* etc. Sic Liv. I, 8: *quae ita sancta generi hominum agresti fore ratus, si se ipse venerabilem insignibus imperii fecisset* etc. ut alios Livii aliorumque scriptorum optimorum locos taceam. Vid. Ernestii Gloss. Liv. s. v. *ita*, et Tursellin. p. 371 sq.

Cap. 10. *si qui decernerent*] „*Si quid* in plurimis editt. ante Drakenb." — Imo in omnibus omnino editionibus atque in ipso cod. Vindob. recte *si quid decernerent* legitur. Propterea Drakenborchius, cui operae non paruerunt, de hac lectionis diversitate nihil adnotavit. Neque vero per se illud *si qui* ferri potest, sive per *si qua ratione* explicandum esse statuas, ut Liv. III, 64: *si qui vos minus hodie decem tribunos plebei feceritis*, sive indefinite positum esse existimes, ut VI, 22: *si qui ex Etruria novi motus nuntiarentur*. Displicet enim, sive hoc sive illud sequaris, verbum *decernerent*, quod non habet, quo referatur, absolute dictum, ut Liv. III, 45 *decresse*; sin hoc illi praeferas, senatores singulos vel paucos dici aliquid decrevisse, quod more institutoque maiorum fieri non poterat. Eo magis miror, hunc operarum errorem ex Drakenborchii editione in alias permultas esse propagatum: Doeringium hoc mendum intactum reliquisse, non miror.

Cap. 15. *paullum exstans a fundamento*] „Haud longe a fundamento, cui superstructa fuit, prominens, h. e. humilis." — Recte quidem, si haec cum Grynaeo, cui lectio *exstans* debetur, ad maceriam retuleris. Sic Plin. H. N. VI, 22 *aedificia modice ab humo exstantia* dixit. At quum latrones in sequentibus post maceriam se abdidisse dicantur, gradibus adstructis, ut ex ea, velut e muro, tela in Eumenem praetereuntem coniicerent, atque *paullum*, id quod Heusingerus, qui per *ziemlich hoch* interpretatus est, sibi persuasisse videtur, pro *aliquantum* poni nequeat, hunc locum a Grynaeo non persanatum esse, facile intelligitur. Propterea olim, quum in cod. Vindob. *macerierat ab levia semitam paulum extantem* etc. reperiatur, audacius scripsi: *maceria erat ab laeva semitae paullum exstantis*, h. e. modice prominentis, *a fundamento*, sc. maceriae, *qua singuli transirent*, pro quo nunc malim: *maceria erat ab laeva, semita paullum exstante a fundamento* etc. quod, licet librarius, qui etiam XLIV, 39 *patriam alteram* pro *patria altera* scripsit, non *semitā* et *exstantē*, sed *semitam* et *extantem* posuerit, propius tamen ad codicis scripturam accedit. Ceterum haec Baumgarten-Crusio quoque dicta sunto. Paullo post, ut, quum Bekkerus taceat, obiter hoc addam, in corrupta cod. Vindob. scriptura: *sopitus qui exemit a procliuit in declive*, lectionem sinceram: *sopitusque ex semita proclivi ruit in declive*, abditam latere, certissima coniectura perspexi. Alii aliter, sed frustra, hunc locum emendare studuerunt.

Cap. 47. *proditorem liberorum regis*] „Equidem levi muta-

tione pro *regis* legendum puto: *regem*, quae lectio ab homine imperito, quem fugiebat vocis *rex* significatio, in *regis* mutata videtur. *Rex* enim iam est iuventutis dux, magister, moderator. Horatius Od. I, 36, 8: *memor Actae nōn alio rege puertiae.*" — Mirum sane commentum et homine imperito dignum. Quis enim, quaeso, *liberorum regem* non sceptro, sed ferula insignem ferat in oratione pedestri? Si vocabulum *regis*, forsitan ex praecedentibus temere repetitum[24]), delendum fuerit, vulgatum: *Haec Romana esse*, tuearis Mucii Scaevolae verbis Liv. II, 12: *Et facere et pati fortia, Romanum est*; sin secus, mecum scribas: *Legis haec Romanae esse*, h. e. moris Romani, *non versutiarum Punicarum*. Terent. Phorm. III, 2, 48: *Mea lege utar*, i. e. meo more. Contrario errore Liv. XLV, 24 *legis* pro *regis* in cod. Vindob. legitur. Illud tamen nunc praetulerim.

Cap. 51. *Hanc ipsi legionem vocabant*] „Mutuati nempe sunt Macedones hanc appellationem a Romanis. Drakenborchio, qui ante *hanc* particulam *ita* excidisse putat, equidem haud assentior." — Utinam Doeringius Drakenborchium secutus a Dukeri errore sibi cavisset, quum Romanos quidem, id quod Dukerum non latuit, aliarum gentium copias pedestres *legiones* vocasse constet, Macedonas autem vocabulum Latinum usurpasse non probabile sit. Ne multa: quum in cod. Vindob. non *agemata*, sed *hagema* exstare didicissem, haud cunctanter, vocabulo *millia* adiecto, scripsi: *ex omni cetratorum numero duo millia erant: agema hanc ipsi legionem vocabant*, quod Bekkero quoque probatum esse laetor. De vitii origine a permutatis numerorum notis II, i. e. *duo*, quod in cod. Vindob. perscriptum est, et $\overline{\text{II}}$, i. e. *duo millia*, repetenda vid. Gronov. ad Liv. XXXIV, 10, 4, et de vocabulo ἄγημα cf. Sturzii lib. de dialecto Macedonica et Alexandrina p. 30.

Lib. XLIV, 39. *At, Hercule — in quo pugnaremus*] „In eiusmodi locis, ubi per interrogationem et ironiam intelligi debet contrarium, non raro sententiarum nexus paulo fit obscurior. Hic quidem locus in hunc fere sensum accipiendus videtur: *At, Hercule*, opponi fortasse possit, *habuissemus quidem inconditam inordinatamque aciem*, sed iidem habuissemus *castra munita, provisam aquationem, tutum ad eam iter praesidiis inpositis, explorata circa omnia!* Itane? an ea habuissent *nostri praeter nudum*

24) Ita librarios saepissime peccasse, quum constat inter criticos, tum ex cod. Vindob. intelligitur, in quo, ut pauca saltem exempla ponam, Liv. XLII, 47 *bella magis quam maiores gessisse*, pro *bella maiores gessisse*, XLIV, 31 *ad quod belli caput erat*, quod Grynaeus perperam in *id quod* etc. mutavit, pro *quod belli caput erat*, XLV, 7 *tunc quod nec sua accessio*, in quo idem Grynaeus, quum librarius non nisi verba *nec sua* induxisset, *tunc quoque accessio* latere, falso opinatus est, pro *tunc accessio*, cap. 8 *graeco sermone seu casu*, pro *Graeco sermone*, et cap. 27 *hostiliter urbem diripiendam*, pro *urbem diripiendam*, quod illi substitui, scriptum reperitur.

campum, in quo pugnaremus, nihil habentes?“ — Pro deum atque hominum fidem! Verba: *nihil nostri habentes*, i. e. nihil habentes, quod nostrum esset [25]), quum Livius non *pugnarent*, sc. *nostri*, i. e. *die Unsrigen*, sed *pugnaremus* scripserit, artissime coniungenda esse, Doeringius errore turpissimo lapsus non vidit? Quanto rectius extrema sic constituit Crevierius: „Itane parati concurrissemus, an potius nihil nostri habentes, praeter nudum campum, in quo pugnaremus?“ Haec autem, id quod ex vocabulo *itane* colligas, male intellecta misero Doeringio fraudi fuisse videntur.

Cap. 46. *nisi per facillimae custodiae pontem*] „Nisi per pontem, si eius custodes homines sunt facillimi atque levissimi.“ Hoccine est interpretari? Rectius Obstius: „pons, quae facillime custodiri potest.“ Per errorem tamen, quem linguae vernaculae usus peperit, *quae* pro *qui* scripsit.

Lib. XLV, 37. *illa enim tibi tota abscisa oratio esset*] „Tota enim tibi oratio in hoc fere compendium redigeretur: *oratio abscisa*, in qua, quae ad rem non pertinent, absciduntur, vel abscisa, h. e. resecta sunt.“ — Eiusmodi orationem potius cum Plin. Epp. I, 20 et Quinctil. Instit. Orat. IV, 2, 42 *circumcisam* dixerim. Malim igitur, quum Doeringius Ostertagium temere secutus esse videatur, hunc locum, ut quae inferius leguntur: *Haec sicut ad militum animos stimulandos aliquem aculeum habent* etc. aptius ei conveniant, Heusingero praeeunte ita interpretari: *Denn ein Geschwätz, wie folgendes, wäre dir dann ganz und gar genommen.* Sic Fabius dictator Liv. IX, 23 *nos omnium rerum respectum*, inquit, *praeterquam victoriae, nobis abscindamus* sive potius *abscidamus;* sic Livio aliisque scriptoribus Latinis *spes abscisa, incisa* et *praecisa* dicitur. Vid. Drakenborch. ad Liv. III, 58, 6 et IV, 10, 4, atque Duker. ad Liv. XXXV, 32, 6.

Cap. 40. *Alterum tantum*] „Tantumdem, nos: *eben so viel.*“ — Imo τοσοῦτον ἕτερον sive: *noch einmal so viel*, ut Heusingerus recte transtulit. Cf. de re in vulgus nota Liv. I, 36 ibique interpretes.

Quum igitur Doeringio quoque tota illa, quam in huius libelli principio posui, abscisa sit oratio, neque huic errorum et peccatorum indici, ut illum invita Minerva ad Livium edendum accessisse clarius demonstretur, alterum tantum adiiciendum esse videatur, verbum non amplius addam.

Scr. Misenae, a. d. XV Calendas Sextiles clɔlɔccccxxxi.

Io. Theoph. Kreyssig.

---

25) Quo minus enim cum Rupertio coll. Liv. IX, 19 *nunquam aequis, utique nunquam nostris locis laboravimus*, verba: *nihil nostri habentes*, explicemus per: nihil habentes, quod nobis faveret sive nobis opportunum esset, prohibent sequentia: *praeter nudum campum, in quo pugnaremus.*

Ueber den Gebrauch des lateinischen Perfecti Conjunctivi nach Präteritis in sogenannten Causalsätzen.

Da den Gesetzen des menschlichen Verstandes zu Folge sich Niemand die Wirkung als solche früher und vorhergehend denken kann vor der Ursach, so hat auch der Römer in seiner Sprache die Regel befolgt, bei Causal- oder Wirkungssätzen das Verbum des Nachsatzes nie in ein Tempus zu setzen, welches eine frühere Zeit bezeichnet als das Tempus des Verbi im Vordersatz *). Daher ist es logisch und sprachlich unrichtig zu sagen: *puer decidit de tecto, ut crus fregisset.* Doch es verhindern uns die logischen Gesetze unseres Geistes nicht allein die Wirkung als solche vorhergehend zu denken vor der Ursach, sondern eben dieselben gestatten nicht einmal Wirkung und Ursach als ganz in der Zeit zusammenfallend aufzufassen, indem sie uns nöthigen in Gedanken die Wirkung immer erst eintretend nach eingetretener Ursach zu setzen, mithin als noch unvollendet in dem Augenblick, wo die bewirkende Sache, die unsere Muttersprache als frühere und erste recht gut durch den Namen Ursach bezeichnet, eben Statt gefunden hat. Zwar sagt man bisweilen von Wirkungen, dass sie gleichzeitig mit der Ursach wie mit einem Schlage eintreten, alsdann beziehen wir aber dieses Gleichzeitige nur auf die Wahrnehmung, nicht aber auf den wahren Hergang der Sache, den wir in unserm Denken immer als einen successiven erkennen. Daher setzt auch der Römer in Causalsätzen das Imperfectum Conjunctivi mit *ut* nach einem Präteritum, ohne gerade dadurch die Wirkung an sich als dauernd oder lange Zeit anhaltend bezeichnen zu wollen, sondern es wird dieses Tempus, wie Zumpt (Lat. Grammat. § 504.) sehr richtig bemerkt, eben sowohl bei vorübergehenden und für die Wahrnehmung nur momentanen Wirkungen gebraucht. Demnach sollte man glauben, so wie der Römer dem zuerst erwähnten logischen Gebote gemäss nie gesagt hat: *puer decidit de tecto, ut crus fregisset*, eben so sei er von den Denkgesetzen abgehalten worden zu sagen: *puer decidit de tecto, ut crus fregerit*, so dass ihm nur die Anwendung des Imperfects (*puer decidit de tecto, ut crus frangeret*) übrig geblieben sei. Doch dem ist nicht also. Denn dergleichen Sätze, wo auf ein Präteritum das Perfectum Conjunctivi mit *ut* folgt, sind der römischen Sprache nichts weniger als fremd. Auch lässt sich das Beispiel: *puer decidit de tecto, ut crus fregerit* sehr leicht mit oben erwähntem Denkge-

*) Ausnahme machen conditionale Wirkungssätze wie *puer decidit de tecto, ut crus fregisset, nisi humus admodum fuisset mollis*, wo *fregisset*, da es keine stattgefundene Wirkung, sondern nur eine, die unter einer gewissen Bedingung eingetreten sein würde, bezeichnet, vollkommen richtig ist.

setze in Uebereinstimmung bringen, sobald man *fregerit* für den Conjunctivus Perfecti Präsentis erklärt. Da nemlich das Präsens Perfectum sich immer auf die gegenwärtige Zeit bezieht, und mithin entweder eine eben jetzt vollendete, oder, wenn auch früher vollbrachte, doch in ihren Wirkungen und Folgen gegenwärtig noch fortdauernde Handlung bezeichnet, so kann *ut crus fregerit* in dem gegebenen Beispiele entweder bedeuten: *dass er eben das Bein gebrochen hat*, wo dann auch *decidit* als Präsens Perfectum genommen werden muss (*der Knabe ist so eben vom Dache gefallen*); oder *ut crus fregerit* kann auch als gleichbedeutend angesehen werden mit *ut crus fractum habeat*, in welchem Falle nicht gerade nöthig ist auch *decidit* für ein Präsens Perfectum anzusehn, weil daraus, dass der Knabe (noch) jetzt ein zerbrochenes Bein hat, nicht nothwendig folgt, dass er es auch jetzt erst brach, sondern recht gut sich denken lässt, dass dieser Schaden von einem schon in der Vergangenheit liegenden Sturze herrührt. Wirklich hat auch das gegebene Beispiel auf die ersterwähnte Art schon Zumpt (Lat. Grammatik § 504.) gerechtfertiget, zugleich aber ausdrücklich bemerkt, dass, da im Conjunctiv das Perfectum nicht jene Unbestimmtheit einer ehemaligen Handlung (aoristische Bedeutung) habe, welche dem Indicativ dieses Temporis (neben seiner Bedeutung einer vollendeten Handlung in der gegenwärtigen Zeit) zukomme, sondern immer nur für die vollendete Handlung und gegenwärtige Zeit bestimmt sei (vgl. auch noch § 512.), in der Erzählung, wenn Ergebnisse aus dem Vorhergehenden mit der Conjunction *ut* angeführt werden, nur das Imperfectum Conjunctivi stehe. So wäre denn der lateinische Sprachgebrauch in der Construction des Perfecti Conjunctivi mit *ut* nach Präteritis gegen den Vorwurf einer logischen Unrichtigkeit vollkommen sicher gestellt.

Doch es finden sich nicht wenig Stellen, wo theils in andern theils in Causalsätzen das Perfectum Conjunctivi nur äusserst gezwungen, viele wo es gar nicht als Präsens Perfectum genommen werden kann; z. B. Cic. Acad. poster. I, 10: *Zeno igitur nullo modo is erat, qui, ut Theophrastus, nervos virtutis inciderit: sed contra qui omnia, quae ad beatam vitam pertinerent, in una virtute poneret, nec quidquam aliud numeraret in bonis; idque appellaret honestum, quod esset simplex quoddam et solum et unum bonum.* Dass hier *inciderit* nicht von einem eben in der Gegenwart Vollbrachten genommen werden kann, dies erhellt, ganz abgesehen von Sinn und Zusammenhang der Stelle, schon aus dem vorausgehenden Imperfectum *erat* und den folgenden *poneret, numeraret, appellaret.* Eben so wenig aber ist es möglich *inciderit* von einem zwar schon früher Vollbrachten aber in seinen Wirkungen gegenwärtig noch Fortdauernden zu verstehen. Denn bei dem, was nie Statt gefunden hat (wie hier das *incidere nervos virtutis*, welches in Beziehung auf den Zeno ganz geleugnet wird), kann

von keiner Fortdauer die Rede sein. Es bleibt also nichts übrig als *inciderit* aoristisch zu nehmen. Eben so in Causalsätzen, z. B. Nepot. Vit. Hamilcaris 1, 5: *Hoc consilio pacem conciliavit, in qua tanta fuit ferocia, quum Catulus negaret bellum compositurum, nisi ille cum suis, qui Erycem tenuerunt, armis relictis, Sicilia decederent, ut, succumbente patria ipse periturum se potius dixerit, quam cum tanto flagitio domum rediret.* Am augenscheinlichsten und unbestreitbarsten tritt dieser aoristische Gebrauch des Perfecti Conjunctivi in den Stellen hervor, wo der Leser das Perfect. Conj. von der gegenwärtigen Zeit zu verstehen durch anderweitige Zusätze verhindert wird. Cic. Fam. 5, 16: *Nulla umquam fuit, liberis amissis, tam imbecillo mulier animo, quae non aliquando lugendi finem fecerit.* Cic. Actione in Verrem secunda II, 3, § 8: *Magistratuum autem nostrorum injurias ita multorum tulerunt, ut nunquam ante hoc tempus ad aram legum praesidiumque vestrum publico consilio confugerint.* Cornel. Nep. Vit. Timoth. 2, 2: *Quae victoria tantae fuit Atticis laetitiae, ut tum primum arae Paci publice sint factae eique deae sit pulvinar institutum.* Vit. Agesil. 6, 1: *talem se imperatorem praebuit, ut eo tempore omnibus apparuerit, nisi ille fuisset Spartam futuram non fuisse.* Sueton. Vit. Titi 5: *cepitque eam natali filiae suae tanto militum gaudio, ut in gratulatione eum imperatorem consalutaverint et subinde decedentem de provincia detinuerint.* Wer diese und viele andre solcher Stellen unbefangen erwägt, der wird gewiss die aoristische Bedeutung, die ja Niemand dem Indicativ Perfecti in Abrede stellt, eben so wenig dem Conjunctiv dieses Temporis absprechen mögen. Selbst Zumpt, dem solche Stellen gewiss nicht entgehen konnten, hat sein Urtheil in einer Anmerkung dahin beschränkt, dass er gesteht (Lat. Gramm. § 504 p. 408): „Doch findet sich allerdings auch das Perfectum Conjunct. nicht selten in der Erzählung gebraucht, wo wir das Imperfectum erwarten würden, besonders häufig bei Nepos. Es scheint dies aber mehr eine Eigenheit dieses Schriftstellers zu sein, welcher in seinem kurzen historischen Abriss mehr die Facta angeben, als bei deren Darstellung verweilen will.“ Was jedoch Zumpt als eine blosse Eigenheit des Nepos betrachtet wissen möchte, mithin als etwas vom gewöhnlichen Sprachgebrauch der Römer Abweichendes, würde meines Bedünkens nur dann dafür gelten können, wenn es sich bei Nepos allein und ausschliesslich vorfände. Nun begegnet uns aber diese Art der Construction mit dem Perf. Conjunct. nicht allein bei Nepos, sondern auch bei Sueton, Florus, Vellejus, Tacitus, Livius, Cicero u. a., so dass wir sie schwerlich für Eigenheit eines oder mehrerer Schriftsteller halten können, sondern vielmehr für eine der ganzen römischen Sprache angehörige Redeweise zu betrachten haben.

Aber mit dieser Anerkennung der aoristischen Bedeutung des

Perfecti Conjunctivi drängt sich uns von Neuem die Frage auf, ob nicht die lateinische Sprache sich durch den Gebrauch dieses aoristischen Perfects nach Präteritis in Causalsätzen eine logische Unrichtigkeit, einen Verstoss gegen das obenerwähnte Denkgesetz habe zu Schulden kommen lassen, und ob nicht in dieser Constructionsweise ohngeachtet ihrer häufigen Anwendung in den Schriften der Alten doch nur eine fehlerhafte Enallage anzuerkennen sei, die nichts weniger als Nachahmung verdiene? — Dass dem nicht also ist, wird sich aus der Betrachtung folgender Hauptfälle ergeben, auf welche sich der Gebrauch dieser Construction zurückführen lässt:

I) nemlich findet sich diese Construction in Sätzen, welche in Grammatiken zwar als zu den Causalsätzen gehörig aufgeführt werden, in welchen jedoch *ut* eigentlich keine Wirkung oder Folge, sondern nur eine nähere Beschaffenheit des im Vordersatz Enthaltenen bezeichnet. Denn wenn wir uns unter Wirkung etwas ausserhalb der Ursach Befindliches und obgleich aus ihr Hervorgegangenes dennoch keinen Theil derselben Ausmachendes denken müssen, so können zu den Causal- oder Wirkungssätzen diejenigen nicht gerechnet werden, deren zweites Glied etwas innerhalb des ersten Enthaltenes, in ihm Bestehendes, den Inhalt oder einen Bestandtheil desselben Ausmachendes angiebt. Z. B. Suet. Vit. Caesar. 13: *atque ita potentissimos duos competitores multumque et aetate et dignitate antecedentes superavit, ut plura ipse in eorum tribubus suffragia, quam uterque in omnibus tulerit.* Dieses Davontragen einer so entschiedenen Mehrheit von Stimmen war nicht Wirkung oder Folge des Siegs, sondern eben darin bestand derselbe. Liv. 21, 2: *tormentis quoque quum laceraretur eo fuit habitu oris, ut superante laetitia dolores ridentis etiam speciem praebuerit.* Nep. Vit. Attici 18, 6: (*Atticus*) *versibus, qui honore rerumque gestarum amplitudine ceteros Romani populi praestiterunt, exposuit ita, ut sub singulorum imaginibus facta magistratusque eorum non amplius quaternis quinisve versibus descripserit.* Tacit. Hist. I, 55: *Primani quintanique turbidi adeo, ut quidam saxa in Galbae imagines jecerint.* Sueton. Vit. Tiber.: *Claudii fuerunt adversus plebem adeo violenti ac contumaces, ut ne capitis quidem quisquam reus apud populum mutare vestem aut deprecari sustinuerit, nonnulli in altercatione et jurgio tribunos plebis pulsaverint.* In diesen sämmtlichen Beispielen giebt der Satz mit *ut* keineswegs die Wirkung oder Folge des Vordersatzes, sondern blos die nähere Beschaffenheit des in demselben Enthaltenen an; mithin sind dergleichen Sätze gar nicht zu den Causalsätzen zu rechnen. Kein Wunder also, wenn das Verbum des Nachsatzes eben so wie das im Vordersatze im Aorist steht, da die durch jene Verba bezeichneten Handlungen oder Zustände nicht wie bei Causalsätzen im Verhältniss der Aufeinanderfolge stehen, sondern in der Zeit gänzlich

zusammenfallen (sie succediren sich nicht, sondern sie coincidiren). So ist gleich im ersten Beispiel der Satz: *ut plura ipse in eorum tribubus suffragia quam uterque in omnibus tulerit* Angabe der näheren Beschaffenheit des Vordersatzes: *potentissimos duos competitores — superavit*, er enthält keineswegs, wie es bei den Causalsätzen der Fall ist, ein Ereigniss, das erst nach dem des Vordersatzes eingetreten ist, sondern *superavit* und *suffragia plura tulit* fallen der Zeit nach ganz in eins zusammen, weil Cäsar in demselben Augenblick, wo er die Stimmenmehrheit davontrug, und eben durch dieses Davontragen den Sieg über seine Mitbewerber gewann. Daher finden sich Sätze, wo Perfectum und Imperfectum Conjunctivi neben einander stehen, indem alsdann das Satzglied mit dem Perfectum nur die nähere Beschaffenheit des Vorhergehenden, das Satzglied mit dem Imperfectum eine eigentliche Folge bezeichnet. Z. B. Cic. Philipp. I, 15, 36: *Nisi forte Accio tum plaudi et sexagesimo post anno palmam dari, non Bruto putabatis, qui ludis suis ita caruit, ut in illo apparatissimo spectaculo studium populus Romanus tribuerit absenti, desiderium liberatoris sui perpetuo plausu et clamore leniret.* Dass das Volk dem Brutus auch in seiner Abwesenheit Gunst- und Beifallsbezeigungen bei Gelegenheit der Aufführung seiner Spiele erwies, dies war nicht etwa Wirkung oder Folge seiner Abwesenheit (denn dieselben würden ihm auch in seiner Anwesenheit erwiesen worden sein), sondern es ist dies genauere Angabe der Beschaffenheit der Nichttheilnahme des Brutus an seinen Spielen, und um diese auszudrücken hätte Cicero etwa auch setzen können: *caruit quidem, sed et absens accepit populi studia*, oder: *ita ludis caruit, ut — absens acceperit*, weil beides ganz coincidirt; dass aber das Volk durch seine Beifallsbezeigungen die Sehnsucht nach Brutus selbst zu stillen suchte, dies war allerdings eine Folge der Abwesenheit des Befreiers; daher das Imperfect *leniret*. Vellej. Paterc. I, 9; *Perses adeo varia fortuna conflixerat, ut plerumque superior fuerit* (hier wird keine Wirkung, sondern nur die Beschaffenheit des Kampfes angegeben: er hatte siegreich gekämpft), *magnamque partem Graeciae in suam potestatem duceret* (Folge des siegreichen Kampfs). Wenn Cäsar, nachdem er gesagt hat, dass sich das Heer in grosser Getraidenoth befand, hinzufügt (B. G. VII, 17): *usque adeo, ut complures dies milites frumento caruerint*, so enthält dieser Satz offenbar keine Wirkung oder Folge jener Getraidenoth, sondern nur eine Angabe ihrer Beschaffenheit, eine Beschreibung ihrer Grösse; wenn aber Cäsar unmittelbar darauf fortfährt: *et pecore e longinquioribus vicis adacto extremam famem sustentarent*, so erkennt man in diesem Satz offenbar eine Wirkung jener Getraidenoth; sie zwang die Soldaten ihren Hunger in Ermangelung des Getraides blos mit Fleisch zu stillen. Daher steht

das erstemal das Perfect *caruerint*, das zweitemal das Imperfect *sustentarent*.

So wäre denn diese Construction in dergleichen Beschaffenheitssätzen gegen den Vorwurf einer logischen Unrichtigkeit sicher gestellt. Doch wir können noch weiter gehen und behaupten, dass dieselbe wegen der grössern Genauigkeit und feinern Unterscheidung, die dadurch im Ausdruck möglich wird, höchst zweckmässig und nachahmungswerth sei. Es besteht nemlich der Vortheil, den diese Construction für distinctere Darstellung gewährt

1) darin, dass vermöge derselben das Vorübergehende und Momentane von dem Dauernden und Bleibenden unterschieden werden kann. Denn dies bleibt beim Imperfectum unentschieden, da dasselbe im Conjunctiv eben so wohl dauernde als vorübergehende und für die Wahrnehmung nur momentane Handlungen oder Zustände bezeichnet. Soll also das Momentane besonders hervorgehoben werden, so kommt hiezu ganz trefflich das aoristische Perfect zu Statten; und zwar besonders häufig hebt der Lateiner dieses Momentane, Dauerlose, hervor in negativen Sätzen, weil eben das, was nicht geschieht, auch die Zeit nicht füllt, keine Dauer hat; z. B. Cic. Act. in Verr. secunda II, 3, § 8: *magistratuum injurias ita tulerunt, ut nunquam ante hoc tempus ad aram legum confugerint.* Doch auch in positiven Sätzen ist sehr häufig das Momentane hervorzuheben. Z. B. der Satz: *Dieser Mann starb in solcher Dürftigkeit, dass er kaum so viel hinterliess, als zu seiner Bestattung erforderlich war* würde schulgerecht übersetzt also lauten: *Vir ille in tanta paupertate decessit, ut, qui efferretur, vix relinqueret.* Nun ist aber der Act des Hinterlassens mit dem des Sterbens nicht allein vollkommen gleichzeitig, sondern auch eben so momentan. Der Bestimmtheit des Ausdrucks würde es also viel förderlicher sein statt des Imperfects *relinqueret* das Perfectum *reliquerit* zu setzen, und wirklich sagt Nepos Vit. Aristid. 3, 2: *Aristides in tanta paupertate decessit, ut qui efferretur vix reliquerit.*

2) Ein zweiter Vortheil, den die in Frage stehende Construction, in Beschaffenheitssätzen, gewährt, besteht darin, dass vermöge derselben die Wirklichkeit und der eigentliche Actus einer Handlung von der blossen Möglichkeit derselben, von der Fähigkeit dazu, das Besondere und Bestimmte vom Allgemeinen und Unbestimmten genau auch im Ausdruck unterschieden werden kann. Dies nemlich ist unmöglich, wenn in beiden Fällen das Imperfectum Conjunctivi gebraucht wird, was allerdings sowohl den wirklichen Actus als die blosse potentia, einen einzelnen bestimmten Fall wie etwas Allgemeines und Unbestimmtes bezeichnet. Nun ist zwar häufig schon aus dem ganzen Zusammenhange des Satzes zu erkennen, ob von etwas Allgemeinem und Unbestimmten oder ob von etwas Besonderem und Bestimmten, ob von

blosser Möglichkeit, Fähigkeit, Geneigtheit etwas zu thun oder von der Wirklichkeit, der Handlung selbst die Rede ist: dennoch aber ist nicht selten die Andeutung dieses Unterschieds auch durch das Tempus des Verbi höchst zweckmässig und der Deutlichkeit des Ausdrucks nicht minder als dessen Kürze förderlich. Z. B. der Satz: *Sempronius suum semper commodum amicorum utilitati postposuit, ut mori pro iis paratus esset*, lässt unentschieden, ob Sempronius im Allgemeinen und überhaupt fähig war sein Leben für seine Freunde zu lassen, oder ob er es in einem bestimmten, besondern Falle war, wo sich wirklich Gelegenheit dazu bot und wo er diese Bereitwilligkeit durch die That beurkundete. Steht aber: *Sempronius suum semper commodum amicorum utilitati adeo postposuit, ut mori pro iis paratus fuerit*, so deutet dieser Aoristus auf einen bestimmten einzelnen Fall der Wirklichkeit, wo eben Sempronius diese seine Bereitwilligkeit an den Tag legte. Wenn Nepos Vit. Dion. 9, 4 sagt: *fit strepitus adeo, ut exaudiri posset foris*, so will er nur im Allgemeinen sagen, dass dieser Lärm aussen von der Wache gehört werden konnte; dahingegen er *potuerit* gesetzt haben würde, wenn er hätte ausdrücken wollen, dass diese Möglichkeit den Lärm ausserhalb zu hören aus einem bestimmten Falle der Wirklichkeit erhelle. Solch' ein Fall war aber hier gerade nicht eingetreten, was Nepos unmittelbar darauf selbst erzählt, indem er bemerkt, dass von den Wache Stehenden, die den Dion zu retten vermocht hätten, si propitia voluntate fuissent, keiner demselben zu Hülfe gekommen sei. Wenn dagegen Tacitus Hist. III, 69 sagt: *noctem adeo quietam egit, ut degredi sine noxa potuerit*, so will er nicht blos im Allgemeinen sagen, das Flavius Sabinus, wenn er Lust gehabt hätte, vom Kapitol ohne Schaden hätte Verbindungen mit der Stadt anknüpfen können, sondern dass diese Möglichkeit sich gezeigt hat in einem bestimmten Falle der Wirklichkeit, dass es wirklich gelang in der Nacht vom Kapitol herunter in die Stadt zu schleichen. Daher steht dieser Aorist besonders häufig dann, wann ein im Vordersatz allgemein ausgedrücktes Urtheil Erläuterung oder Bestätigung erhalten soll durch Anführung eines einzelnen Falles, der unter jenes allgemeine Urtheil sich wie der Theil unter das Ganze subsumiren lässt. Sueton. Vit. Titi 8: *populum in primis universum tanta per omnes occasiones comitate tractavit, ut proposito gladiatorio munere, non ad suum sed ad spectantium arbitrium editurum se professus sit.* Hier giebt der Nachsatz eine von den vielen Artigkeiten, die Titus dem Volke bei jeder Gelegenheit bewies, namentlich an. Eben so Vit. Caesaris 48: *domesticam disciplinam in parvis ac majoribus rebus diligenter adeo severeque rexit, ut pistorem, alium quam sibi panem convivis subjicientem, compedibus vinxerit; libertum gratissimum ob adulteratam equitis Romani uxorem, quamvis nullo quaerente, capitali poena affecerit.* Vit. Tiberii 50: *Juliae autem*

uxori tantum abfuit, ut relegatae humanitatis aliquid impertiret Tiberius, ut domo quoque egredi et commercio hominum frui vetuerit.

Doch das aoristische Perfectum Conjunctivi nach Präteritis steht nicht allein dann, wann *ut* blos die nähere Beschaffenheit des Vordersatzes, etwas mit demselben Coincidirendes, bezeichnet, sondern auch

1) In der VI und V wird in 2 Jahren das Pensum des ersten Geschichts-Kursus und das des ersten und zweiten geographischen Kursus vollständig abgemacht, sey es, um dass beide Gegenstände stets *neben* oder zum Theil *nach* einander gelehrt werden. Anstatt des mittleren *drei*jährigen Kursus über die griechische, römische und deutsche Geschichte in IV und III kann aber nur ein *zwei*jähriger stattfinden, und der Ausfall an Zeit muss durch Vermehrung der wöchentlichen Stundenzahl ersetzt werden. Von den 6 für Geschichte, Geographie und Naturwissenschaft bestimmten Stunden mögen in beiden Klassen 4 für die Geschichte genommen werden, so dass im ersten Jahre die ganze alte Geschichte, bis zur Völkerwanderung, im zweiten die deutsche Geschichte vollendet werden kann. Die beiden übrigen Stunden werden in IV für den dritten Kursus der Geographie, der die Natur-Geschichte mit berührt, in III zunächst für die Vollendung dieses Kursus und dann für die mathematische Geographie und die Vorbegriffe der Physik verwendet. Die 3 Jahre der Secunda und Prima bleiben alsdann für den Kursus der Universal-Geschichte.

2) Oder, es kann auch eine theilweise Umkehrung der Gegenstände in den oberen Klassen stattfinden. Wenn nemlich die volle Zeit, wie wir sie so eben in der IV und III für die Geschichte gefordert haben, nicht herauszubringen, und der mittlere Kursus vielleicht nur bis zum Ende der Karolinger in Deutschland, oder bis zu einem andern Punkte der deutschen Geschichte, durchzuführen wäre, so möchte in der *Unter-* und *Ober-Secunda* sogleich der Kursus der neueren Geschichte, der den Schluss des ganzen Schul-Unterrichts machen sollte, und der die europäische Staatengeschichte mit umfasst, an die deutsche Geschichte in seiner ganzen Ausführlichkeit angeschlossen werden. Für die *Prima* bliebe dann die Universal-Geschichte der alten Welt als Schluss des Schulunterrichts. Durch desto sorgfältigere Wiederholungen müsste in diesem Falle ersetzt werden, was bei dieser Anordnung an Vollständigkeit fehlen würde.

Wir haben auch diesen Weg, obgleich dabei ein Ausfall entsteht, andeuten wollen, um der Ueberlegung der Lehrer-Kollegien bei solchen Anstalten, welche in ihrer Zeit und ihren Mitteln beschränkt sind, möglichst freien Spielraum zu lassen.

§ 17. Benutzung anderer Unterrichts-Stunden für die Geschichte, Geographie u. Naturgeschichte.

Um bei allen Anstalten so viel Zeit als möglich für die drei so umfassenden Unterrichtszweige der Geschichte, Geographie und

Naturbeschreibung zu gewinnen, sind alle die übrigen Unterrichts-Stunden dafür zu Hülfe zu nehmen, welche dies irgend gestatten; also 1) *der deutsche Sprachunterricht* in allen Klassen, um Lese-, Rede- und Stylübungen so viel möglich aus dem Gebiete jener Disciplinen zu nehmen. Die von der Conferenz zur Sprache gebrachte Ausarbeitung eines darauf berechneten Lesebuches für die unteren Klassen, welches doch auch zugleich die Folge des Sprachunterrichts und die Mannigfaltigkeit der Form beachtete, ist daher sehr wichtig, wenn auch schwierig; 2) *der lateinische und griechische Sprachunterricht*, indem in allen Klassen, wo Uebersetzungen in diesen Sprachen gemacht werden, der Stoff möglichst aus den besprochenen Wissenschaften genommen, und indem ferner die Lectüre der klassischen Historiker mehr mit der Geschichte in Verbindung gebracht werde, als gewöhnlich geschieht; 3) *der Schreibunterricht* in den unteren Klassen, welcher seine Themata aus dem Gebiete jener Wissenschaft nehmen kann, damit auch nicht die kleinste Hülfe für ihre Förderung versäumt werde; endlich 4) *der Zeichenunterricht*, dessen Benutzung für die Naturgeschichte, wenn auch nicht ausgedehnt, doch in bedeutenderem Maasse möglich ist, als bisher geschehen ist.

Münster, den 18. August 1830.

Königl. Provinzial-Schul-Kollegium.

Probe von Lesearten aus einem Nürnberger Codex der Briefe des Seneca.

[Verglichen mit der Ausgabe von *Ruhkopf.*]

Epist. II. Et ex his quae mihi scribis, et ex his quae audio, bonam] Ex hiis que michi scribis et ex hiis que audio bonam. — *: non discurris, nec*] . Non discurris nec. — *Aegri animi ista iactatio est*] Egri animi ista iactacio est. — *compositae*] composite. — *multorum auctorum,*] auctorum multorum. — *si velis*] si velit. — *In peregrinatione vitam agentibus*] Vitam in peregrinatione exigentibus. — *Non prodest cibus*] Non protest cibum. — *Nihil aeque sanitatem impedit,*] Nichil eque sanitatem inpedit. — *tentantur*] temptantur. — *: nihil tam*] .Nichil tam. — *Distringit animum librorum*] Distringit durchstrichen, am Rande Distrahit; animum fehlt. — *Itaque quum legere*] Itaque cum legere. — *sat est habere*] satis est habere. — *,quae ubi varia sunt et diversa, coinquinant, non alunt.*] que ubi varia sunt, et diuersa, inquinant non alunt. — *devertere libuerit, ad*] diuerti libuerit ad. — *quotidie*] cottidie. — *, aliquid adversus*] .Aliquid aduersus. — *Et quum multa*] ,et cum multa. — *excoquas*] concoquas. — *quae lego*] quam legi. — *apud Epicurum nactus sum; soleo*] aput epycuros nactus sum. Soleo. — *tanquam — tanquam*] tamquam —

tamquam. — *Cui enim cum*] Cui cum. — *dives est. Non*] pauper non est. Non. — *arcâ, quantum*] archa quantum. — *,quaeris?*] queris. — *,proximus, quod*] :proximus: quod.

Epist. III. admones me,] ammones me:. — *nec soleas ipse quidem hoc facere.*] non soleas ne ipse quidem id facere. — *verbo quasi publico usus es,*] verbo, quasi publico usus es:. — *dominos salutamus. Hoc abierit!*] dominos salutamus ac abierit. — *amicitiae. Tu vero*] amiciciae. Nach diesem hat das Mscpt.: Errat et ille, qui amicum in atrio querit, et in conuiuio probat. Nullum habet maius malum occupatus homo et bonis suis obsessus quam quod amicos sibi putat quibus ipse non est. Tu vero. — *prius. Post amicitiam*] prius post amiciciam. — *praepostere*] praepostero. — *Theophrasti*] theophrasii. — *amant, quum*] amant cum. — *: quum placuerit fieri,*] .Cum placuerit istud fieri. — *ut nihil committas,*] ut nichil tibi comittas:. — *committere*] comittere. — *inimico possis: sed*] aus uel amico corrigirt inimico possis tuo. Sed. — *arcana,*] archana. — *Nam multi*] Nam quidam. — *et aliis*] et illi. — *Quid est ergo, quare ulla verba*] Quid est ergo? Quare ergo ulla verba. — *quid est, quare*] Quid est? Quare. — *committenda*] comittenda. — *:quidam rursus*] .Quidam rursus. — *et, si possent, ne sibi quidem crediturí,*] et si possent ne sibi crediturí quidem. — *interius*] interius. — *,animo tuo mandabitur.*] animo mandabitur. — *quidquid*] quicquid. — *quiescendum est.*] quiescendum. — *.illa dicet tibi, se et diem fecisse et noctem.*] ,illa dicet tibi et diem fecisse et noctem sese.

Mendosus est Plinii de Phidia locus Hist. Nat. lib. 36 cap. 5: „In basi autem quod caelatum est, Pandorae genesin appellavit: ibi dii sunt XX numero nascentes; Victoria praecipue mirabili.“ Quem citans Bröndstedius operis inscripti: Reisen und Untersuchungen in Griechenland lib. 2 p. 219, *adstantes* ex conjectura Letronnii scripsit pro *nascentes*, laudato simili ejusdem Plinii de Zeuxide loco lib. 35 cap. 9: „Magnificus est Jupiter ejus in throno, adstantibus diis.“ Verum Jovi sedenti deos optime convenit adstare, ceu ministros. A Pandorae autem genesi, si nihil agant, melius absint. Nec passus est otiosos esse Müllerus, qui *trium de Phidiae vita et operibus commentationum* p. 23 emendavit: *dona ferentes.* Eleganter profecto, dicerem etiam vere, nisi longius id a vulgata recederet scriptura. Mihi videtur *pascentes* legendum esse, id est, alentes, nutrientes Pandoram. Idem officium Baccho recens nato NymphaeSatyrique praestare finguntur, et sic ipse dixit auctor lib. 12 cap. 14: „nam et benigne certo itinerum numero deus hospites *pascit*;“ lib. 18 cap. 3: „nulla provinciarum *pascente* Italiam.“ *nasci* autem et *pasci* saepe confundi a librariis, ostendit Burmannus ad Ovid. III Art. Am. 25.

T. Baden.

Francisco Spitznero,
viro celeberrimo,
S. D.
Godofredus Hermannus.

Quum me nuper viseres, Spitznere, vir clarissime, quaerebas quid sentirem de dissertatione illa, qua de duabus Graecae linguae praepositionibus ἀνὰ et κατὰ explicasses. Non habebam tum, quod responderem, nisi illud universe, valde eam mihi placuisse. Sed promisi, ubi denuo legissem, accuratius meam sententiam ad te perscribere. Id, otium nactus, eadem qua tu lingua usus es, et publice faciendum duxi. Nam quum in fine dissertationis illius spem quidem feceris magni operis praepositionesque omnes complectentis, quod profecto nemo non cupiat a te perfici, eam spem autem rursus pene ita ademeris, ut illud negotium aliis videaris relinquere: sic existimavi, si quid a me afferretur, quod aliquam esset utilitatem habiturum, id ad eum pertinere, quicumque illius materiae tractationem susciperet.

Atque priusquam ad rem ipsam veniam, quoniam tu quaedam praefatus es, ego quoque mihi ab his ordiendum puto. Dissentis enim a me de tmesi quam vocant, negasque disiunctam a verbo praepositionem anastrophen accentus admittere. Et mihi quidem ad praepositionem sic a verbo, ut volunt, avulsam nomen supplendum esse videbatur, videturque etiamnum. Nam quod obiicis, saepe ne inveniri quidem posse nomen, quod quis apte suppleat, ut in illo,

ἂν δ' ἄρα Μηριόνης πελέκεας δέκα πάντας ἄειρεν,

eo nihil moveor, quia aliarum quoque multarum ellipsium haec est origo, quod, si quid obscurius cogitatur, id omitti solet, quia quid sit dici non potest. Similis ratio est, qua in nominibus adiectivis saepe neutrum genus usurpatur, ut aliquid, quidquid velis, possis intelligere. Sed praepositio, sive illa pro adverbio, ut tibi videtur, est, quum est a verbo separata, sive, ut ego existimo, non additum est nomen, necessario sibi poscit anastrophen. Nam accentum propterea in ultima habent praepositiones bisyllabae, quia in pronunciando ad nomen proripitur vox, coniungendam esse praepositionem cum nomine indicans. Quod si postponitur nomini praepositio, non potest non redire qui ei proprius est accentus, qui est in prima syllaba. Idem autem fiat necesse est, si plane abest nomen. Illud vero nullo pacto possum concedere, quod p. 5 dicis, in ἀνὰ δὲ στήτω Ὀδυσσεὺς non tantum ponderis et gravitatis inesse adverbio, quantum inferatur inverso ordine verborum, στήτω δ' Ὀδυσσεὺς ἄνα: quae tibi Ger-

manicé sic sonare videntur: *vòr trēte Odysseus*, et *Odysseus trēte vór*. Haec ego confido alios iuxta ac me ipsum omnes negaturos esse, neque illud *vor* non utroque in positu verborum *vór* pronunciaturos. Quin te quoque ipsum mihi assensurum spero, si ex iis, quae eadem pagina et sequente attulisti, ea consideraveris, in quibus praepositioni carenti nomine suo aliud nomen quicum ea construi possit subiectum est, ut ἀνὰ τρίχας ἕλκετο χερσίν, ἀνὰ δ' ἱστία λευκὰ πέτασσαν, ἄκουε δ' ἀν' οὖς ἔχων. Ea evidentissime non possunt sine anastrophe pronunciari. Nam si accentum habebunt praepositiones istae in ultima, nemo quisquam sensum illorum verborum intelliget, sed dici putabit *per crines adduxit manibus*; *per vela expanderunt*; *audi in aure habens*.

Vide vero, ne opinio illa, qua praepositio per tmesin seiuncta a verbo suo adverbium potius esse, quam carere nomine quod intelligendum sit putatur, orta sit levius considerata Germanicorum adverbiorum ratione. Nos enim inter praepositionem et illud quod merum et purum adverbium est, tres alias habemus formas, quarum una propior adverbio est, duae reliquae magis ad praepositiones inclinant. Adverbia sunt *oben*, *unten*; praepositiones *über*, *unter*. Adverbiis illis proxima sunt adverbia haec demonstrativa, *droben*, *drunten*, in quibus accedit designatio rei alicuius, ad quam referantur notiones superi et inferi. Sequuntur, quae praepositionis terminationem habent adverbia, *darüber*, *darunter*, quae sunt ex praepositione et rei ad quam referatur praepositio notatione composita; item tertium genus, in quo pro rei illius notatione spatii aliquo pertinentis significatio est adiuncta, *herauf*, *herunter*; *hinauf*, *hinunter*. Sunt illa profecto, si usum spectas, omnia non dubie adverbia; sin compositionem, illud genus, quod medium posui, *darüber*, *darunter*, quid tandem aliud esse dicamus, quam praepositiones coniunctas cum pronomine, quod pro re ipsa, quae ex reliqua oratione cognoscatur, sit positum? Id manifestissime apparet eo, quod etiam cum ipsis nominibus fit talis coniunctio, ut *bergan*, *bergunter*; *stroman*, *stromunter*. Nunc Graeci, quorum lingua non patitur praepositionem cum nominibus aut pronominibus in unum confundi, omittunt nomen, sola praepositione utentes. Sic quod Homerus dicit, ἔπι δὲ κρόμυον ποτῷ ὄψον, Germanice dicas *dazu*: Graece quid id est aliud quam ἐπὶ τούτοις? Sed illud si ἐπὶ pronunciaretur, hiaret oratio, exspectareturque nomen aut pronomen. Quo omisso gravius pronunciata praepositio naturali accentu suo ἔπι, nihil sequuturum esse, sed intelligi debere rem aliquam ostendit, adverbium esse visa, quod Germani quum utimur adverbio, latet nos id adverbium praepositionem esse cum suo pronomine.

Venio nunc ad ipsam explicationem illarum de quibus tu scripsisti praepositionum. Atque illa quidem duo, quae ut fundamentum totius disputationis posuisti, praepositionibus primi-

tus locorum et motuum quasdam rationes indicari, illas autem duas, ἀνὰ et κατά, alteram motum ex inferiore ad superiorem aliquem locum, alteram eum qui huic contrarius est motum significare, tam et vera et plana sunt, ut non videantur ulli posse dubitationi esse obnoxia. Et profecto sapienter intellexisti, non esse singulas praepositiones separatim tractandas, sed coniungi componique debere eas, quae quodam inter se vinculo nexae cohaerent, partesque sunt unius cuiusdam communis rationis. In quo genere vehementer peccatur ab iis, qui in scholarum usum summaria grammatices scribunt. Quorum alii, aliquo illi tamen consilio usi, casuum singulorum explicationi simul praepositiones quae illis cum casibus construuntur adiecerunt, modo ne ea in re fere temere et non iusto ordine significationes enumerassent; alii autem, praepositiones separatim tractantes, sic eas ordinarunt, prouti cum uno vel duobus vel tribus casibus consociantur, illoque inepto in positu singulas secundum litterarum ordinem, ipsi quoque temere omnia permiscentes, explicare studuerunt. Rideas fortasse, Spitznere, credasque me puerilem lusum commendare, si dicam, quoniam propria vis praepositionum in locorum et motuum rationibus cernitur, optime et facillime earum naturam Graece discentibus patefactum iri, si rationes illae figuris quibusdam in tabula delineentur, quarum figurarum quaeque eas praepositiones contineat, quae inter se aliqua similitudinis vel diversitatis communitate sint coniunctae: ut illae, ἐν, ἐξ, εἰς: quas nemo tam hebes erit quin statim videat qua figura comprehendi possint sic, ut si adscribatur ἔν τῳ, ἔκ του, εἴς τι, nemini non ipso adspectu simul et significationes earum et constructiones pateant. Et tamen sat scio, si hoc adiumento usi essent rerum illarum explanatores, multa eos et rectius perspecturos fuisse et explicaturos distinctius. Sed quaqua via incedere placeat, non est praepositionum iusta explicatio perfacile negotium, quum praesertim saepe una praepositio cum diversis casibus, atque haud raro ita construi soleat, ut neque ipsius, neque casuum propriae significationis ratio haberi, in multis autem usus, arbitrium, libido dominari videantur. Illud quidem apertum est, casuum rectionem eo niti, quod aliqua inter praepositionem et qui ei adiunctus est casum similitudo atque affinitas intercedit. Atque ut praepositiones primitus ad locorum et motuum rationes referuntur, sic etiam casuum eadem natura est. Nam et unde quid veniat, et ubi sit, et quo tendat, casibus significari genitivo, dativo, accusativo, minime est dubium: quare quae unum casum regunt praepositiones, necessitate quadam illum quem habent casum sibi vindicant, ut ἔκ του, ἔν τῳ, εἴς τι. Sed casuum vis latius patet, quumque initio ab loci et motus observatione profecta sit, postea translata est ad ipsam rerum quarum situs et motus cernimus naturam, ut, quemadmodum alibi ostendi, genitivus quam substantiam dicunt philosophi, in qua vis inest aliquid efficiendi; dativus id, in quo vel

per quod aliquid efficitur; accusativus id, cuius status vi aliqua effectrice est procreatus, designaret. Ex quibus casuum rationibus non potest non nova quaedam ad praepositionum usum et potestatem accedere varietas.

Quod si quaeritur qua via incedere oporteat eum, qui praepositionum tum singularum, tum earum, quae affinitatis quodam aut diversitatis vinculo cohaerent, significationes dilucide iustoque ordine et modo explicare velit: ante omnia quae prima significatio sit investigandum est: quam patet optime cognosci tum ex cognatis adverbiis, ut in iis quas tu tractasti ex ἄνω et κάτω, tum ex verbis compositis atque iis locutionibns, in quibus nuda et carens nomine praepositio invenitur. Et hac quidem in re plane consentimus, videoque illud te fecisse in his praepositionibus egregie. Sed est etiam, in quo discedendum mihi a tua sententia esse intelligam. Diligenter enim cavendum arbitror, ne, si quae praepositiones inter se similes aut oppositae esse videantur, eam comparationem ultra persequamur, quam conveniat. Id vero tibi, ut ego existimo, accidit: qui quod ἀνὰ et κατά, si solae per se spectarentur, plane inter se contrarias esse videbas, ita tenuisti hanc comparationem, ut eam fere per totam dissertationem tuam deduxeris. Mihi quidem ad constituendam primariam et principalem potestatem praepositionum non satis videtur cognati adverbii et casu carentis praepositionis significatio, sed vel maxime etiam quos casus quaeque praepositio regat, eiusque rectionis quae ratio sit, considerandum censeo. Id enim plurimum momenti ad cognoscendas earum naturas, similitudines, diversitates habet. Sic illae ἀνὰ et κατὰ similes sunt eo, quod ambae genitivo et accusativo iunguntur; dissimiles autem, quod genitivum ἀνὰ rarissime, saepissime κατὰ adiectum habet; diversae denique eo, quod altera construitur etiam cum dativo, quem casum prorsus ab se spernit altera. Itaque etsi primo adspectu, ut ἄνω et κάτω, sic etiam ἀνὰ et κατὰ plane sibi invicem sunt oppositae, tamen sensisse oportet Graecos, id, quod dativum admitteret, inesse in altera, alteri autem deesse. Affert autem aliquando aliquid adiumenti etiam comparatio eiusdem praepositionis cum eadem praepositione servata in alia lingua. Sic ex illis duabus ἀνὰ aperte eadem est quae nostra *an*, cuius tu mentionem quidem facere non neglexisti, sed vellem tamen ea et saepius usus esses et explicatius. Nam haec nostra convenit illa quidem cum Graeca in eo, quod ad motum qui sursum fit, neque umquam, ne in metallariorum quidem, si recte aestimes, sermone, ad illum quo quid deorsum fertur, spectat: ut quum dicimus *hinan*, *bergan*: sed continet etiam, quod, obscuratum in Graeca, caussam aperit constructionis cum dativo. Nobis enim *an* vel motum vel situm designat ad aliquam rem eum, quo ea res ab alia re tangatur. Unde quod Homerus dicit, χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, nobis est *an dem goldenen Scepter*. Eiusmodi nihil est in κατά: quare haec, ut carens illo contactus significatu,

non construitur cum dativo. Unde coniici potest, ne genitivi quidem atque accusativi prorsus eamdem rationem esse, si cum κατά, quam si cum ἀνὰ coniunguntur. Cernitur autem illa Graecae et Germanicae praepositionis cognatio etiam in verbis compositis, et quidem duobus modis, uno, qualia sunt quae tu p. 7 attulisti, ἄνα δὲ κρῖ λευκὸν ἔμιξαν· ὕδατος ἄνα εἴκοσι μέτρα χεῦεν, quae nihil aliud significant, quam quod nos dicimus *daran thun;* altero, quo initium fieri indicatur, et quasi iacens quid attolli, qualia sunt ἀναβάλλεσθαι, ἀνειπεῖν, sicuti nos *anheben, anfangen, ansagen.*

Praeterea in modo, quo de illarum praepositionum usu disseruisti, id videris incommodum lectoribus fecisse, quod saepe praepositionem quidem cum nomine coniunctam attulisti, sed omisisti verbum. At id maxime necessarium est, quia omisso verbo saepe nescimus motumne an quietem an qualemcumque denique rationem significet praepositio.

His praemissis ad ea quae scripsisti me conferam, ut vel observationes aliquas iis addam, vel, si quid mihi aliter comparatum esse aut ordine alio rectius exponi videatur, deinceps afferam atque declarem.

Igitur primo p. 5 seqq. ubi verba attulisti cum ἀνὰ composita vel eam praepositionem per tmesin disiunctam habentia, ἀνέζεσθαι neque in § 6 differendum, neque, ubi de eo disseris, p. 10 in dubitationem vocandum fuisse existimo. Non pertinet eo, quod ibi prompsisti ex Odyss. XXII, 239

αὐτὴ δ' αἰθαλόεντος ἀνὰ μεγάροιο μέλαθρα
ἕζετ' ἀναΐξασα.

Nam ibi aperte ἀνὰ μέλαθρα ἀναΐξασα coniungenda sunt, ἕζεσθαι autem per se constat. Sed illa Apollonii dico, I, 1170

ἄνα δ' ἕζετο σιγῇ
παπταίνων·

et IV, 1331

αὐτὰρ Ἰήσων
παπτήνας ἄν' ἄρ' ἕζετ' ἐπὶ χθονός, ὧδέ τ' ἔειπεν.

Quod tu suspicaris, ἄνα cum παπταίνων et παπτήνας coniungendum esse, ipse, opinor, missum facies, ubi locos illos attente consideraveris. In priore Hercules, remo diffracto, πέσε δόχμιος. Inde dicitur ἀνέζεσθαι. In altero humi iacuerat Iaso, sed vocibus auditis ἀνέζετο, et sic sedens dicit illa, quae eum dicentem fecit poeta. Tum totus surgit:

ἦ, καὶ ἀναΐξας ἑτάρους ἔπι μακρὸν ἄυτει.

Ex his patet, ἀνέζεσθαι dici eum, qui iacens se erigat, ut iam sedeat, nondum autem in pedes consistat.

Exponis deinde § 5 de genitivo cum ἀνὰ iuncto, quae constructio non nisi duobus in exemplis apud Homerum, quorum in utroque est ἀνὰ νηὸς βαίνειν, sit reperta. Existimas autem poetam numerorum commoditate suadente et usu dicendi permittente

ἀνὰ praetulisse usitatae in ea re praepositioni ἐπί. Id si quis concedat, in unum quadret illorum exemplorum, in quo ἄν δ' ἄρα in principio versus est; non in alterum, in quo est ὣς εἰπὼν ἀνὰ νηὸς ἔβην. Ego vero de his aliter sentio. Ἐπὶ νηὸς βαίνειν est *navem conscendere*, quod de quo praedicatur, is pedem in navi ponit. Respondet nostro *auf das Schiff steigen*. Id vero etiam sic fieri potest, ut quis ex altiore navi in minorem descendens ἐπ' αὐτῆς βαίνειν dicatur. Sed ἀνὰ νηὸς βαίνειν dicitur, qui ex loco depressiore in navem adscendit, ut deinde in ea consistat: quod nos dicimus *das Schiff hinan steigen*. Recte ergo et distincte loquutus est Homerus, quum eo est casu usus, quo Graeci proprie quidem unde quid moveatur, sed etiam, quoniam invertere haec amant, quo moveatur significant. Neque vero aut ἀνὰ νηΐ dicere potuit, ut πῆξαι ἀνὰ σκολόπεσσι, quod in ea constructione nulla est motus significatio, neque ἀνὰ νῆα, quo indicasset illum per longitudinem navis incessisse. Adiecisti his locum Apollonii, qui tibi Homerum imitatus scripsisse videbatur III, 199.

ἄφαρ δ' ἀνὰ νηὸς ὑπὲρ δόνακάς τε καὶ ὕδωρ
χερσόνδ' ἐξαπέβησαν ἐπὶ θρωσμοῦ πεδίοιο.

Atque improbas, si recte percepi, eos, qui ex libris Parisinis ἄρα pro ἄνα posuerunt. At haud dubie ipse dudum animadvertisti, rectissime illos ἄρα restituisse, quia ibi de descendendo, non de adscendendo sermo est, omninoque dici non posse ἀνὰ νηὸς ἐξαποβαίνειν.

Progredior ad dativi cum ἀνὰ constructionem. In ea, ut supra dicebam, vellem attendisses ad Germanicam praepositionem, in qua praecipuum quoddam momentum servatum est ad Graecae praepositionis naturam perspiciendam: id quod mox in accusativo magis etiam patebit. Dicitur enim ἀνά, ut nostrum *an*, cum dativo sic, ut intelligatur res alii rei adhaerens eamve contingens: sed differt ille usus ab nostro, ut fere non nisi ad superiores eius rei partes, cui quid inhaeret, referatur. Hinc Homerus Iovem dormire ἀνὰ Γαργάρῳ ἄκρῳ dixit; Pindarus autem atque Euripides, qui in curru stant, ἀν' ἵπποις, ἀν' ἡμιόνοις esse: eodemque modo apud alterum horum ἀνὰ ναυσίν, apud Aeschylum ἂμ πέτραις dictum. Sed tamen propius etiam ad nostrae linguae usum accedit illud, quod p. 6 tetigisti,

ἀνά τ' ἀλλήλῃσιν ἔχονται·

quod dicimus *sie hangen an einander*. Sic enim continua serie volitare vespertiliones observatum est in iis locis, in quibus magna eorum invenitur multitudo, docetque id sibi cognitum esse Homerus illo loco comparatione similiter incedentium animarum.

Quoniam, quod inhaeret alii rei, cum eo etiam res illa coniuncta est, poetae sibi indulsisse videntur, ut inverterent usum praepositionis, et ἀνά τινι esse dicerent etiam id, cui quid inhaeret: quod non magis mirum est, quam ἐν στέμμασιν esse dici, cuius in capite imposita est corona. Hinc est, quod grammatici

Doriensibus ἀνὰ idem quod σὺν esse perhibent. Sic ego interpretandum arbitror illud, quod p. 8 ex Iphigenia in Aulide affers:

ἀνὰ δ' ἐλάταισι στεφανώδει τε χλόᾳ
Θίασος ἕμολεν ἱπποβότας.

Quid quod nos illud eodem modo: *an Fichtenstämmen kamen die Centauren.* Neque enim assentior tibi ἀνὰ ad ἕμολον referenti, quod etsi non repugnat illius loci rationi, tamen non debebas tueri illis in Hecuba verbis:

ἀνὰ δὲ κέλαδος ἕμολε πόλιν.

Nam ibi ἀνὰ nullo pacto cum ἕμολε coniungi potest, sed constructum est cum πόλιν. Alioqui strepitus non per urbem, sed ad urbem iisse diceretur.

In accusativi cum ἀνὰ copulatione, de qua et copiosissime et diligentissime exposuisti, credo ego te, si ad dativi rationem animum attendisses, temperaturum tibi fuisse a comparatione oppositarum praepositionum ultra terminum extendenda. Video enim te illa similitudine adductum esse, ut quum alibi, tum p. 11 ἀνὰ quoque, ut κατά, cum accusativo motum qui ultro citroque fit significare statueres. Id ego prorsus negò, tum usu scriptorum admonitus, tum ipsius adductus natura praepositionis.

Nam quum quod in ἀνὰ inest *sursum* illud, ut ex dativi admissione et comparatione Germanicae praepositionis cognoscitur, casu adiuncto ad contactum rei referatur: consequens est, primam significationem esse, accusativo accedente, *sursum ad aliquid*; quod nos dicimus *an etwas hinan:* ut κίον' ἀν' ὑψηλὴν ἐρύσαι. Potest autem aliquid vel recta sursum attolli, ut hoc ipso in exemplo, vel per acclive, ut quum dicitur ἀνὰ τὸν ποταμόν, quod non *stroman*, vel etiam per quamvis longitudinem, quae ante oculos protenta quasi paullatim adsurgere videtur: unde ἄμ πέλαγος, ἄμ πεδίον, et plurima alia. Quorum tu quum in quibusdam, comparato κατὰ permotus, commeatum qui ultro citroque fieret indicari existimasti, tribuisse videris huic praepositioni quod neque inest in ea nec potest inesse: fateorque ego ingenue, in omnibus illis exemplis, quorum illud, quod p. 13 v. 6 ex Iliad. XXI allatum est, non v. 37 sed v. 137 legitur, nullum mihi eiusmodi esse videri, eo ut sententia tua comprobetur: immo nihil ego in iis aliud invenio, quam quod Germanice *längs*, *entlang* dicimus, quibus vocabulis etsi non ubique nobis uti licet, ubi Graeci ἀνὰ usurpant, notio tamen manet eadem, a qua exclusa est ultro citroque cursio. Ut in illo,

ἔβα καὶ ταῦρος ἀν' ὕλαν,

quod scholiastes, cuius ipse verba apposuisti, ἐπὶ τῶν μὴ ἀναστρεφόντων dici testatur. Afferam pauca illorum, de quibus similiter statuis. Commemoras p. 12

κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ Διῒ φίλοι ἀγγελλόντων,

id *sursum deorsum per urbem* significare putans; item,

πτωχεύω δ' ἀνὰ δῆμον,
νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν,
πολλαὶ γὰρ ἀνὰ στρατόν εἰσι κέλευθοι,

et multa alia. Quid his similius, quam illa, quae attulisti p. 29

Τηλεμάχῳ δ' εἰκυῖα κατὰ πτόλιν ὤχετο πάντῃ·
ὃς κατὰ ἄστυ
πτωχεύεσκ' Ἰθάκης·

et Iliad. II, 779

φοίτων ἔνθα καὶ ἔνθα κατὰ στρατόν.

Vides vero in hoc postremo ἔνθα καὶ ἔνθα, in primo πάντῃ additum. Nimirum valde haec diversa sunt: qui ἀνὰ ἄστυ eunt, recta tendere per urbem dicuntur; qui κατὰ ἄστυ, ultro citroque. Mendicus ἀνὰ ἄστυ mendicans ordine ad singulas aedes accedit; κατὰ ἄστυ autem, hic illic vagus alias adit fores, alias praeterit. Morbus ἀνὰ στρατὸν grassans corripit primos, tum deinceps contagio proximos semper afficit: sed κατὰ στρατὸν qui cursitant, huc illuc feruntur. Ipse exemplum in primis luculentum attulisti p. 13

Θέστυλι, ταὶ κύνες ἄμμιν ἀνὰ πτόλιν ὠρύονται,

quod accurata observatione veri dictum. Nam uno cane latrante proximi vicini canis et sic deinceps omnes in omnibus aedibus per totam plateam excitantur. Eodem modo illud, quod supra afferebam, recte dixit Euripides,

ἀνὰ δὲ κέλαδος ἕμολε πόλιν,

statim ille subiiciens

κέλευσμα δ' ἦν κατ' ἄστυ Τροίας τόδε.

Nam hoste noctu irrumpente clamor a proximis sublatus deinceps per totam urbem est perpetuatus: sed hostes iam non ordine et iugi tenore se invicem ad caedem adhortabantur, verum huc illuc ruentes aliis atque aliis in locis sibi acclamabant. Si permutasset his in versibus praepositiones illas Euripides, utroque in versu inepte esset loquutus.

Haec si recte dixi, removeri ab ἀνὰ debebit illa motus ultro citroque euntis significatio, solusque relinqui is motus, qui coepto semel tenore protenditur. Itaque ne illud quidem opus est, quod dicis p. 13 interdum ἀνὰ *apud* significare, ut in illo:

ἀλλ' αὔτως ἀλάλημαι ἀν' εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ.

Nam hoc quoque recte dixeris Germanice *längs*. Eo etiam alia pertinent, quae tibi visa sunt aliter explicanda esse: ut ἀνὰ μέσον, quod proprie est, ut nos loquimur, *in der Mitte hin*, et quod p. 14 affers, ἀνὰ χεῖρα σκαιήν, nobis *an der linken Hand hin*. Eodemque modo

στησόμεθ' ἂμ πύργους,

auf der Mauer hin. Unde, ubi aliquid expers motus per ἀνὰ cum accusativo describitur, porrectum cogitari videtur. Quare Euripidis illud,

τὶν' ἀνὰ χέρα δόμους ἔβα Λοξίου,

in quo p. 15 merito notasti levitatem eius, qui praepositionum quoque doctrinae tenebras pro luce affudit, ego quidem non de sublato manibus puero, sed de porrecto in ulnis dictum credo.

Eadem ratio cernitur in usu praepositionis ad tempus translato: unde ἀνὰ τὸν πόλεμον fieri dicuntur, quae nobis *den Krieg hindurch* i. e. quae simul cum belli tractu fiunt: quod contra quae κατὰ τὸν πόλεμον accidunt, non continua intelliguntur, sed aliquando aut saepius, dum bellum est, gesta. Sic ἀνὰ νύκτα est *per noctis spatium*, i. e. quamdiu nox est. Haec mihi non videris distinxisse § 19, quoniam convenire in plerisque ἀνὰ et κατὰ existimabas.

Indidem explicanda praepositio in numerando, ut ἀνὰ πᾶν ἔτος, quod est *continua serie annorum:* et paullo aliter, quum ἀνὰ πεντήκοντα dicitur, quod modo de quinquagenis una serie comprehensis, modo de serie usque ad quinquaginta producta, quod nos *an funfzig*, est accipiendum. Eodemque pertinet ἀνὰ κράτος, et quae huic similia sunt, *quousque robur sufficit.*

Transeundum est denique ad derivatum illum praepositionis usum, quo *contra*, *retrorsum*, *rursum* significatur. Is aperte ex ea observatione ortus est, qua omnia videmus pondere suo deorsum ferri: quorum dura duris illisa sursum repelluntur, aqua fluminum autem mole obiecta aut vento obnitente contra naturalem cursum retruditur atque in se ipsa assurgit. Unde quum ἀνὰ ῥόον ferri dicerentur, quae adverso flumine protruduntur: aqua ipsa si in se remeare cogeretur, perinde erat, sursum eam an retro cedere dicerent. Porro quam propinqua sint *retro* et *rursum*, non eget explicatione. Ad hanc vero rationem ego quidem illa retulerim, quae tu p. 7 alio modo explicas, ἀναλύειν, ἀνανεύειν, Aratique ἀνακελεύειν. Maxime autem a te dissentio de Theocriti versu, quem p. 6 tractasti. Eo in versu mea quidem sententia neque βαρὺν δ' ἄνα θυμὸν ἔχοισα significare potest *attollens animum*, quae plane insolita locutio est, neque legi λάθρια, quod necessario erat ἁδέα scribendum: sed poeta quum scripsit,

ἁδέα μὲν γελάοισα, βαρὺν δ' ἄνα θυμὸν ἔχοισα,

hoc dixit: *dulce quidem ridens*, *sed gravem iram reprimens.* Non posse alium huius loci sensum esse, res ipsa atque omnis ratio illius carminis ostendit.

Venio nunc ad κατά. Eam praepositionem proprie *deorsum* significare ita est a te demonstratum, ut non sit quisquam refragaturus. Sed vereor ne abusus sis eo significatu, quum inde illud Homeri Odyss. X, 113

κάτα δ' ἔστυγον αὐτὴν

explicandum putasti, quod est *perhorruerunt*, aliaque permulta, in quibus comburendi, confringendi, obtinendi, comprehendendi, perficiendi notiones insunt. Nam etsi illud concedendum est, quaecumque sint praepositionis alicuius significationes, eas cohae-

rere cum ea quae prima est, ex eaque esse derivatas: tamen ea ratio varia est et multiplex, nec talis, ut in derivatis non possit ac saepe debeat longe aliud quid cogitari, quam in fonte unde illa sunt derivata. Quod nisi in animum induxisses comparari per omnia posse ἀνὰ et κατά, ipsi tibi, opinor, coactae et tortae visae essent illae explicationes. Si verum est, quod supra dicebam, quum ἀνὰ *sursum*, κατὰ *deorsum* significent, aliter tamen illud *sursum*, aliter hoc *deorsum* animo informari: videndum est, quo illa modo inter se differant. Et ἀνά quidem casu aliquo adiuncto ad contactum referri supra est observatum, qui distincte in Germanica praepositione expressus, etiam Graecorum in usu cernitur. Non est id in κατά, quae dativum ab se segregat, cum genitivo autem coniuncta aut *de aliquo* aut *versus aliquid*, et cum accusativo *per aliquid* et *in aliquid* ferri significat. Illud *per* quoniam proprie est *ab summo ad imum*, propterea multis in verbis compositis κατὰ significat *penitus*, ut κατακαλύπτειν, κατέχειν, καταπρῆσαι, καταγνύναι, καταλέσσαι, κατακτείνειν, κατάθνήσκειν: eoque pertinet etiam illud,

κάτα δ' ἡνία τεῖνεν ὀπίσσω,

et pleraque, quae tu, Spitznere, p. 18. 19. 20 aliter censebas explicanda esse. Porro quod ab summo ad imum in aliqua re cernitur, id per eam rem ubique dispersum videtur: eoque factum est ut κατὰ cum accusativo, si de motu diceretur, huc illuc aliquid moveri significaret; sin de quieto statu, locum incertum ac mutabilem cogitari iuberet: ut quum quis κατ' οἶκον esse dicitur. Hinc illa multa apud epicos, quum quis feriri κατὰ στῆθος, κατὰ μηρόν, κατ' ἀσπίδα dicitur, i. e. in parte aliqua pectoris, femoris, scuti. Id vero quum sit idem ac si dicas *qua parte pectus est*, apparet qui factum sit, ut κατὰ cum accussativo etiam *e regione* significaret. Id quo minus dubium videatur, memineris, quaeso, Livium id sine praepositione *regione* dicere, quod plane cum κατὰ convenit. Denique quoniam κατὰ *per* est, si id cui addita est praepositio ipsum movetur, ut κατὰ ῥόον, communis is motus est etiam ei rei, quae per illud versatur. Sic nata est illa significatio, quae est *secundum*, quae translata ad ea, quae aliquam similitudinem haberent, ut κατ' αἶσαν, κατὰ χρέος, κατὰ ζήτησιν, patuit latissime, praesertim quum consociata esse videatur cum illo quem modo dicebam significatu, *regione*: in quo quoniam collocatio talis, qualis pro situ alius rei esse debeat, ideoque quasi proportio quaedam adsignificatur, dicta sunt etiam κατὰ μοῖραν, κατὰ κόσμον, κατὰ κράτος, κατ' ἄνθρωπον, κατὰ γνώμην, aliaque innumerabilia. Haec omnia quum tu summatim, sed alio modo explicabas, attulisti p. 19 Moschi verba IV, 48 οὐ γάρ σφε δόμον κατὰ τοῖχος ἐέργει. Ea vero corrupta esse ego arbitror, tum quod nihil magis absurdum dicere illo loco poeta potuit, tum quod,

si ita scripsisset, usus Graecorum non καὶ λίην γε, sed ἀλλὰ λίην γε inferri postulasset. Non dubitandum puto, quin scripserit:

τοίγαρ σφε δόμον κάτα τοῖχος ἔέργει.

Progredior ad genitivum, de cuius constructione cum κατὰ docte atque accurate exposuisti: sed pauca tamen sunt, de quibus mihi alia stat sententia. Quod p. 23 scripsisti, neminem te dissensurum credere, si contendas Mivervam caesi Patrocli totum corpus inde a naribus ambrosia et nectare perfudisse dici his versibus Iliad. XIX, 38

Πατρόκλῳ δ' αὖτ' ἀμβροσίην καὶ νέκταρ ἐρυθρὸν
στάξε κατὰ ῥινῶν, ἵνα οἱ χρὼς ἔμπεδος εἴη,

vereor ne te frustrata sit spes tua, etiam si illud fortasse defensum ire velis his Quinti Calabri III, 533

στάζε δ' ἄρ' ἀμβροσίην κατὰ κράατος, ἣν ἄρα φασὶν
δηρὸν ἐρυκακέειν νεαρὸν χρόα κηρὶ δαμέντων.

Mihi quidem certe, nec dubito quin etiam aliis, prorsus incredibile videtur, si illud dicere voluisset Homerus, nares eum, non caput nominasse. Praeterea quomodo de toto corpore, nisi id diserte dicatur, cogitari potest in iacente mortuo, cuius si naribus affundetur ambrosia, utrimque per genas et mentum illa, non ad pedes defluet? Tale quid non commisisset poeta accuratissimus. Immo certissimum est, infudisse Minervam naribus illa condimenta. Neque enim latebat Homerum, opinor, per nares et extractum esse ab Aegyptiis cerebrum et instillata medicamina, quibus corpus adversus putredinem firmaretur. Quin etiam si ignotum id ei fuisset, illud non ignorabat, olfactu rei acriter olentis refici vires et redire animam exanimatis.

Eadem pagina et sequente tractasti illa Apollonii IV, 145

τοῖο δ' ἑλισσομένοιο κατόμματον εἴσατο κούρη
ὕπνον ἀοσσητῆρα θεῶν ὕπατον καλέουσα
ἡδείῃ ἐνοπῇ θέλξαι τέρας.

Qui locus mihi quidem sic rectissime scriptus videtur. Nam et κατόμματος ὕπνος recte est eaque ipsa potestate dictus, qua tu κατ' ὄσσων scribendum censes, neque praeterea quidquam in verbis aut perversi aut obscuri invenitur. Hoc dicit: *visum est Medeae, sopire draconem advocando potente adiutore, oculos occupante somno.*

P. 25 in numero versus Theognidei 1279 erratum esse oportet. Ibidem quod eximis Quintum, quasi is novum introduxerit usum, κατὰ cum genitivo ad quiescentia referens, id ego non concedam. Nam κεῖσθαι κατὰ χθονός, et quidquid huiusmodi afferri potest, usitata Graecis ratione sic dicitur, ut sit *iacere deiectum in terram.* Quid enim? num εἰς οἶκον εἶναι quum dicitur, aut quum nos *in das Haus seyn*, id motus significatione carere cense-

bimus? De Homeri quidem versu Odyss. IX, 330 poterat nonnihil dubitari:

ἦ ῥα κατὰ σπείους κέχυτο μεγάλ' ἤλιθα πολλή.

Neque enim deterius esset κατὰ σπεῖος, si de fimo per omne solum aequaliter sparso esset cogitandum: at non hoc, sed aggestam ad parietes fimi copiam intelligendam esse eo monemur, quod fustem sub fimo occultare volebat Ulixes, cui consilio ille locus solus erat aptus. Quinti autem illud V, 100 de Oceano, quod affers:

οὕνεκ' ἔην ἔκτοσθε κατ' ἄντυγος,

sic accipiendum arbitror, ut inclinari in convexo scuto Oceanus in oram dicatur. Nam ἔκτοσθε non ad κατ' ἄντυγος spectat, sed referendum est ad πάντα, quod praecessit in his:

πάντα δ' ἄρ' ἐστεφάνωτο βαθὺς ῥόος Ὠκεανοῖο.

Non erat autem omnino commemorandum illud in eodem Quinti libro versu 123

νῦν μὲν δὴ κατ' ἀγῶνος ἀέθλια πάντα τελέσθη,

quod est ἀγῶνος ἀέθλια κατετελέσθη. Illud vero, κατὰ γαστρὸς ἔχειν, sic dictum puto, ut susceptum κατὰ γαστρὸς fetum cogitari oporteat. Et convenit, quod de apibus ex Nicandro affers. Sed duos Quinti locos, quos p. 26 commemoras, in altero κατὰ per tmesin a βαίνων disseptum putans, alterius dictionem condonandam censens illi poetae, eos locos ego corruptos ac plane monstruosos esse existimo. In priore enim, V, 343, quod de aquila Promethei dicitur, κατὰ νηδύος ἐνδόθι βαίνων, aeque foedum atque ineptum est. Quam immani enim magnitudine, praesertim quum aquilam quoque magnam vocet poeta, Prometheum fingere debebimus. Non ego tam absurdum commentum imputem Quinto, sed, si quid video, scripserat ille:

ὅτε οἱ μέγας αἰετὸς ἦπαρ
κεῖρεν ἀεξόμενον κατὰ νηδύος, ἐγγύθι βαίνων.

Magis etiam depravatus est alter locus, III, 536 ubi quum Minervam dixisset mortui Achillis caput, ne corpus putresceret, ambrosia perfudisse, addidissetque,

θῆκε δ' ἄρ' ἑρσήεντα καὶ εἴκελον ἀμπνείοντι,

sic pergit:

σμερδαλέον δ' ἄρα τεῦξεν ἐπισκύνιον περὶ νεκρῷ,
οἷον ὅτ' ἀμφ' ἑτάροιο δαϊκταμένου Πατρόκλοιο
χωομένου ἐπέκειτο κατὰ βλοσυροῖο προσώπου.

Quae haec, obsecro, oratio est? quae autem sententia, Minervam terribile supercilium circa mortuum fecisse? Turpiter haec corrupta esse quum per se pateat, tum fons ostendit, ex quo sua hausit Quintus. Nam in carmine, quod inter Theocritea est XXIV de Autolyco pugile v. 116 scriptum est:

τοῖον ἐπισκύνιον βλοσυρῷ ἐπέκειτο προσώπῳ.

Iam tu, Spitznere, qui omnium optime scis, quam lacerum et male

habitum ad nos pervenerit Quinti poema, facile, spero, mihi assentiere, si et ultimum illorum versuum ab imperito correctore male expletum, et in primo *νεκρῷ* ex interpretatione superscripta, pulsa alia voce, vel mutilo versu invento, receptum statuam. Aut scripsit Quintus aut scribere debuit:

σμερδαλέον δ' ἄρ' ἄτυξεν ἐπισκύνιον πέρι πάντας,
οἷον ὅτ' ἀμφ' ἑτάροιο δαϊκταμένου Πατρόκλοιο
δεινὸν χωομένου βλοσυρῷ ἐπέκειτο προσώπῳ.

De accusativi cum *κατὰ* constructione quoniam supra quid mihi videretur exposui, non opus est ut persequar quae tu ea de re disputasti. Ipse enim intelliges, me quidem iudice et *deorsum* illud, quod in multis invenire tibi visus es, argutius quaesitum esse, et *ἀνὰ* neque per omnia cum *κατὰ* comparari posse, neque, quod tibi placet, saepe idem cum *κατὰ* significare, et denique, quod ex his omnibus sequitur, ordinem significationum me probare alium. Quocirca pauca tantum attingam. P. 27 hoc Quinti IV, 254 *κατὰ χθονὸς οὖδας ἐρείδων* interpretaris *ad terram eum affligens.* Id vereor ut recte dixeris. Describens ille luctam Aiacis et Diomedis sic loquitur:

τὸν δ' Αἴας καθύπερθεν ἐπεσσύμενον ποτὶ γαῖαν
ἕξ ὤμων ἐτίνασσε, κατὰ χθονὸς οὖδας ἐρείδων.

At non prostravit Aiax Diomedem, ut ex iis patet, quae sequuntur. Quod si sic scripsit Quintus, *κατὰ* non est cum *οὖδας* construendum, sed dixit *οὖδας ἐρείδων, premens solum*, idque *κατὰ χθονός, contra terram nixus.* Vide vero an scripserit, *κατὰ χθονὸς οὖδας ἐρείδειν, quo ille humi deiectus solum premeret.* Nam sic quoque *κατὰ χθονὸς* iungenda puto. Deinde § 15, ubi *ἀνὰ* et *κατὰ* eodem significatu esse censes, quod p. 29 ais, ubi *κατὰ* et *ἀτὰ* duplicentur, orationi vel copiam vel perspicuitatem afferri, de copia concedo: concedam etiam de perspicuitate, si mecum differre potestates harum praepositionum statueris. Affers haec:

τίς δ' οὗτος κατὰ νῆας ἀνὰ στρατὸν ἔρχεαι οἷος;
Κύρνε, καθ' Ἑλλάδα γῆν στρωφώμενος ἠδ' ἀνὰ νήσους.

Quae si sic dicta sunt, ut *ἀνὰ* recta pergentem denotet, *κατὰ* autem id non adsignificet, tum distincte illi loqui videbuntur. Neque vero *ἀνὰ θυμὸν* et *κατὰ θυμὸν* eadem sunt. Nam *ἀνὰ θυμὸν* de studio dici videtur, quod quasi surgat in animo; *κατὰ θυμὸν* autem cum iis fere verbis coniungi videmus, quae cogitationem, deliberationem, curam, sollicitudinem significant, ideoque huc illuc versari aliquid animo ostendunt. Quamquam cavendum in hoc genere ab nimis exili subtilitate. Nam ut non ubique, ubi *κατὰ* recte usurpatur, etiam *ἀνὰ* aptum sit, at saepe ubi *κατὰ* dicitur, patet etiam *ἀνὰ* ferri posse, dummodo suum utrique praepositioni ius salvum maneat.

Sed ut supra *ἀνὰ* negavi *apud* significare, ita nego etiam, quod tibi p. 30 placet, eo sensu dictum esse Odyss. XI, 570

ἥμενοι ἑσταότες τε κατ' εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ,

quod est *in domo Orci*. Non debebat his adiungi Odyss. XVI, 159

στῆ δὲ κατ' ἀντίθυρον κλισίης Ὀδυσῆϊ φανεῖσα,

neque Iliad. XII, 340

καὶ πυλέων· πάσας γὰρ ἐπῴχατο· τοὶ δὲ κατ' αὐτὰς
ἱστάμενοι πειρῶντο βίῃ ῥήξαντες ἐσελθεῖν·

in quibus κατὰ potius est *e regione, contra*, ut quod illa pagina ima commemorasti κατ' ὄσσε ἰδών. Theocriti quod affers ex I, 30 pertineatne huc an aliter sit intelligendum, in ambiguo relinquam. Certe autem diversum est quod prompsisti ex eiusdem II, 166

ἀστέρες εὐκήλοιο κατ' ἄντυγα νυκτὸς ὀπαδοί,

quod est *per orbem noctis dispersae stellae*. Potuerat vero commemorari δεξιτερὴν κατὰ χεῖρα, cuius mentionem alio loco, p. 32 fecisti. Denique quod tetigisti p. 34 ex Iliad. XIV, 180

χρυσείῃς δ' ἐνετῆσι κατὰ στῆθος περονᾶτο,

eo indicatur *in pectore*, i. e. in aliqua parte pectoris peplum fibulis esse constrictum.

Sed satis. Vides quae mihi dissertationem tuam legenti subnatae sint dubitationes. In quibus si quid veri inesse tibi videbitur, non poenitebit me haec scripsisse. Non mirum est autem, alios in hoc genere aliam viam inire. Nam vix quidquam tam lubricum est in syntaxi linguarum, quam hi loci, qui sunt de praepositionibus et de coniunctionibus. De quibus disputari recte non potest, nisi et ingenti copia exemplorum congesta et subtili instituta pervestigatione similitudinum ac diversitatum. Et huius quidem pervestigationis tum labor tum difficultas eo solent magis crescere, quo maior illa exemplorum est multitudo ac varietas. Quare vehementer laudo, quod et apparatum instruxisti amplissimum, et in eo ordinando eximiam adhibuisti diligentiam atque sollertiam. Quod si, ut mihi visus es, paullo plus tribuisti quam fortasse debebas illi duarum praepositionum comparationi, intelligo fuisse quae te maximopere ad eam rationem invitarent, quae, etiamsi minus late, ut ego existimo, patet, tamen est verissima. Adducimur autem facillime, si quid saepe et multis in rebus verum esse videmus, ut ei adhaereamus tenacius, nec mittere, etiam ubi mittendum sit, velimus. Quapropter ego et ipse optimum factu atque utilissimum deprehendi, et commendare soleo aliis, ut quis linguarum rationem usu multaque lectione, sicuti vernaculam linguam discimus, cognoscere studeat, postquam autem eo pervenerit, ut obscuro quodam, sed satis certo sensu vera a falsis distinguere sciat, tum demum in fontem et caussas eius sensus inquirat. Sic et citius et certius, quam deficiente vel non exculto illo sensu, pervenitur quo volumus, viaque et planiore et amoeniore. Vale. D. Lips. d. XXIII Octbr. a. MDCCCXXXI.

Collatio
Epistolarum Socratis, Antisthenis et aliorum Socraticorum
quas Leo Allatius edidit Paris. a. 1637 in 4.,
cum
Codice earum MS. Helmstadiensi.*)

P. 1. Inscriptio in codice est *Σωκράτους Ἐπιστολαὶ, τοῦ φιλοσόφου.*

Primae epistolae Inscriptio *Σωκράτους* abest a cod. Pag. 2, 7. *ὑπίσχῃ: ὑπισχνῇ.* 21. *ποιοῦμαι: ποιούμεθα.* Pag. 3, 4 et 5. *παρακαταθῶμαι: παρακατάθωμαι* sequente commate, quod abest post *εὑρίσκω:* abest etiam *γὰρ.* 21. abest *ὡς*, et pro *ὑμῖν* est *ἡμῖν.* Pag. 4, 9. *πρόθεσμα: πρόσθεμα.* 22. *εἰσιν: εἰσι.* 24. *ὃ μηδὲ καὶ: ὁ μὴ καὶ.* Pag. 5, 8. *τῶν μὲν ἑτέρων ἔχειν: τοῦ μὲν ἑτέραν ἔχει.* 12. *ἢ καὶ κατὰ: ἢ κατὰ.* Pag. 6, 19. *ὠφέλειαν: ὠφελείας. Ibid. γινομένας: γιγνομένας.* 26. *ἠπίστησαν: ἐπίστευσαν.* 27. *γὰρ τότε: γάρ ποτε.* Pag. 7, 10. *ἐπέσθησαν: ἐπείσθησαν.* 12. *οἵκαδέ τε: καὶ οἴκαδε.* 13. *δὲ ἄλλους: δ' ἄλλους.* Pag. 8, 5. *ἢ κυβεύειν: ἢ κυβερνᾶν.* Pag. 8, 13. *πεποίηκεν: πεποίηκε.* 19. *ἐφ' ἵππου: ἐφ' ἵππον. Ibid. καθέζεσθαι: καθίζεσθαι.* 25. *τῆς μειζ.: τῶν μειζ.* 29. *Βελλεροφόντην: Βελεροφόντην.* Pag. 9, 6. omissum est *γὰρ.* 12. *οὐχ ἅπερ: οὐχ ὥσπερ.*

Epist. II. Inscriptio abest.

Epist. III. Inscriptio huius quoque abest, uti sequentium. Pag. 9, 6. *οὔπω δέ ἐστι: οὐπω δ' ἐστὶ.* 15. *ἔχοι: ἔχῃ. Ibid. νῦν καὶ: νῦν γε.* 16. *δέομεν ἀπειρηκέναι: δεομένη ἢ ἀπειρ.*

Epist. IV. P. 10, 3. *αὐτὴν: αὐτὸν.* Pag. 11, 1. *διανενοεῖσθαι: διανενοῆσθαι. Ibid. μᾶλλον δὲ ὥρμῆσθαι: μᾶλλον ἐξωρμῆσθαι.*

In Epist. V, l. 5. *εὐτυχῶν: εὐτυχὼν* et Pag. 12. ult. *τὰ παραδ.*

---

*) Codex est in membrana nitide et eleganter scriptus a Georgio Chrysococca, qui in fine nomen suum prodidit his versibus:

Γεώργιος γέγραφεν ὁ Χρυσοκκόκης
Αὐρίσπα τηνδὲ βίβλον τῷ Ἰωάννῃ

Continet 1) Aeschinis Orationes et Epistolas, 2) Isocratis Epistolas, deinde 3) Socratis et Socraticorum Epistolas, denique 4) Dionysii Halicarnassensis de Lysia Oratore Iudicium. Epistolae Socrat. implent folia XVIII. Sed ex XXXV, quas Allatius edidit, desiderantur hic XVI totae, quas infra in fine Collationis indicavimus; nonnullae etiam alio ordine, atque in Allatii editione, collocantur. Descriptum et magnopere laudatum vide codicem a Io. Iac. Reiskio Orat. Graec. T. III p. 772 seqq.

Epist. VI. Pag. 13, 16. τὸν ἄλλον: τὸν ἄλλων. Pag. 14, 10. καὶ εἰς τὴν: abest καὶ. Pag. 14, 15. συμβαίνειν: συμβαίνει. Pag. 15, 5. μακαριωτάτῳ: μακαριώτατον. 16. καὶ ὅπερ: deest καὶ et interstinctio post παίδων. Pag. 16, 19. τὰς ἐπ' αὐτῶν: τὰς ἀπ' αὐτῶν. 24. ἐκτίοντες: ἐκτίνοντες. Pag. 17, 1. τεθνεῶτα: τελευτῶντα. (Fortasse in cod. legendum est τελευτῶντος. Stat enim vox in fine versus, ubi deficiente spatio ad vocem, quam coeperat, finiendam solet scriba huius codicis ultimas syllabas, ne avulsas in sequentem versum transferat, superscribere, utens ibi fere characteribus et compendiis scribendi insolentioribus diversisque ab iis, quae in mediis versibus adhibet frequentissima. Hic autem adhibuit compendium cuius ultima syllaba et τα et τος legi potest.) 11. πολιτικὴν: πολιτικῇ. 16. οὐκ ἀπολείψω: οὐ καταλείψω. 27. ἐκεῖνο ἐρῶ: ἐκεῖνο ὁρῶ. Pag. 18, 5. τῆς μὲν οὖν: deest μὲν. 14. ἀντάλλαγμα: ἀντικατάλλαγμα. 22. Comma est post στέργεται, post τότε nullum. *Vlt.* συνηρτημένοι: συνανηρτημένοι. Pag. 20, 4. ἐπισκεψόμεθα: ἐπισκεψώμεθα.

Epist. VII. Pag. 20, 5. ἀπόντος σου: abest σου. 9. ἐν αὐτοῖς: ὡς αὐτοὺς. 13. τὸν θόλον: τὴν θόλον. *Vlt.* οὐκ ἂν: οὐ κἂν. Pag. 21, 7. νὴ Δία εἶπον: νὴ Δί' εἶπ. 8. τοσοῦτό γε: τοσοῦτον γε. 10. deest οὐδὲν. 14. διήγγελον: διήγγελλον. 18. ἀπεδέξαντο: ἀποδέξαιντο. 21. ἐνταῦθα: ἐνθάδε. *Penult.* ἐνταῦθα: ἐνθάδε. Pag. 22, 4. deest εἰ. 5. ἐβούλοντο: εἰ ἐβούλοντο. post ἐβούλοντο interstinguitur puncto, et post Κορινθίων nullum comma. 8. αὐτοί τε: αὐτοῖς τε. 12. ἐπαγγέλλουσι: ἀπαγγέλλουσι. 21. παραφαίνηται: παραφαίνεται. *Antepenult.* τὰ δὲ: τὸ δὲ. Pag. 23, 5. κακὸν: κακῶν. 20. post ἐλπὶς comma ponitur et deest post ην, et scribitur ἣν ἂν.

Epistolam VII in codice Helmst. excipit ea, quae in Allatii editione est XXI, cumque ibi Xenophontis nomen praeferat, hic *Aeschinis* in fronte gerit.

Epist. XXI. Pag. 45. Inscriptio est: Αἰσχίνης, Ξανθίππῃ τῇ Σωκράτους. Pag. 45, 7. κἀγαθὼ: καὶ ἀγαθὼ. Pag. 46, 1. ὦ 'γαθὴ: ὦ ἀγαθὴ. 2. ὀνήσει: ὀνήση, quae prior scriptura fuit: sed secunda manus atramento minus pallido superinduxit ϐ, quod est ει. 21. αὐτῇ: αὐτὴ. Pag. 47, 1. δεήσῃ: δεήσει. 4. μέγα τι: μέγα τὶ. 6. ἔζησεν: ἔζησε. 8. μέγαν τε: μέγα τὲ.

Sequitur iu cod. quae Allatio est *Epistola XXII.* In inscriptione Ξενοφῶν abest, et legitur Σιμμίᾳ καὶ Κέβητι. Pag. 47, 4. ἔχων: ἔχω sequente commate. 6. ποιεῖτε: ποιοῖτε. 7. περί του: περὶ τούτου. 10. καὶ ἄλλῳ: καὶ ἄλλοις. 14. οἶδα τῶν δε: οἴδατον δὲ. Pag. 48, 4. μόλις ἤδη: μόλις οἶμαι. 19. Κέβης: Κέββης.

Sequitur in codice, ut in Allatii ed. *Epistola XXIII.* Inscriptio vix adhuc legitur, minio paene evanido: Αἰσχίνης Φαίδωνι. Pag. 48, 5. μελλήσας: μελήσας. *Ibid.* εἰσαγάγει: εἰσάγει. 6. deest αὐτῷ. Pag. 49, 4 a fine. οὕτος οὖν: οὕτως οὖν.

ἐστειλεν ἐπὶ τὴν χώραν ἐξερευνησομένους, καὶ πάντα σαφῶς πυθόμενος, τὰ προσαγγελλόμενα διασαφήσας τῷ Κτησικλεῖ ἐξαπέστειλεν αὐτὸν διὰ τάχους, φροντίσας καὶ περὶ τῆς ἀνακομιδῆς αὐτοῦ, καθὼς καὶ ὁ Κτησικλῆς ἐνεφάνιζεν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας· ὁμοίως δὲ ἀφαρπαγέντων καὶ οἰκετικῶν σωμάτων ὑπὸ πειρατῶν παρὰ Σωσίλου τοῦ Ξενοπείθους

suis (Onesandri, Ctesiclis et Ecphanti) *partibus stabant.* Sic Thucyd. III, 56: οἵδε μετ' αὐτοῦ ἦσαν, *Thebani a partibus Xerxis steterunt;* et VII, 33: οὗτοι δὲ (Ἀκραγαντῖνοι) οὐδὲ μεθ' ἑτέρων ἦσαν. Sed quoniam ea ratio hic non habet locum, neque lapidis scriptura aliter videtur explicari posse: in mea emendatione acquiescendum esse puto. — *Ecphantus* iste qui fuerit, non liquet; credo tamen eum fuisse et ipsum Syrium, certe peregrinum, non Siphnium; propterea quod dicitur ἐν Σίφνῳ χρηματίζων: *advocavit Ecphantum, qui forte tum Siphni negotiabatur.* Habebat autem Ecphantus complures comites: unde pluralis αὐτῶν.

V. 21 ἐξερευνησομένους. Lap. ΕΞΕΡΑΤΝΗΣΟΜΕΝΟΤΣ. Litterae α et ε, α et ει etiam in manuscriptis saepe confunduntur. Cf. Bast. Comment. Palaeogr. (post Greg. Cor. Schaeferi) pag. 706 et 760. Quod ne inutiliter annotasse videar, oblata occasione locum Thucydidis hujusmodi vitio laborantem emendabo. In oratione legatorum Mytilenensium, Olympiae coram Lacedaemoniis eorumque sociis habita, l. III c. 10 legitur: ἐπειδὴ δὲ ἐωρῶμεν αὐτοὺς (Ἀθηναίους) τὴν μὲν τοῦ Μήδου ἔχθραν ἀνιέντας, τὴν δὲ τῶν ξυμμάχων δούλωσιν ἐπαγομένους, οὐκ ἀδεεῖς ἔτι ἦμεν. In quibus patet ἐπαγομένους esse soloece positum (cf. Thes. L. Gr. Lond. p. 894, ubi est longa de h. l. disputatio); neque admitti potest Popponis interpretatio (Observ. p. 188 not.): *suscipientes, sibi proponentes*, neque Goelleri, qui ad l. l., rejecta Popponis sententia, addit: „Quidni *adducentes*, ut nos *herbeiführen?*" Neutra enim exemplis firmatur. Scribendum est: ἐπειγομένους, quod optime et cum elegantia quadam respondet praegresso ἀνιέντας· *bellum contra Medos omittentes* (vel *remissius gerentes*), *sociorum servitutem* (Unterjochung) *accelerantes.* Haec ipsa verba saepius in codd. confusa sunt, e. gr. Thuc. II, 2, ubi pro ἐπαγομένοις liber Danicus habet ἐπειγομένοις. — Vix opus est, ut illum hujus verbi usum exemplis firmemus. Notum est Homericum γάμον ἐπείγεσθαι, Od. II, 97; XIX, 142; sed ipse Thucydides aliis in locis sic loquitur, e. gr. III, 2: τὴν παρασκευὴν ἅπασαν — — ἐπὶ ἀποστάσει ἐπείγονται. IV, 5: τὸν πλοῦν ἠπείγοντο. Et sequente infinitivo IV, 4; IV, 105; Aesch. Prometh. v. 52. Vitium autem vetus esse, documento sunt scholia, quae frustra in corrupta lectione explicanda laborant.

V. 22 πυθόμενος. Lap. ΠΤΘΟΜΕΝΟΤΣ, manifesto vitio. — προσαγγελλόμενα. Lap. ut supra l. 9 et 12: ΠΡΟΣΑΝΓ.

V. 23 Κτησικλεῖ. Lp. ΚΤΗΣΙΚΛΗ.

V. 24 καθὼς. Phrynichus pag. 425 Lob. damnat hoc vocabulum. Sed legitur hodieque ap. Herod. IX, 83, et vero majore fide ap. Polyb. VII, 9, in foedere Philippi regis cum Carthaginiensibus: βοηθήσομεν ἀλλήλοις εἰς τὸν πόλεμον, καθὼς ἂν ἑκατέροις ᾖ χρεία. Igitur hinc de recentiore aetate lapidis nostri nihil concludere licet. Cf. Lobeck. ad Phryn. l. l., a quo haec exempla sumsimus.

V. 25. In ὁμοίως δέ lacuna est in lapide, et desunt litterae ΩΣ Δ: quas supplevit editor Graecus, de causa lacunae nihil monens.

V. 26 οἰκετικῶν σωμάτων. In his verbis tantum abest, ut haerere debeamus, ut sint illa pro testimonio antiquitatis nostri lapidis habenda. Nam recentiores demum Graeci servos *nude* dixerunt σώματα· quem usum damnat Phrynichus p. 378 Lob.; veteres autem illam vocem,

Νουμηνίου καὶ Βότρυος ἀπὸ τῆς καλουμένης Ἐσχατιᾶς συνέβη κατᾶραι ἐπὶ τὴν ἐπικειμένην ἀπέναντι νῆσον τῆς χώρας τῆς Σιφνίων· ἕνα δὲ αὐτῶν Νουμήνιον διακολυμβήσαντα ἀπὸ τῶν πειρατῶν Ὀνήσανδρος ὑπεδέξατο πυθό-

ut recte docet Lob. l. l., tum universe de hominibus usurpabant (exemplis Lobeckii add. Thuc. III, 65, cum nota Goelleri), tum *adjectis epithetis* distinguebant singulas hominum classes. Xenoph. Hell. II, 1, 12: *τὰ ἐλεύθερα σώματα.* Aesch. c. Timarch. p. 42: *σώματα οἰκετικά.*

ibid. πειρατῶν. Duas igitur habemus in hoc titulo narrationes de piratis Syro insulae infestis. Ac semel quidem (v. 9—25.) Onesandri studio et opera atque Ctesiclis celeritate factum esse videtur, ut Syrii, de periculo imminente ante certiores facti, illud evitarent; neque enim Onesandri bona officia tantopere, puto, laudarentur, nisi laetum et exoptatum eventum habuissent. Alio autem tempore (v. 25—33.) accidit quidem, ut piratae duos servos a Syrio quodam raperent; sed unus certe ex iis ope et auxilio Onesandri servatus dominoque suo est restitutus. — Frustra vero quaereremus, quo tempore haec possent evenisse: propterea, quod Aegaeum mare a piratis nunquam fuit liberum.

ibid. Ξενοπείθους. Lapis non habet Σ in fine vocabuli; sed cum hic versus e longioribus sit, facile fieri potuit, nihil ut loci superesset, ubi illa littera adderetur. Quamobrem non dubitavi eam reponere.

V. 27 *Βότρυος. Βότρυν* h. l. nomen servi esse patet; sed alia ejus usus exempla, ut supra jam dictum est, non reperiuntur: propterea, opinor, quod nomen subridiculum non nisi servis tribui soleret. — Simili ratione in eodem versu nomen appellativum *ἐσχατιά* vim nominis proprii induit, id quod demonstrant addita verba *ἀπὸ τῆς καλουμένης*· quapropter illud littera majuscula scripsi. Nota sunt *Ἄστυ* et *Urbs* pro *Athenis* et *Roma. Ἐσχατιάς* vulgo appellari praedia in extremis alicujus terrae partibus vel ad littus maris aut ad radices montium sita, docet Boeckh. Staatshaush. I, p. 68. Fortasse plures praeter hanc *ἔσχατιαί* Syri, quippe in parvula insula, non fuerunt.

V. 28 *ἀπέναντι.* Vocabulum ab usu Atticorum scriptorum abhorrens. Legitur ap. S. Matth. 21, 2 et 27, 61. Nihil autem obstat, quominus jam aliquot saeculis ante in usu vulgi fuerit. — *ibid. νῆσον.* Quae insula hic dicatur e regione Siphni sita, in incerto relinquendum est.

V. 29 *διακολυμβήσαντα.* Lp. *ΔΙΑΚΟΛΥΝΒ.*

V. 31 *ἐκ Σύρου.* Lp. *ΕΞΤΡΟΥ.* Quemadmodum h. l. in lapide κ et σ coaluerunt in ξ, ita non dissimili ratione in inscriptione Attica apud Boeckh. Staatsh. II, p. 178, ν ante σ per assimilationem, quam vocant, mutatum est in σ, in his: *ἐσσάμῳ* pro *ἐν Σάμῳ.* Plura exempla hujus generis adscripsit Boeckh. l. l. — Parum recte Matth. Gr. Gr. § 574, p. 1132, dicit, *ἐκ* cum genit. urbium vel locorum poni pro gentilibus. Gentilia enim declarant, in qua civitate quove populo aliquis natus sit; cum autem dicunt Graeci aliquem esse *ἔκ τινος χωρίου*, hoc volunt, solere eum illo in loco vel habitare vel versari, in incerto autem relinquunt, natusne ibi sit necne. Sic Soph. in Electra ubi dicit v. 702: *εἷς ἀπὸ Σπάρτης*, et v. 704: *ἕκτος ἐξ Αἰτωλίας*, hoc tantum vult, *venisse* illos alterum Lacedaemone, alterum ex Aetolia. Notae sunt formulae *οἱ ἐξ Ἀκαδημίας, οἱ ἐκ τοῦ περιπάτου, ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλή*· quae significant, consuesse illos philosophos et hunc senatum in locis nominatis versari. — Quod igitur Numenius h. l. dicitur *εἶναι ἐκ Σύρου*, *habitare in Syro:* probabile est, eum non fuisse Syri natum, sed, quippe servum, ex peregrina aliqua terra advectum.

μενος ὅτι ἐστὶν ἐκ Σύρου, καὶ ἔθρεψεν ἐκ τῶν ἰδίων χρόνον καὶ πλείονα, καὶ ἀμφιέσας ἐξαπέστειλεν εἰς τὴν ἡμετέραν πόλιν τοῖς ἰδίοις δαπανήμασιν· περὶ ὧν καὶ ὁ δῆμος ἐπιγνοὺς τὴν Ὀνησάνδρου φιλαγαθίαν καὶ εὔνοιαν ἣν ἔχων τυγχάνει εἴς τε ἑαυτὸν καὶ Συρίους πάντας, πρόξενόν τε αὐτὸν ἐποίησεν καὶ προεδρίαν ἔδωκεν ἐν τοῖς ἀγῶσιν οἷς ἡ πόλις συντελεῖ, καὶ πρόσοδον πρός τε τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον ἐάν που δέηται, πρώτῳ μετὰ τὰ ἱερά· πολλῷ δὲ μᾶλλον ἑαυτὸν πα-

V. 31. 32 χρόνον καὶ πλείονα. Supra l. 10 legimus: κακοῦργα πλοῖα καὶ πλείονα. Gemina his duobus locis exempla apud nullum scriptorem Graecum reperiuntur (quae si exstarent, profecto non effugissent diligentiam Guil. Nitzschii, carissimi mei praeceptoris, in dissert. de comparativis linguae Gr. modis): et vix dubitare licet, quoniam eadem insolita locutio καὶ πλείων *bis* in uno psephismate legitur, quin habeamus hic usum Syriis peculiarem. Cujus quae sit potestas, facile perspicitur. Patet enim comparativum sic esse positum, ut cogitatione aliquid suppleri debeat, quo ille referatur (Matth. § 457; Herm. ad Vig. p. 719, 58; Reiz. de inclin. acc. p. 54.); et particula καί ita est addita, ut non copulandi magis, quam intendendi et augendi vim habeat (Matth. § 620, d; Nitzsch. ad Odyss. VIII, 153, qui citat Fritzsch., Qu. Lucian. p. 5 seqq.). Quae ut recte disputata esse appareat, fac sententiam nostri auctoris sic suppleas: κακοῦργα πλοῖα (οὐ μόνον πολλὰ ἀλλὰ) καὶ πλείονα, et: χρόνον (οὐκ ὀλίγον ἀλλὰ) καὶ πλείονα· et videbis sensum esse priori loco: *malefica navigia sane quam multa* (nos: eine *grössere* Anzahl von Raubschiffen); posteriori autem loco: *nutrivit eum non modo aliquamdiu* (quod si fecisset, laudanda jam esset ejus humanitas), *sed longiore etiam temporis spatio.*

V. 32 ἀμφιέσας. Lp. *ΑΝΦΙΕΣΑΣ.*

V. 33 περὶ ὧν. His verbis decreti auctor complectitur omnia, quae hucusque enumerata sunt, Onesandri merita; sequuntur jam (usque ad v. 38.) honores propter illa olim decreti.

V. 34 τυγχάνει. Lp. *ΤΤΝΧΑΝΗ.*

V. 35 εἴς τε ἑαυτὸν, *erga se*, h. e. civitatem Syriam, Populum universum, penes quem est (quippe in democratia) summa rerum. Cui opponuntur Σύριοι πάντες, h. e. homines Syrii non quatenus civitate continentur, sed quatenus privati sunt (sowohl gegen das Gesammtvolk, als gegen alle und jede Syrier). Cf. v. 7 et 8.

ibid. πρόξενόν τε αὐτὸν ἐποίησεν. Lp. *ΕΑΤΤΟΝ.* Aberraverant oculi lapidicidae ad praecedens τε ἑαυτόν. — De προξενία et προξένοις cf. Boeckh., Staatsh. I, 55; II, 48; Wachsm. Hell. Alt. I, 1, p. 122; II, 1, p. 67; Goeller. ad Thuc. Vol. I, p. 259 et 406. De προεδρία Wolf. ad Dem. Lept. Proleg. p. LXXIII; Wachsm. l. l. I, 1, pag. 125; I, 2, p. 36.

V. 38 πρώτῳ μετὰ τὰ ἱερά. Intelligenda sunt sacra, quae fiebant sub initio concionum. Cf. psephisma Byzantiorum ap. Dem. de Cor. p. 256: δεδόχθαι τῷ δάμῳ τῷ Βυζαντίων — Ἀθηναίοις δόμεν — πόδοδον ποτὶ τὰν βωλὰν καὶ τὸν δᾶμον πράτοις μετὰ τὰ ἱερά. Vid. praeterea C. I. Gr. I, tit. 112, v. 7, et Boeckh. ad eum locum; Schoemann., de Com. Ath. p. 94. 95.

ibid. πολλῷ δὲ κ. τ. λ. Hinc incipit, ut in Prolegomenis monitum est, altera psephismatis pars, quae est de novis praemiis in Onesandrum conferendis.

ibid. παρασκευάζει. Lp. *ΠΑΡΑΣΚΕΤΑΖΗ.* Cf. v. 34; 52

ρασκευάζει καὶ διὰ τὰς διδομένας τιμὰς οὔτε δαπάνην ὑπο-
40 στελλόμενον οὔτε κίνδυνον ἕνεκεν τῶν τῇ πόλει συμφε-
ρόντων· ὅπως οὖν καὶ ὁ ἡμέτερος δῆμος εὐχάριστος ὢν φαί-
νηται καὶ τιμῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας καὶ ἀξίους κατὰ τὴν
δύνα-
μιν τὴν ἑαυτοῦ ἕτεροί τε πλείονες ἑαυτοὺς ἐπιδιδῶσιν, ἐπι-

23, ubi item *H* est pro ει. — Animadvertere licet in hac inscriptione usum verbi παρασκευάζειν ab aliorum scriptorum consuetudine aliquantum recedentem. Attici enim dixerunt vel παρασκευάζειν τινά τι (Xen. Mem. IV, 3, 17: σωφρονεστέρους τοὺς συνόντας παρεσκεύαζεν), vel forma media παρασκευάζεσθαί τινα, *subornare aliquem* (Dem. p. 852: παρεσκεύασται μάρτυρας ψευδεῖς, cf. p. 853.), vel cum accus. pron. refl. παρασκευάζειν ἑαυτὸν ὅπως vel ὡς (Plato Apol. p. 30: αὐτὸν παρασκευάζειν ὅπως ἔσται ὡς βέλτιστος); sed quod hic (v. 5.) παρασκευάζειν ἑαυτὸν εὔχρηστον, φιλάγαθον· id Attici dixerunt παρέχειν ἑαυτόν e. gr. χρήσιμον, Dem. adv. Lept. (ed. F. A. Wolfii) p. 52. 54. 55; vel οἷον χρή, ibid. pag. 95. Neque tamen ista locutio ab ingenio optimae Graecitatis sic abhorret, ut propter eam de recentiore, quam quae a nobis posita est, aetate cogitandum sit. — Eandem locutionem habemus h. l., qualem eum edidi. Nam cum in lapide v. 40 legeretur ΤΠΟΣΤΕΛ-ΛΟΜΕΝΟΣ, manifestum erat, aliquod vitium subesse: quoniam non habebat vox παρασκευάζει, quo referretur. Quamobrem primo suspicabar, post ἑαυτόν (v. 38.) sculptoris incuria excidisse εὔχρηστον vel aliquod simile vocabulum; sed jam nominativo ὑποστελλόμενος in accusativum mutato, omnia videntur esse satis expedita.

V. 39 διδομένας. Sic est in lapide. Malim δεδομένας· sed cum praesens, si ἀοριστολογικῶς accipiatur, videatur ferri posse, non audeo quidquam mutare.

V. 40 συμφερόντων. Lp. ΣΤΝΦ., ut supra v. 7.

V. 43 πλείονες. Lp. ΠΛΗΟΝΕΣ. Vid. ad v. 38.

ibid. ἑαυτοὺς ἐπιδιδῶσιν. Subaudi τῇ πόλει ἡμῶν, ut est in inscriptione Olbiopolitana apud *Raoul-Rochette, Antiquités Grecques du Bosph. Cimmérien*, Tab. XII (vel p. 146 seqq.; cf. p. 191.): ἀρχαῖς τε αἷς ἦρξεν καὶ ἱερατείᾳ καὶ στρατηγίαις καὶ λειτουργίαις ἁπάσαις ἑαυτὸν ἀφελῶς τῇ πατρίδι εἰς ἅπαντα ἐπεδίδου, vel ὑπὲρ τῆς πόλεως ἡμῶν, ut est ap. Diod. Sic. in fragm. l. VIII, T. IV, p. 29 Bip.: ἀφειδῶς ἑαυτὸν ἐπέδωκε ὑπὲρ τῆς πατρίδος (citat. a Raoul-Roch. l. l. p. 191.). Attici hoc dixerunt διδόναι ἑαυτόν. Demosth. de Cor. p. 255: τίς (ἦν) ὁ τῇ πόλει — — ἑαυτὸν εἰς τὰ πράγματα ἀφειδῶς διδούς; id. ibid. p. 288: ἔδωκα ἐμαυτὸν ὑμῖν ἁπλῶς εἰς τοὺς περιεστηκότας τῇ πόλει κινδύνους. Cf. p. 258; 301 cett. Verbum ἐπιδιδόναι autem, modo adjuncto accusativo rei vel pecuniae donatae (Dem. in Mid. p. 566: τριήρη ἐπέδωκε, et de Cor. p. 264, 15: τάνηλωμένα ἐπέδωκα), modo intransitive positum (ibid. p. 266, 5.), frequenter ab Atticis usurpatur de *pecunia vel aliis rebus voluntarie in publicos usus collatis.* Ipse Demosthenes his locutionibus illud explicat: ἃ — — ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ἐπαγγειλάμενος δέδωκα τῷ δήμῳ (de Cor. p. 263, 28.); διδόναι τὰ ἑαυτοῦ (ibid. 264, 28.) cett. Cf. Wolf. ad Dem. Lept. p. 265; Schoemann. de Comit. Ath. p. 292; Bremi ad Aeschin. adv. Ctesiph. § 19. Hinc nata est locutio ἑαυτὸν (αὐτὸν) ἐπιδιδόναι, modo cum dativo vel praepositione aliqua, modo absolute posita (*ultro se dare alicui personae ad aliquid; dare se alicui rei; sich hingeben*): quae, si quid video, post Alexandri demum tempora, sed frequenter a Graecis scriptoribus usurpari coepit. Exempla damus praeter ea, quae supra adscripta sunt, haec: Plut. Pericl. 7, de Pericle rarius ad verba in

γινώσκοντες τὴν τοῦ δήμου καλοκαγαθίαν, ἀγαθῇ τύχῃ, δεδό-
χθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, ἐπαινέσαι Ὀνήσανδρον Βούλωνος
Σίφνιον ἐπὶ τῇ αἱρέσει ἣ ἔχει εἰς τὸν δῆμον τὸν ἡμέτερον
καὶ στε-
φανῶσαι αὐτὸν χρυσῷ στεφάνῳ τῷ ἐκ τοῦ νόμου καὶ ἀναγορεύ-

concione facienda prodire solito: *οὐκ ἐπὶ παντὶ πράγματι λέγων, οὐδ' ἀεὶ παριὼν εἰς τὸ πλῆθος, ἀλλ' ἑαυτὸν, ὥσπερ τὴν Σαλαμινίαν τριήρη, φησὶ Κριτόλαος, πρὸς τὰς μεγάλας χρείας ἐπιδιδούς.* Dio Cass. LXV, 16: *καὶ ἑαυτὸν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ἐπεδίδου.* Polyb. IX, 33, § 6 (III, p. 161 Schweigh.): *ἐν οἷς καιροῖς* (post spoliatum ab Onomarcho et Philomelo templum Delphicum) *Φίλιππος ἐθελοντὴν αὐτὸν ἐπιδοὺς, ἐπανείλετο μὲν τοὺς τυράννους, ἠσφαλίσατο δὲ κ. τ. ἑ.* Id. ibid. § 9 (p. 162.): Non sponte sua Philippus in Peloponnesum venit, *καλούμενος δὲ καὶ πολλάκις ὀνομαζόμενος ὑπὸ τῶν ἐκ Πελοποννήσου φίλων μόλις αὐτὸν ἐπέδωκε.* (Quibus in locis mire falsus est Schweighaeuserus, quod pro *αὐτόν* scribi vult *αὐτόν.*) Lucian. Hermot. 47 (I, p. 788 Reitz.): *οὐ ῥᾴδιον ἐπιδόντα ἑαυτὸν καὶ πετάσαντα τὴν ὀθόνην, ἀναδραμεῖν αὖθις.* — Ex tribus postremis exemplis, cum loco inscriptionis nostrae collatis, sequitur, locutionem *ἑαυτὸν ἐπιδιδόναι* a scriptoribus illius aetatis haud raro sic usurpari solere, ut, *cui* se aliquis rei vel *cui* studio dederit, ex *περικειμένοις* semper intelligi debeat. Id quod etiam Schweighaeuserum sensisse video, qui verba Polybii: *ἐθελοντὴν αὐτὸν ἐπιδούς* vertit: *ultro se* periculo *objiciens;* et Reitzium, qui locum Lucianeum Latine sic interpretatur: *si quis se* vento *permiserit.* — Quod autem haec paulo fusius disputavi, veniam me impetraturum esse spero; neque enim, quod sciam, quisquam de ista locutione adhuc accurate exposuit.

V. 44 *ἐπιγινώσκοντες.* Sic scriptum est in lapide. Cf. v. 11 et 57. — *δεδόχθαι.* Magnus est psephismatum numerus, in quibus hic infinitivus et reperitur, et recte se habet, quippe precativus et positus ex mente ejus, qui rogationem ad populum tulit: Dem. de Cor. p. 235; 253; 256 init.; 265 extr.; 266; Boeckh., C. I. Gr. I, tit. 77, v. 4; 101, v. 6; 105, v. 10; et in simili constructione *ἐψηφίσθαι*, ibid. 102, v. 14, et *ἐπιμεληθῆναι*, Dem. de Cor. p. 249. Cf. Schoemann., de Comit. p. 133, qui de forma psephismatum plura egregie disputat. Sed ubi in aliquo psephismate propter majorem protaseos ambitum a vulgari formula receditur et constructio mutatur: pro infinitivo *δεδόχθαι* recte ponitur tempus finitum *δέδοκται*, quippe spectans eo, quod rogatio jam perlata est. Sic in psephismate Demosthenis, de Cor. pag. 289: *διὸ δέδοκται*, quem locum frustra impugnavit Taylorus ad p. 235. Et fateor, non multum abfuisse, quin ego hoc quoque loco, propter turbatam in praecedentibus constructionem, reponerem *δέδοκται.* — Ex eodem genere est, quod in uno psephismate ap. Dem. de Cor. p. 265 med. legitur: *εἶπεν ὅτι δοκεῖ κ. τ. ἑ.* de quo loco disputavit Schoemannus de Com. p. 133, not. 17.

V. 46 *ᾗ.* Lp. *H.* Vid. ad v. 1.

V. 47 *στεφανῶσαι.* De hoc more coronas decernendi, psephismata lapidibus incisa in locis conspicuis collocandi cett. cf. Raoul-Roch., Antiquités du Bosph. Cimm., p. 202, not. 1; Wachsm., Hell. Alt. I, 2, p. 35.

ibid. τῷ ἐκ τοῦ νόμου. Haec verba docent, apud Syrios peculiarem legem exstitisse, quae iis, qui de republica bene meruissent, auream coronam decerneret. In qua lege item statutum erat, quanti deberent sumtus fieri in hujusmodi coronam publice dandam: id quod sequitur ex verbis v. 55: *τὸ ἀποτεταγμένον εἰς τὸν στέφανον ἐκ τοῦ νόμου διάφορον.* Haec autem ex iis sunt, quae, ut supra diximus, in-

ειν κατ' ἔτος ἕκαστον τὸν ἱεροκήρυκα Διονυσίων τε τῷ ἀ-

dicare videntur, valde florentes et opulentas, pro modulo exiguae insulae, fuisse tunc temporis res Syriorum: puto quod commercia frequenter exercerent. (Cf. v. 7 *τοῖς κατ' ἰδίαν ἀφικνουμένοις κ. τ. ἑ.*, et v. 19: *ἐν Σίφνῳ χρηματίζοντα Ἕκφ.*) — Constat, hodieque Syram insulam (quae est hodierna nominis forma) et commerciorum flore, et navium, quas possidet, multitudine plerisque reliquis Graeciae insulis antecellere.

ibid. *ἀναγορεύειν.* — — *κήρυγμα τόδε· στεφανοῖ κ. τ. ἑ.* *Ἀναγορεύειν* est vocabulum in hac re solenne; sed plerumque dicitur breviloquentia quadam *ἀναγορεύειν τὸν στέφανον·* Dem. de Cor. p. 243 extr.; 253; 266 extr. et multis aliis locis. Rarius est *ἀνειπεῖν τὸν στέφανον·* de Cor. p. 244 init.; p. 267 med.; in inscript. Salaminia ap. Raoul-Roch. l. l. tab. 15 (quae est in C. I. Gr. tit. 108.). Dicebatur etiam *ἀνακηρύττειν τὸν στέφ.*, ut in pseph. Byzantiorum, ap. Dem. de Cor. p. 256 med.: *ἀνακαρῦξαι τὼς στεφάνως.* Fiebant hae recitationes vel inter ludos Graeciae communes (Dem. p. 256.), vel in senatu aut in concionibus (id. p. 244 init.), vel in theatro, maxime cum novae tragoediae agebantur (ib. p. 243 extr.: *ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τραγῳδῶν τῇ καινῇ·* p. 253: *Διονυσίοις, τραγῳδοῖς καινοῖς·* cf. ap. Boeckh. C. I. Gr. titt. 107 et 108, et de his formulis Interpp. ad Dem. de Cor. p. 243.). — *Κήρυγμα* (v. 50.) in eadem re ap. Dem. de Cor. p. 253 init. — Sed jam satis est; qui plura cupit, conferat, praeter Orat. de Corona, in C. J. Gr. titulos 84; 85; 87; 90; 101; 107 cett. Quae autem in hoc publicorum praemiorum genere primi invenerunt Athenienses, ea reliqui Graeciae populi postea imitati sunt.

V. 48 *κατ' ἔτος ἕκαστον.* Lp. *ΚΑΘΕΤΟΣ.* Cf. v. 8. — *Κατ' ἔτος ἕκαστον* dictum est, ut *καθ' ἡμέραν*, *κατ' ἐνιαυτὸν* (Thuc. V, 18 extr.), *singulis diebus, singulis annis.* Cf. Herm. ad Vig. p. 860. Paullo diversa sunt *κατὰ τὸν πόλεμον* (Herodot. VII, 137.), *κατὰ τὴν εἰρήνην*, *belli, pacis tempore; κατὰ φῶς* (Thucyd. II, 3 extr.), *multa luce.* In loco Thucydidis modo laudato aliud etiam hujus generis exemplum exstat, sed ut locus nunc editur, levi mendo obscuratum. Ubi cum omnes libri et manuscripti et impressi habeant: *ἐπεὶ δὲ ἑτοῖμα ἦν* (munimenta in vicis urbis exstructa), *φυλάξαντες ἔτι νύκτα καὶ αὐτὸ τὸ περίορθρον ἐχώρουν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐπ' αὐτούς, ὅπως μὴ κατὰ φῶς θαρσαλεωτέροις οὖσι προσφέρωνται, καὶ σφίσιν ἐκ τοῦ ἴσου γίγνωνται, ἀλλ' ἐν νυκτὶ φοβερώτεροι ὄντες ἥσσους ὦσι τῆς σφετέρας ἐμπειρίας τῆς κατὰ τὴν πόλιν:* miror neminem vidisse, haec esse corrupta, neque potuisse Thucydidem sic scribere. Nam *ἐφύλαξαν ἔτι νύκτα* non est: *exspectarunt Plataeenses, dum nox adesset* (*sie erwarteten erst das Kommen der Nacht*), propterea quod inde ab initio rei gestae jam fuit nox, et omnia, quae praecedunt, noctu acta sunt (c. 2: *ἐξῆλθον περὶ πρῶτον ὕπνον*); sed illa verba significant: *exspectarunt Plataeenses, dum nox praeteriisset* (*sie warteten erst das Ende der Nacht ab*). Jam si idem verbum pertineret etiam ad sequentia *καὶ αὐτὸ τὸ περίορθρον·* necessario eodem sensu accipiendum foret, et sententia evaderet haec: *exspectarunt item, dum diluculum praeteriisset et dies illuxisset;* id quod et minime iis expediebat, neque voluisse diserte narrantur: *ὅπως μὴ κατὰ φῶς κ. τ. ἑ.* Ne multa, habemus Thucydidem, ut nunc locus editur, aperte sibi contradicentem. Sed facili opera manus scriptoris restitui potest, si scribatur: *φυλάξαντες ἔτι νύκτα, κατ' αὐτὸ τὸ περίορθρον ἐχώρουν ἐπ' αὐτούς· sub ipso diluculo Thebanos aggressi sunt.* Qua scriptura hoc etiam lucramur, ut vox *αὐτὸ*, in vulgata plane otiosa, bene recteque suum locum tueri videatur. In libris manuscriptis nihil est varietatis: nisi quod duo tresve codd. habent *περὶ ὄρθρον.* —

γῶνι τῶν τραγῳδῶν καὶ Ἡρακλείων τῇ πομπῇ καὶ Δημη-
τριείων τῇ
λαμπάδι κήρυγμα τόδε· „Στεφανοῖ ὁ δῆμος ὁ Συρίων Ὀνή-
σανδρον
Βούλωνος Σίφνιον εὐσεβείας ἕνεκεν τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ
εὐνοίας ἧς ἔχων διατελεῖ πρὸς Συρίους πάντας·“ οἱ δὲ
πρυτάνεις
ἀεὶ οἱ ἐν ἀρχῇ ὄντες ἐπιμέλειαν ποιείσθωσαν τοῦ κηρύγματος· κυ-
ρωθέντος τοῦδε τοῦ ψηφίσματος ὁ ταμίας Ἀρισταγόρας δότω
Ὀνησάνδρῳ τὸ ἀποτεταγμένον εἰς τὸν στέφανον ἐκ τοῦ νόμου
διάφορον ἀπὸ τῆς ἐγκυκλίου διοικήσεως, ἵνα δὴ φανερὰ ὑπάρ-
χῃ ἡ τοῦ δή-

Verba sequentia ἐν νυκτί nihil aliud significant, quam cap. 4 ἐν σκότῳ, *in tenebris*. — Jam vero in viam redeamus.

V. 49 τραγῳδῶν. Lp. *ΤΡΑΓΩΔΩΝ*. De tragoediarum actione in aliis Graeciae urbibus extra Atticam (qui locus est e difficillimis in tota antiquitatis doctrina) silere malo, quam parum dicere. Nuperrime de hac re quaedam docte et erudite disputavit *Car. Jos. Grysar*, in libello qui est *de Graecorum tragoedia qualis fuit circum tempora Demosthenis* (Col. ad Rh. 1830, 4.), p. 10—14, et pag. 33 med. Urbibus ab hoc V. D. commemoratis, in quibus tragoediae agebantur, accedat jam Syrus quoque ex hac inscriptione. — τῷ ἀγῶνι τῶν τραγῳδῶν. Aeschines pag. 348, 1: τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν. Utraque formula est, quod sciam, ἅπαξ εἰρημένη. De vulgatis formulis vid. supra ad v. 47. — Δημητριείων. Sic est in lapide. Vulgatae hujus adjectivi formae sunt Δημήτριος et Δημήτρειος· sed illam, quam h. l. habemus, agnoscit etiam Steph. Byz. s. v. Ἀμμώνια, ubi observat, veteres pro Ἀμμώνιον dixisse item Ἀμμωνιεῖον, quemadmodum pro Δημήτριον dixerint Δημητριεῖον. Cf. H. Steph. in Thes. p. 200, not. 2 (ed. Lond.); Lob. ad Phrynich. p. 367—372, et Herm. ad Arist. Nub. v. 984 ed. sec.

V. 50 λαμπάδι. Lp. *ΛΑΝΠΑΔΗ*. — Festa Deorum h. l. recensita in Syro insula celebrari fuisse solita, ex hac inscriptione primum discitur. Noli igitur quidquam lucis exspectare ab iis, qui de Festis Graecorum scripserunt (in Gron. Thes. Antt. Gr. vol. VII.): Meursio in Graecia Feriata p. 755; 784 col. 2; Io. Fasoldo de F. G. p. 581; 584; 593; Jo. Jonston. de F. G. p. 882 cett.; aut a Creuzero in celeberrimis istis Symbolices libris.

V. 50—52 „στεφανοῖ — — πάντας.“ Hoc est κήρυγμα illud, quod in posterum singulis annis ter recitari debebat: quare his signis (“) a reliquis distinxi.

V. 51 εὐσεβείας. Lap. *ΕΤΣΕΒΗΑΣ*. — V. 52 διατελεῖ. Lap. *ΔΙΑΤΕΛΗ*. — V. 53 ἐπιμέλειαν. Lap. *ΕΠΙΜΕΛΗΑΝ*. — *ibid.* ποιείσθωσαν. Lp. *ΠΟΙΗΣΘΩΣΑΝ*.

V. 54 κυρωθέντος τοῦδε τοῦ ψηφίσματος. Desidero δὲ post κυρωθέντος· quod facile excidisse potest propter sequens τοῦδε. — Ad praecedentia cf. Dem. de Cor. pag. 265 extr.: τῆς δὲ ἀναγορεύσεως ἐπιμεληθῆναι θεσμοθέτας, πρυτάνεις, ἀγωνοθέτας. Ibid. pag. 253 extr. et alibi.

V. 56 διάφορον. Hesychius: διάφορον. ἀμφίλεκτον. καὶ ἀνάλωμα, διάφορον. Suidas et Zonaras: διάφορα· ἀναλώματα. Θουκυδίδης. Adscripsit hanc glossam Goellerus in Paralipom. Glossarii Thucydidei, in praef. ad Thucyd. p. XIX; sed apud Thucydidem vocabulum διάφορον illo significatu hodie non legitur: unde colligere licet, aut alicubi inter varias scripturas illud latere, ejusque loco esse vocem ἀνάλωμα

μου φιλαγαθία καὶ πολλοὶ ἐφάμιλλοι γινόμενοι εὐεργετῶσιν τὸν
δῆμον, τιμηθέντος Ὀνησάνδρου· ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψή-
φισμα εἰς στή-
λην λιθίνην καὶ στῆσαι εἰς τόπον ὡς ἐπιφανέστατον· ἑλέσθαι
δὲ ἄνδρα
ὅστις ἐκδώσει τὴν στήλην καὶ στήσει καὶ ἐπιμελὲς ποιήσεται ὅπως

in textum historici receptam; aut nomen Θουκυδίδης apud grammaticos esse vitiosum, aliudque pro eo reponendum. Et vero suspicor legendum esse Θεόφραστος· apud quem fere primum ex iis, qui supersunt, scriptoribus διάφορον significatu *pecuniae* vel *sumtus* reperitur, Eth. Charact. c. 10: ἡ μικρολογία ἔστι φειδωλία τοῦ διαφόρου ὑπὲρ τὸν καιρόν. Cf. Fischer. in Indice s. v. et Casaub. in Comment. ad l. l., qui affert plura exempla e LXX viris. — Frequens est Dionys. H. in usu hujus vocabuli: Archaeol. VI, 58 (p. 1172, 7 Reisk.): πολὺ διάφορον καὶ ἐπὶ μεγάλοις δανεισθὲν τόκοις, et VII, 18 (pag. 1354, 7.): ὑπομένοντες (οἱ πένητες) ὠνεῖσθαι πολλοῦ διαφόρου μικρά, *aequo animo res parvas magno pretio emebant.* Cf. ibid. VI, 96 (p. 1265, 1.), et Interpp. ad Hesych. („Toup., Opusc. I, 84; Epict. Enchir. 25 (32.)." E msptis Schaeferi in Thes. Lond.)

V. 56 ἐγκυκλίου. Lp. *ENK.* Cf. v. 62. — Ἐγκύκλιος proprie est id, quod *ordine quodam et quasi in orbem redit.* Sic dictae sunt notissimae illae ἐγκύκλιοι λειτουργίαι apud Athenienses, h. e. certae praestationes a civibus aliis post alios *statu quodam ordine* suscipiendae (v. Wolf. Prolegom. ad Dem. Lept. p. LXXXVI.). Sed ἐγκύκλιος significat etiam ἐτήσιος, *annuus, anniversarius* (Suidas s. v.): quam significationem praetermittunt lexica vulgata. — Διοίκησιν autem notum est esse *administrationem publicae pecuniae* (Reisk. ad Dem. p. 238; 265.). Igitur h. l. ἡ ἐγκύκλιος διοίκησις nihil aliud significare videtur, quam *aerarii administrandi munus* apud Syrios *vicibus annuis* ab aliis civibus ad alios transisse. Quae propterea longius exposui, quod haec verba sic juncta alibi non inveniri puto: ne quis de aliquo λειτουργίας genere cogitandum esse opinaretur.

ibid. δή. Lap. ΔΕ: quod corrigere non haesitavi. — ὑπάρχῃ. Lp. ΤΠΑΡΧΗ.

V. 57 ἐφάμιλλοι. Vocabulum h. l. activam potestatem habet: πολλοὶ ἐφάμιλλοι, *multi inter se aemuli.* Frequens est haec sententia apud veteres, ex publicis praemiis etiam ad eos, qui dant, aliquid commodi redundare. Cf. inscript. Salamin. supra citatam (C. I. Gr. tit. 108; Raoul-Roch. l. l. p. 204 seqq.): — ὅπως ἐφάμιλλον ᾖ πᾶσι τοῖς βουλομένοις φιλοδοξεῖν, εἰδόσιν ὅτι καταξίως τιμηθήσονται τῶν εὐεργεσιῶν, ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθαι κ. τ. λ. C. I. Gr. tit. 108, v. 33 seqq.; Dem. de Cor. p. 267: τοῦ τῶν στεφανούντων ἕνεκα συμφέροντος ἐν τῷ θεάτρῳ γίγνεται τὸ κήρυγμα· οἱ γὰρ ἀκούσαντες κ. τ. ἑ. — *ibid.* γινόμενοι. Sic lapis.

V. 60 ἐκδώσει. Lp. ΕΓΔΩΣΕΙ, et v. 63 et 67 ΕΓΔΟΤΗΣ pro ἐκδότης. Cf. quae Mustoxydes in Commentario docuit de ea ratione, qua hodierni Graeci κ ante δ pronuntiant. Similiter ἐγγόνους pro ἐκγόνους in inscr. Melitensi ap. Taylor. ad Dem. de Cor. p. 255; et in inscr. Attica ap. Boeckh. (Staatsh. II, p. 247; C. I. Gr. tit. 157.) v. 17: ἐγ Διονυσίων pro ἐκ Δ., et v. 23: ἐγ Βενδιδείων pro ἐκ Β. Neque in inscriptionibus hoc vitium se continuit, sed insinuavit se etiam in codd. manuscriptos. Sic e. gr. apud Dem. pag. 290, 26 et 356, 8 complures codd. et editt. pro ἐκγόνοις habent ἐγγόνοις. — Quod ad significationem attinet, ἐκδιδόναι est *elocare* (Xen. de rep. Ath. 4, 15; ibid. 16.); deinde *locare aliquem docendum vel erudiendum*: Xenoph. Ἱπ. 2, 2: ἐκδώσει τὸν πῶλον ὥσπερ

ἀναγραφῇ τόδε τὸ ψήφισμα· τὸ δὲ ἐσόμενον ἀνάλωμα εἴς τε τὴν στήλην καὶ τὴν ἀναγραφὴν δότω ὁ ταμίας Ἀρισταγόρας ἀπὸ τῆς ἐγκυκλίου διοικήσεως καθότι ἂν συντελέσῃ ὁ ἐκδότης· ἵνα δὲ καὶ Σίφνιοι ἐπιγνῶσιν τὰ ἐψηφισμένα τίμια τῷ ἑαυτῶν πολίτῃ Ὀνησάνδρῳ, οἱ πρυτάνεις ἐπιμελὲς ποιησάσθωσαν ἀντιγραψάμενοι ὅπως ἐξαποστείλωσιν τόδε τὸ ψήφισμα πρὸς τὸν δῆμον τῶν Σιφνίων σφραγισάμενοι δημοσίᾳ σφραγῖδι. Ἠιρέθη ἐκδότης Κυρσίλος Ἀκρύπτου.

τὸν παῖδα ὅταν ἐπὶ τέχνην ἐκδῷ, vel *locare aliquid faciendum*: Dem. adv. Mid. p. 521 extr.: ἐκδόντος μοι Δημοσθένους στέφανον χρυσοῦν ὥστε κατασκευάσαι· de Cor. p. 268: ἀνδριάντα ἐκδεδωκώς. Cf. Zeun. ad Vig. p. 602. Igitur h. l. ἀνὴρ ὅστις ἐκδώσει τὴν στήλην est is, cui a civitate hoc muneris injungitur, ut columnam faciendam locet ejusque recte conficiendae curam habeat. Hinc lucem accipit, quod infra legitur, ἐκδότης, vocabulum hucusque ignoratum. Nam glossam Hesychii, qui ex omnibus scriptoribus Graecis solus illud servavit: ἐκδότης· προδότης, ἀποδότης, nemo intellexit, et silent interpretes ad eum locum. Jam vero discimus, ἐκδότην esse *locatorem* (*ein Verdinger*). Quamquam ne Hesychius quidem, cum glossam suam scriberet, hujus significationis recordatus esse videtur. Quod autem ἐκδότης explicat per προδότης· *tradendi* potestate hoc vocabulum posuit, non *prodendi* sensu malo. Ἀποδότης puto mutandum esse in ἀποδοτήρ· nam illam formam non agnoscunt lexica. Significat autem *eum, qui reddit* vel *tradit* aliquid, non vero *locatorem*. Sic miro quodam casu factum est, ut earum significationum, quas vocabulo ἐκδότης lexicographus tribuit, exempla desiderentur; habeamus vero exemplum ejus significationis, quam ille praetermisit.

V. 60 ποιήσεται. Lp. ΠΟΙΗΣΗΤΑΙ· quod fuit necessario corrigendum. — *ibid.* ἀνάλωμα. In lapide est ΑΝΗΛΩΜΑ. Quam facile litterae simillimae *A* et *H* in exsculpendo inter se permutari potuerint, nemo est quin videat; cf. Boeckh., Staatsh. II, p. 328 med. — Ad rem cf. in C. I. Gr. titt. 106; 107 cett.

V. 61 ἀναγραφῇ. Lapis pro more suo omittit ι subscriptum, ut item v. 63 in voce συντελέσῃ.

V. 67 ἠρέθη. Lp. ΕΙΡΕΘΗ.

Nachricht über Spanheim's handschriftliche Adversarien zum Aeschylos.

In der Schützischen Ausgabe des Aeschylos findet man häufig Erwähnung der Spanheim'schen Adversarien zum Aeschylos und viele daraus entlehnte Lesarten, Bemerkungen und Scholien. So oft ich diese fand, so oft ward auch in mir der Wunsch rege,

die Quelle selbst kennen zu lernen und mit eignen Augen zu sehen. Es gelang mir denn auch durch die Güte des Hohen Ministerii und des Hrn. Oberbibliothekar Wilken, nicht nur diese Adversarien auf der Königl. Bibliothek zu sehn, sondern sie auch zu längerer Benutzung zu erhalten. Und bald fand ich, dass sie ganz besonders berücksichtigt zu werden verdienten, da sie nicht bloss zum Aeschylos, sondern auch zu andern Schriftstellern, als zum Aristophanes, Platon, Athenaeus und zur ganzen Alterthumskunde schätzbare Sammlungen und Beiträge enthalten. Einen eignen Werth haben sie noch für den Litteratur-Historiker und Biographen Spanheim's. Um so mehr ist es zu bedauern, dass diese Adversarien theils wegen der flüchtigen, undeutlichen Schreibart Spanheim's, theils weil die Schrift verloschen und das Papier theilweise beinahe vermodert ist, fast unleserlich und unbrauchbar geworden sind. Das wichtigste darunter ist nun wohl das Exemplar vom Stanley'schen Aeschylos mit den handschriftlichen Noten Spanheim's. Diese Noten beziehen sich theils auf den Text des Aeschylos, theils auf dessen griechische Scholien, und enthalten zu beiden Erklärungen, Vergleichungen, und, was die Hauptsache ist, Varianten selbstverglichner Handschriften oder alter Ausgaben. Hierüber giebt Spanheim selbst Auskunft am Ende des Bandes, wo es heisst:

Emendationes aut Conjecturae in margine adscriptae (nonnullae) a me Windsorae in Anglia e tribus Aeschyli editis operibus V. C. Isaaci Vossii. Anno cIↃCLXXVII.

Scal. | h. e. Scaliger seu Scaligeri Emendationes, excerptae ex ora Aeschyli edit. H. Stephani 1557 Parisiis in 4o.

Aur. | h. e. Auratus, seu Emendationes manu ejus ad Aeschylum ejusdem editionis Stephanianae adscriptae.

MS. Reg. | MS. Reg. Parisiense, seu Variae Lectiones ex illo MS. excerptae et ad oram Aeschyli editionis Aldinae in 8o adscriptae.

In fine hujus collati Exemplaris scriptum:

Collatus cum antiquo Exemplari Bibliothecae Regiae Parisiensis, Anno 1652.

Parisiis Ao. cIↃCLXXXVII collatae tres primae Tragoediae Prometheus, Septem Thebana Persae cum duobus Exemplaribus MSS. Bibliothecae Regiae, quae commodato acceperam a Cl. Theumotri (?) Ejusdem Bibliothecae custode. Inde adscripta a me in margine sub nota MS. A. et MS. B.

(Bald darauf folgt: Muretus Comm. in Catullum Ep. LII: Homo et Latinarum et Graecarum litterarum cognitione excellens, Franciscus Portus, qui idem cum et in aliis optumis utriusque linguae Auctoribus tum in Aeschylo multa felicissime emendavit, quae adhuc in omnibus libris impressis depravata circumferuntur.)

Obgleich nun die Pariser Handschriften nachher auch von andern verglichen worden sind, so bleibt doch der Spanheim'schen

Collation ihr Werth, zumal da sie sich auch auf die Scholien erstreckt. Darum beeilten wir uns zu den Septem contra Thebas und den Persern davon eine Probe zu geben, und hoffen damit bei den übrigen Stücken fortfahren zu können. Hier aber genüge es den *Βίος Αἰσχύλου* mit den Spanheim'schem Varianten und Bemerkungen unsern Lesern vorzulegen. Das Abschreiben der Bemerkungen hat wie dort, so auch hier, noch deshalb grosse Schwierigkeit, weil dieselben nach keiner festen Ordnung, sondern untereinander und durcheinander und wo sich Platz fand, geschrieben sind, und also aus allen Ecken erst zusammengetragen werden müssen. Die Citate sind äusserst undeutlich geschrieben und das Nachschlagen der citirten Schriftsteller ist sehr mühsam, weil uns die alten Ausgaben, nach denen citirt wird, nicht zur Hand sind und in den neuen Ausgaben oft ganz andre Lesarten gefunden werden.

ΒΙΟΣ ΑΙΣΧΥΛΟΥ.

Αἰσχύλος ὁ Τραγικὸς γένος μὲν ἦν Ἀθηναῖος Ἐλευσίνιος*) τὸν δῆμον, υἱὸς Εὐφορίωνος, Κυναιγείρου ἀδελφὸς καὶ Ἀμεινίου, ἐξ εὐπατριδῶν τὴν φύσιν ἔχων· νέος δὲ ἤρξατο τῶν τραγῳδίων καὶ πολὺ τοὺς πρὸ αὐτοῦ ὑπερῆρε κατά τε τὴν ποίησιν καὶ τὴν διάθεσιν τῆς σκηνῆς, τήν τε λαμπρότητα τῆς χορηγίας καὶ τὴν σκευὴν τῶν ὑποκριτῶν τήν τε τοῦ χοροῦ σεμνότητα, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν

Ἀλλ' ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνὰ
καὶ κοσμήσας τραγικὸν λῆρον.

Συνεχρόνισε δὲ Πινδάρῳ γεγονὼς κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν Ὀλυμπιάδα· γενναῖον δέ φασιν αὐτὸν καὶ μετασχεῖν **) τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης σὺν τῷ ἀδελφῷ Κυναιγείρῳ, τῆς τε ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας σὺν τῷ νεωτέρῳ ἀδελφῷ Ἀμεινίᾳ καὶ τῆς ἐν Πλαταιαῖς πεζομαχίας. κατὰ δὲ τὴν σύνθεσιν τῆς ποιήσεως ζηλοῖ τὸ ἀδρὸν ἀεὶ καὶ ὑπέρογκον ὀνοματοποιίαις τε καὶ ἐπιθέτοις, ἔτι δὲ καὶ μεταφοραῖς, καὶ πᾶσι τοῖς δυναμένοις ὄγκον τῇ φράσει περιθεῖναι χρώμενος· αἵ τε διαθέσεις τῶν δραμάτων οὐ πολλὰς αὐτῷ περιπετείας καὶ πλοκὰς ἔχουσιν, ὡς παρὰ τοῖς νεωτέροις· μόνον γὰρ σπουδάζει τὸ βάρος περιτιθέναι τοῖς προσώποις, ἀρχαῖον εἶναι κρίνων τοῦτο τὸ μέρος, μεγαλοπρεπές τε καὶ ἡρωϊκόν· τὸ δὲ πανοῦργον ***), κομψοπρεπές τε καὶ γνωμολο-

*) Aristid. T. I Eleusin. p. 454 τὶς Ἐλευσίνιος Αἰσχύλος πρὸς χορὸν ᾄσεται. Εὐφορ.) — φω MS. Reg. καὶ κοσμ. —) Des. MS. Reg. κατὰ τὴν τεσσ. —) μετὰ τὴν MS. Reg. — Scal. ἑξακοστὴν.

**) De Alcaeo Athen. l. XV p. 686 D. ἀνδρειότατος προσέτι καὶ πολεμικὸς ποιητὴς Ἀλκαῖος. νεωτ. ἀδελφ.) νεωτάτῳ τῶν ἀδελφῶν MS. Reg. πεζομ.) ναυμ. M. R. ὀγκ.) ὀγγὸν MS. Reg. σπουδ. τ. β.) ζηλοῖ τὸ βάρος MS. Reg. τουτὶ τ. μερ.) des. MS. Reg. τε κ.) des. MS. Reg.

***) τὸ δὲ πανοῦργον etc. Simile inter Demosthenem atque Isaeum et inter Isocratem et Lysiam discrimen observat Dion. Halic. in judicio de

γικὸν, ἀλλότριον τῆς τραγῳδίας ἡγούμενος *)· ὥστε διὰ τὸ πλεονάζειν τῷ βάρει τῶν προσώπων κωμῳδεῖται παρὰ Ἀριστοφάνους· ἐν μὲν γὰρ τῇ Νιόβῃ ἕως τρίτης ἡμέρας ἐπικαθημένη τῷ τάφῳ τῶν παίδων οὐδὲν φθέγγεται ἐγκεκαλυμμένη· ἐν δὲ τοῖς Ἕκτορος λύτροις Ἀχιλλεὺς ὁμοίως ἐγκεκαλυμμένος οὐ φθέγγεται πλὴν ἐν ἀρχαῖς ὀλίγα πρὸς Ἑρμῆν ἀμοιβαῖα. διὸ ἐκλογαὶ μὲν παρ' αὐτῷ τῇ κατασκευῇ διαφέρουσαι πάμπολλαι ἂν εὑρεθεῖεν· γνῶμαι δὲ ἢ συμπάθειαι ἢ ἄλλο τι τῶν δυναμένων εἰς δάκρυα ἀγαγεῖν οὐ πάνυ· ταῖς τε γὰρ ὄψεσι καὶ τοῖς μύθοις πρὸς ἔκπληξιν τερατώδη μᾶλλον ἢ πρὸς ἀπάτην κέχρηται **). ἀπῆρε δὲ ὡς Ἱέρωνα τῆς Σικελίας πύραννον, κατά τινας μὲν ὡς ὑπὸ Ἀθηναίων κατασπουδασθεὶς ***) καὶ ἡσσηθεὶς νέῳ ὄντι τῷ Σοφοκλεῖ· κατὰ δὲ ἐνίους, ἐν τῷ εἰς τοὺς ἐν Μαραθῶνι τεθνηκότας ἐλεγείῳ ἡσσηθεὶς Σιμωνίδῃ· τὸ γὰρ ἐλεγεῖον πολὺ τῆς περὶ τὸ συμπαθὲς λεπτότητος μετέχειν θέλει, ὃ τοῦ Αἰσχύλου, ὡς ἔφαμεν, ἐστὶν ἀλλότριον· τινὲς δέ φασιν, ἐν τῇ ἐπιδείξει

Isaeo p. 322 οἱ μὲν Ἰσαίου τε καὶ Δημοσθένους λόγοι καὶ περὶ ἀληθείας καὶ δικαίας συντάξεως αἱ ὑποθέσεις, ὕποπτοι δοκοῦσιν εἶναι τῆς πολλῆς ἐπιτεχνήσεως ἕνεκα· οἱ δὲ Ἰσοκράτους καὶ Λυσίου, παντὸς (leg. πάντως) μάλιστα δίκαιοί τε καὶ ἀληθεῖς. mox ὅτι κακοῦργον (lego πανοῦργον ut hoc loco) οὐδὲν ἐπιφαίνουσιν ἐπὶ τῆς κατασκευῆς. Vide mox h. l. intra μᾶλλον ἢ πρὸς ἀπάτην κέχρηται. Sic rursus de Lysia et Isaeo Dion. Hal. ibid. p. 344 de Isaeo ἐκ κατασκευῆς δὲ πάντα καὶ μεμηχανευμένα πρὸς ἀπάτην ἢ ἄλλην τινα κακουργίαν, lego πανουργίαν. — Schol. Aristoph. Equit. p. 289 κομψὸς παλαιοῖς· πανοῦργος. Sophocl. Antig. v. 330 κόμψευε νῦν τὴν δόξαν. Schol. Σεμνολόγει· τὴν δόκησιν περιλάλει· κομψοὺς γὰρ ἔλεγον, οὓς νῦν ἡμεῖς περπαίρους καὶ πολυλάλους φαμέν. Sic de harmonia Aeolica Athen. l. XIV p. 624 B. οὐ πανοῦργον δὲ, ἀλλὰ ἐξηρμένον τε καὶ τεθαῤῥηκὸς.

*) Add. Διὸ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς δράμασιν αὐτοῦ (?) (ἕως τρίτου μέρους in Victor. — vel Amstel. p. 186 (?). πλεονάζειν) Demosth. Philipp. III p. 165 ἐπειδὴ πλεονάζειν ἐπεχείρουν de Lacedaemonibus res novas molientibus. παμπ.) πλεῖστα ἂν εὑρ. ταῖς δ. γ. cet. des. MS. Reg.

**) πρὸς ἀπάτην κέχρηται) Ἀπάτη Comica aut Tragica in eo, quod res obsoletas et ante mille annos gestas arte histrionum (ut) praesentes reddat; quo respiciunt haec Aristotelis Rhetor. l. II p. 78 ed. Sylb. ἀνάγκη τοὺς συναπεργαζομένους σχήμασι καὶ φωναῖς καὶ ἐσθῆτι καὶ ὅλως τῇ ὑποκρίσει ἐλεεινοτέρους εἶναι· ἐγγὺς γὰρ ποιοῦσι φαίνεσθαι τὸ κακὸν πρὸ ὀμμάτων ποιοῦντες ἢ ὡς μέλλον ἢ ὡς γεγονός. Plutarch. aud. poet. ὀργίας δὲ τὴν τραγῳδίαν εἶπεν ἀπάτην ἣν ὅ τε ἀπατήσας δικαιότερος τοῦ μὴ ἀπατήσαντος καὶ ὁ ἀπατηθεὶς σοφώτερος τοῦ μὴ ἀπατηθέντος. Aliter tamen Euripides de Aeschylo apud Aristoph. Ran. pag. 234: Ὡς ἦν ἀλαζὼν καὶ φέναξ, οἵοις τε τοὺς θεατὰς Ἐξηπάτα (v. 909 —).

***) κατασπουδασθεὶς) Casaubonus de Satyr. l. I pag. 192 Saepe legimus praestantissimos poetas a deterioribus victos suffragiis Atheniensium quos Graeci dicunt eleganter ὑπὸ Ἀθηναίων κατασπουδασθῆναι. Add. Athen. l. VI pag. 261 C. φιλοσκώμμων καὶ οὐ κατεσπουδασμένος ἀνήρ: gaudebat et jocis vir alioquin minime rejectus .... Dal. ambitiosus; non assecutus est eam vocem.

ἡσσηθεὶς) ἡττηθεὶς MS. Reg. bis.

τινὲς δέ φ. cet.) des. MS. Reg.

τῶν Εὐμενίδων σποράδην εἰσαγαγόντα τὸν χορὸν τοσοῦτον ἐκπλῆξαι τὸν δῆμον ὥστε τὰ μὲν νήπια ἐκψύξαι τὰ δὲ ἔμβρυα ἐξαμβλωθῆναι.

Ἐλθὼν τοίνυν εἰς Σικελίαν, Ἱέρωνος τότε τὴν Αἴτνην κτίζοντος, ἐπεδείξατο τὰς Αἴτνας, οἰωνιζόμενος βίον ἀγαθὸν τοῖς συνοικοῦσι τὴν πόλιν. καὶ σφόδρα τῷ τυράννῳ Ἱέρωνι καὶ τοῖς Γελῴοις τιμηθεὶς, ἐπιζήσας τρίτον ἔτος, ὢν ἐτῶν πέντε πρὸς τοῖς ἑξήκοντα, τοῦτον ἐτελεύτα τὸν τρόπον· ἀετὸς χελώνην ἁρπάσας *) ὡς ἐγκρατὴς γενέσθαι τῆς ἄγρας οὐκ ἴσχυεν, ἀφίησι κατὰ πετρῶν αὐτὴν συνθλάσων τὸ δέρμα. ἡ δὲ ἐνεχθεῖσα κατὰ τοῦ ποιητοῦ, φονεύει αὐτόν. χρησμὸς δὲ ἦν αὐτῷ δοθεὶς οὕτως, Οὐρανίου σε βέλος κατακτανεῖ. ἀποθανόντα δὲ Γελῶοι πολυτελῶς ἐν τοῖς δημοσίοις μνήμασι θάψαντες ἐτίμησαν μεγαλοπρεπῶς, ἐπιγράψαντες οὕτως·

Αἰσχύλον Εὐφορίωνος Ἀθηναῖον τόδε κεύθει
Μνῆμα καταφθίμενον πυροφόροιο Γέλας.
ἀλκὴν **) δ' εὐδόκιμον Μαραθώνιον ἄλσος ἂν εἴποι,
καὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος ἐπιστάμενος.

Εἰς τὸ μνῆμα δὲ φοιτῶντες ὅσοις ἐν τραγῳδίαις ἦν ὁ βίος, ἐνήγιζον τε καὶ τὰ δράματα ὑπεκρίνοντο. Ἀθηναῖοι δὲ τοσοῦτον ἠγάπησαν Αἰσχύλον ὡς ψηφίσασθαι μετὰ θάνατον αὐτοῦ, τὸν

Hoc Plato prohibuit 2 de Legib. μὴ καὶ τοὺς παῖδας ἀπειργάζοντες δειλοτέρους.

Aurat. (Wozu diese Bemerkung gehört, lässt sich nicht bestimmen. Auch kenne ich diese Stelle im Plato nicht, die wahrscheinlich aus dem Gedächtnisse citirt ist, wie schon das sonderbare ἀπειργάζοντες beweist. Vielleicht ist Legg. II § 656 C. gemeint.)

τὰς Αἴτνας) τὰς Αἰτναίας MS. Reg. τοῖς Γελ. cet.) des. MS. Reg.

*) ἄετος χελ. Sotades in Stobaeo ed. Gr. p. 399.

Αἰσχύλῳ γράφοντι ἐπεπέπτωκε χελώνη
Σοφοκλῆς ῥᾳγα φαγὼν σταφυλῆς πνιγεῖς τέθνηκε·
Κυνὲς οἱ κατὰ Θρᾴκην Εὐριπίδην ἔφαγον.

Factum hoc seu mortem Aeschyli ex allisu in ejus caput Testudinis ab Aquila projectae narrat Aelianus H. Anim. l. VII c. XVI p. 426.

**) ἀλκὴν δ. — Hoc solum distichon ut epitaphium de se ab ipso Aeschylo scriptum refert Athenaeus l. XIV p. 627 D. Ὁμοίως δὲ καὶ Αἰσχύλος τηλικαύτην δόξαν ἔχων διὰ τὴν ποιητικὴν, οὐδὲν ἧττον ἐπὶ τοῦ τάφου ἐπιγραφῆναι ἠξίωσε μᾶλλον τὴν ἀνδρείαν ποιήσας

Ἀλκὴν δ' εὐδόκιμον Μαραθώνιον ἄλσος ἂν εἴποι,
Καὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος ἐπιστάμενος.

Quo respexit etiam Pausanias in Atticis p. 26, ita tamen ut nomen suum et adscriptum eidem epitaphio innuat καὶ δὴ καὶ Αἰσχύλος ὡς οἱ ἡ τοῦ βίου προσεδοκᾶτο ἡ τελευτὴ τῶν μὲν ἄλλων ἐμνημόνευσεν οὐδενὸς, δόξης ἐς τοσοῦτον ἥκων ἐπὶ ποίησιν καὶ πρὸς Ἀρτιμισίου καὶ ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσας· ὅδε τότε ὄνομα προτεθὲν καὶ τὴν πόλιν ἔγραψεν καὶ ὡς τῆς ἀνδρείας μάρτυρας ἔχοι τὸ Μαραθώνιον ἄλσος καὶ Μήδων τοὺς ἐν τῷ αὐτῷ ἀποβάντας.

εἴποι) Sic MS. Reg. Μῆδος) δῆμος Aurat. ἐν τραγῳ-

βουλόμενον διδάσκειν τὰ Αἰσχύλου, χρυσὸν λαμβάνειν. ἐβίωσε δὲ ἑξήκοντα καὶ τρία ἔτη, ἐν οἷς ἐποίησε δράματα ἑβδομήκοντα καὶ ἐπὶ τούτοις σατυρικὰ ἀμφὶ τὰ πέντε. νίκας δὲ τὰς πάσας εἴληφε τρεισκαίδεκα· οὐκ ὀλίγας δὲ καὶ μετὰ τελευτὴν νίκας ἀπηνέγκατο.

Es folgen hierauf zerstreute Anmerkungen zum Prometheus, meistens Citate, z. B. Juppiter Saturnum Patrem ad montem Caucasum in profundum demersit. *Epiphanius* Ancor. CVIII p. 108 ὁ ταρταρώσας τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα ἐν τῷ Καυκασίῳ ὄρει. — De Prometheo Callimachi versus apud Clem. Alex. Strom. l. V pag. 597 et Schol. Aristoph. in Vespis:

Ἦν κεῖνος οὐνιαυτὸς ᾧ ποτε πτηνὸν
Καὶ οὖν θαλάσσῃ καὶ τὸ τετράπουν οὕτως
Ἐφθέγγεθ' ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμηθέως.

Prometheï fabula acta fort. ab Aeschylo occasione festi λαμπαδηδρομίας, quae Athenis fiebat e Ceramico in Prometheï honorem: Schol. Aristoph. Ran. p. 217 λαμπαδηδρομίαι δὲ γίνονται τρεῖς ἐν τῷ Κεραμεικῷ Ἀθηνᾶς, Ἡφαίστου, Προμηθέως. Festum aliud dictum Προμήθεια, de quo Lysias Orat. XX p. 343 εὐθὺς ἐγυμνασιάρχουν εἰς Προμήθεια καὶ ἐνίκων ἀναλώσας δώδεκα μνᾶς.

Alsdann der Κατάλογος τῶν Αἰσχύλου δραμάτων κατὰ στοιχεῖον mit folgenden Lesarten und Anmerkungen.

Ἀγαμέμνων, Ἄθαμας, Αἰγύπτιοι, Αἰτναῖοι γνήσιοι, Αἰτναῖοι νόθοι *), Ἀμυμώνη, Ἀργεῖοι, Ἀργὼ ἢ Κωπευστής, Ἀταλάντη. Βάκχαι Βασσάραι. Γλαῦκος ποτνιεύς. Δαναΐδες, Δικτυουργοί. Ἐλευσίνιοι, Ἐπίγονοι, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, Εὐμένιδες. Ἠδωνοὶ Ἡλιάδες, Ἡρακλεῖδαι. Θεώδοροι ἢ Ἰσομοιασταί,

---

δίαις) ἐν om. — δίας MS. Reg. Χρυσὸν) γρ. χορὸν Scal. — Casaubonus ad Athen. p. 908 legit hic cum Scaligero χορὸν λαμβάνειν et explicat hunc locum, quod qui vellent docere Aeschylï fabulas ceteris praeferrentur et Chorum instruendum a Choragis acciperent. Unde χορὸν δοῦναι de Choragis qui alicui poetae chorum darent instruendum et ejus opera uterentur in docendis fabulis; χορὸν autem λαμβάνειν de poetis qui id in se reciperent. Sic Aristoph. Ran. p. 907

Ἃ φροῦδα θᾶττον ἦν μόνον χορὸν λάβῃ,
Ἅπαξ προσουρήσαντα τῇ τραγῳδίᾳ. (v. 94. 95.)

Hesych. in Πυρπφέγχει cet. Κρατῖνος cet. ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβε. Vide de hoc loco Casaub. Anim. p. 908.

ἐβίωσε δὲ cet.) des. MS. Reg. et post ἐποίησε add. δέ.

Aeschyli filii meminit Hippocrat. Epidem. l. V. pag. 347 T. VIII οἷα τοῦ Αἰσχύλου παιδὶ ξυνέβη. In Chronico Oxoniensi Epocha 74 p. 17 Ἀφ' οὗ Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς βιώσας ἔτη ΠΔΠΙΙΙΙ ἐτελεύτησεν ἐν Γέλᾳ τῆς Σικελίας ἔτη ΗΓΔΔΔΙΙΙ Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Καλλίου τοῦ προτέρου.

*) Add. Ἀλκμήνη Hesych. ἀποστάς Scal. Δικτυουργοί) — οὐλκοί Hesych. δωνασθαι Scal. Θεόδωροι) Θαλαμοποιοι Poll. l.

Θρῄσσαι. Ἰκέτιδες, Ἰξίων, Ἰφιγένεια. Κάβειροι, Καλλιστώ, Κᾶρες ἢ Εὐρώπη, Κερκύων, Κήρυκες, Κίρκοι σατυρικοί, Κρῆσσαι. Λαΐος, Λέων, Λήμνιοι, Λυκοῦργος. Μέμνων, Μυρμιδόνες, Μυσοί. Νεανίσκοι, Νεμέα, Νηρηΐδες, Νιόβη. Ξάντριαι. Οἰδίπους, Ὅπλων κρίσις, Ὀστολόγοι. Πενθεύς, Περραιβίδες, Πέρσαι, Πενελόπη, Πολυδέκτης, Προμηθεὺς δεσμώτης, Προμηθεὺς πυρφόρος, Προμηθεὺς λυόμενος, Προπομποί, Πρωτεύς. Σαλαμίνιοι, Σεμέλη ἢ Ὑδροφόρος, Σίσυφος δραπέτης, Σφίγξ. Τήλεφος, Τοξότιδες, Τροφοί. Τυπυλη. Φιλοκτήτης, Φορκίδες, Φρύγες ἢ Ἕκτορος λύτρα, Φρύγιοι. Χοηφόροι. Ψυχαγωγία, Ψυχοστασία.

Die Bemerkungen zum Prometheus, die hierauf in grosser Fülle folgen, übergehen wir für jetzt, und theilen von den nachträglichen Bemerkungen zum *Βίος* und zum *Κατάλογος*, die auf einem (wahrscheinlich am unrechten Orte stehenden) Blatte folgen, noch einige mit:

Ἕκτορος λύτροις) Idem drama quod *Φρύγες* etiam inscriptum et ex Aristoph. Scholiis constat ad Ran. p. 255 *παρ' Αἰσχύλῳ ἐν δράματι ἐπιγραφομένῳ Φρυξὶν ἢ Ἕκτορος λύτροις.* Sub *Φρύγων* nomine meminit Athenaeus l. I c. XVIII pag. 21 *Ε. τοὺς Φρύγας οἶσθα θεωρῶν ὅτι τῷ Πριάμῳ συλλυσόμενος ἦλθον τὸν παῖδα τεθνηῶτα.* Inde itaque argumentum et inscriptio dramatis *Ἕκτορος λύτρα*, et ab Ennio ejus exemplo drama inscriptum *Lu-*

---

l c. 26 *Aurat.* — *Θεωροὶ ἢ Ἰσθμιασταὶ Aurat.* — *Ἱερεῖαι*, Hesych. in *Κασωλάβα Aurat.* — *Κίρκη* Hes. in *αὐτόφορβος Aurat.* — *Λιτυνίαις* Hesych. in *ἀναξίαν Aurat.* — *Νηρεῖ* Hes. in *Ἀθήρ. Aurat.* — *Προμηθεὺς πυρκαὴς* Pollux l. 4 *Aurat.* — *Πρωτεὺς Σατυρικός* Hes. *ἄμαλα Aurat.* — *Σαλαμῖνι* Hesych. in *ἀναριβδοῖ Aurat.* — *Σίσυφος* Hesych. in *ἄμβωνες Aurat.* —

Γλαῦκος ποτνιεὺς Satyricum drama ut a Strabon. l. IX, Hes. cet. constat. Apud Athen. l. 3 pag. 87 A. *Αἰσχύλος ἐν ποντίῳ Γλαύκῳ* pro *Ποτνιεῖ*, quod jam vidit Casaub., sicut uno *Γλαύκου* nomine citari in Scholiis Pindari Od. Pyth. nempe p. 198 *περὶ οὗ καὶ Αἰσχύλος φησὶν ἐν Γλαύκῳ.* — Casaub. Animadv. Athen. p. 167. Restituetur etiam in eodem albo corruptum nomen alterius dramatis aut certe praetermissum; nam in littera *Θ* prima censeri debuit fabula *Θαλαμοποιοὶ* auctore eodem Polluce l. VII c. 26. — Id. Casaub. in Athen. p. 161. Quare ita potius restituendus videtur ille locus *Προμ. Πυρκαεὺς ἢ πυρφόρος, Προμ. δεσμώτης, Προμ. λυόμενος.* — *Ψυχοστασία*) Thom. Remes. Var. Lect. pag. 124. Aeschyli drama memorat Plutarch. de aud. Poet., ubi non *ψυχοστασίαν* sed *ἰσοστάσιον* legendum putat. Exstat locus apud Plutarch. in ed. Grot. ante Stobae. p. 11. *Τραγῳδίαν ὅλην ὁ Αἰσχύλος τῷ μύθῳ περιέθηκεν ἐπιγράψας ψυχοστασίαν καὶ παραστήσας τοῖς πλάστιγξι τοῦ Διός, ἔνθεν μὲν τὴν Θέτιν, ἔνθεν δὲ τὴν Ἠώ, δεομένας ὑπὲρ τῶν υἱέων μαχομένων.* — *Πρωτεὺς* citatur apud Athenaeum l. IX p. 394 A., apud Hesych. in *Ἐπάσω*, *Αἰσχύλος Πρωτεῖ Σατυρικῷ.* Casaub. in MSS. Athen. dicit reperisse ... *Αἰσχύλος ἐν τῷ Τραγικῷ Πρωτεῖ.* — *Κήρυξι Σατύροις* apud Pollucem pro *Σατυρικοῖς* et Photius in Lexico MSS. *Αἰσχύλος ἐν Κήρυξι σατύροις.* Bentl. Epist. ad Millium pag. 15.

ta, quod monet postremum ad hunc locum Casaubonus pag. 56, de eadem vero appellatione dramatis Aeschylei omisit.

γενναῖον δὲ φασὶν αὐτὸν) Sic de poeta Alexide Athen. l. XV p. 687 *καὶ ὁ ἀνδρειότατος* — cll. l. XIV p. 627 A. cet. (s. oben). *ἐν Μαραθῶνι*) Quo respicere videtur Bacchus in certamine Aeschyli et Euripidis apud Aristoph. Ran. p. 272 *Δι. τί τὸ φλαττοθρατ. τοῦτ' ἐστιν ἐκ Μαραθῶνος.*

Κυναιγείρου) Lucianus Rhetor. Praec. T. II p. 454 *ἐπὶ πᾶσι δὲ ὁ Μαραθὼν καὶ ὁ Κυναίγειρος ὧν οὐκ ἄν τι γένοιτο.* — Alterius Aeschyli Alexandrini meminit Athen. XIII p. 599 *E. Αἰσχύλος ἔφη ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν Ἀμφιτρύωνι· οὗτος δ' ἐστὶν Αἰσχύλος ὁ τὰ Μεσσηνιακὰ ἔπη συνθεὶς, ἀνὴρ εὐπαίδευτος.* Aeschyli Corinthii fratris uxoris Timophanis, qui Timoleonis frater, meminit Plutarchus in Timol. p. 237 *E. Αἰσχύλον ἀδελφὸν ὄντα τῆς Τιμοφάνους γυναικός.* De Aeschylo nostro philosopho Athen. l. VIII p. 347 F. *φιλόσοφος δὲ ἦν τῶν πάνυ* cet.

οὐδὲν φθέγγεται) Schol. Aristoph. ad Ran. p. 251 *σεμνότητος γὰρ ἕνεκα ἐπιπολὺ ἐσιώπα Αἰσχύλος ἐν τοῖς θεάτροις εἰσιών.* Vide de eadem re seu mutis et velatis personis inductis ab Aeschylo Eustath., idque Homeri exemplo, ad Odyss. Ψ. p. 1941 lin. 1. 2.

τὸ δὲ πανοῦργον, κομψοπρεπὲς) Schol. Aristoph. Equitt. 289 *κομψὸς παλαιοῖς πανοῦργος.* — *Τὸ πανοῦργον* vero tribuit Aeschylo Euripides Aristoph. Ran. p. 254, ubi deceptos spectatores et illusos ab Aeschylo tradit. Aeschylus vero Euripidi quod pro generosis et animosis civibus quos reliquerat, Euripides reddiderit *πανούργους*, Ran. 259.

Μήτ' ἀγοραίους μήτε κοβάλους, ὥσπερ νῦν, μήτε πανούργους.

Idem Aeschylus de Euripide Ran. 282 *ὁ πανοῦργος ἀνὴρ.* Aristophani tribuit Plutarchus quod illi sit *τὸ πανοῦργον, οὐ πολιτικὸν* cet. Cf. Schol. Aristoph. Ran. p. 211 *τὸ πανοῦργος ἡμεῖς μὲν μετριώτερόν φαμεν· Ἀττικοὶ δὲ ἐπὶ σφοδρ.* cet.

πρὸς ἔκπληξιν τερατώδη) Id ipsum Aeschylo objicit Euripides apud Comicum Ran. p. 257 (v. 961 seqq.)

ἀλλ' οὐκ ἐκομπολάκουν
Ἀπὸ τοῦ φρονεῖν ἀποσπάσας, οὐδ' ἐξέπληττον αὐτούς,
Κύκνους ποιῶν καὶ Μέμνονας κωδωνοφαλαροπώλους.

κρίνων τοῦτ' τὸ μέρος μεγαλοπρεπές) Quod cum veteris poeseos tum musices olim primarium fuit studium et decus, ut Plutarchus de Musica p. 1144 F.

ἅτε οὖν ἠθῶν μάλιστα φροντίδα πεποιημένοι οἱ παλαιοὶ τὸ σεμνὸν καὶ ἀπερίεργον τῆς ἀρχαίας μουσικῆς προετίμων. Idem p. 1136 D. Tragicos veteres docet harmoniam *μιξολυδιστί* a Sappho inventam miscuisse *τῇ Δωριστί· ἐπεὶ ἡ μὲν τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ*

ἀξιωματικὸν ἀποδίδωσιν· ἡ δὲ τὸ παθητικὸν· μέμικται δὲ διὰ τούτων τραγῳδία.

ἢ πρὸς ἀπάτην) In quo ἀπάτη illa Tragica esset docet Plutarchus de Glor. Atheniens. p. 348 D. T. II ἤνθηκε δὲ ἡ τραγῳδία καὶ διεβοήθη, θαυμαστὸν ἀκρόαμα καὶ θέαμα τῶν τότ' ἀνθρώπων γενομένη καὶ παρασχοῦσα τοῖς μύθοις καὶ τοῖς πάθεσιν ἀπάτην, ὡς ὁ Γοργίας φησὶν ἦν ὅ τε ἀπατήσας δικαιότερος τοῦ μὴ ἀπατήσαντος· ὁ μὲν γὰρ ἀπατήσας δικαιότερος ὅτι τοῦτο ὑποσχόμενος πεποίηκεν. ὁ δὲ ἀπατηθεὶς σοφώτερος· εὐάλωτον γὰρ ὑφ' ἡδονῆς λόγων τὸ μὴ ἀναίσθητον.

nisi ibi vera lectio esset *εὐωνύμους*, quam me praeeunte recepit etiam Hauptius. In hoc genere olim Schaeferus ipse erravit praef. ad Julian. p. XVI. Quum enim in Juliani or. in laud. Const. pag. 34 A. haec legantur: *πότερον οὖν χρὴ τῶν ἀδικημάτων ἁπάντων μεμνῆσθαι, ων τε ἐς τὸ κοινὸν καὶ κατ' ἰδίαν ἔδρασε*, Schaeferus *ὧν ἔς τε* legendum censet, quo facto sensus foret: *omnia scelera, quae et adversus rempublicam et privatim molitus est;* sed nexus hoc Julianum dicere voluisse docet: *omnia scelera, et ea quae publice, et ea quae privatim perpetravit.* Itaque recte particula adhaeret relativo et in altero membro supplendum est *καὶ ὧν κατ' ἰδίαν ἔδρασε.*

At dixerit quispiam hoc repugnare ei, quod supra posui, nunquam posse unum idemque vocabulum, si bis ponitur, particulas *τὲ–καί* adjectas habere, id quod hic in relativo factum videmus. Sed speciosius hoc quam verius dictum foret, nam si accuratius

---

*) Illud *ἶσόν ὅς* eodem modo est dictum, quo ejusdem fragmenti v. 1 *ἀρετή νύ τίς ἐστι καὶ αὖτη, Ὅς κ' ἀνδρῶν πολὺ πλεῖστον ἐν εἰλαπίνῃ μέθυ πίνῃ.* Aesch. Prom. v. 263 *Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει, παραινεῖν.* Aristoph. Thesmoph. v. 183 *σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅστις ἐν βραχεῖ πολλοὺς καλῶς οἷός τε συντέμνειν λόγους.* Plato de Legg. II, p. 653 B. *εὐτυχὲς, ὅτῳ καὶ πρὸς τὸ γῆρας παρεγένετο.* cf. Heindorf. ad Plat. Soph. p. 388. Schaef. ad Eur. Phoen. 519. Bernhardy wissensch. Syntax p. 291 s. Haec obiter monui, quia et hoc dicendi genus imitati sunt Latini. Sic Ennius ap. Gellium VII, 17

Ea libertas est, qui pectus purum et firmum gestitat.

rem consideraveris, hic quoque particulam quodammodo trajectam invenies, quippe quae non ad relativum pertinet, sed ad demonstrativum omissum. Ita loco illo Juliani, de quo modo sermo fuit, ut hoc exemplo utar, si ad logicam normam eum exigas, plena constructio haec est: *τῶν ἀδικημάτων ἁπάντων, ἐκείνων τε, ἃ ἐς τὸ κοινὸν, καὶ τούτων, ἃ κατ' ἰδίαν ἔδρασε.* Hinc lux subnasci videtur loco Platonis, quo vel ante relativum rejecta est particula, Men. p. 99 C. *ὀρθῶς ἂν οὖν καλοῖμεν θείους τε οὓς νῦν δὴ ἐλέγομεν χρησμωδοὺς καὶ μάντεις, καὶ τοὺς ποιητικοὺς ἅπαντας.* Eodem modo res sese habet apud scriptores latinos, qui et ipsi particulam QUE saepe relativis adnectunt. Sic, ut in prosae orationis scriptoribus consistam, nam poetis talia facilius conceduntur, Liv. XXII, 26. *Omnes eam rogationem*, quique *Romae* quique *in exercitu erant — in contumeliam ejus latam acceperunt.* XXV, 22 *post eam diem* quique *exissent* quique *ibi mansissent hostium futuros numero:* XLII, 14 *bello denique perfecto* quaeque *dicta ab rege* quaeque *responsa essent emanavere.* Cic. Orat. I, 26. *Mihi* quique *optime dicunt* quique *id facillime atque ornatissime facere possunt, tamen nisi timide ad dicendum accedunt, paene impudentes videntur.* Vellej. Paterc. II, 113 *junctis exercitibus* quique *sub Caesare fuerant* quique *ad eum venerant.* Et ut in hoc dicendi genere Latini semper relativum bis ponunt, ita interdum et Graeci, ut Nonn. Dionys. XXVI, 85

οἵ τ' ἔχον Ἠελίοιο πόλιν καλλίκτιτον Αἴθρην,
ἀννεφέλου δαπέδοιο θεμείλιον, οἵ τ' ἔχον ἄμφω.

Consimilis est eorum locorum ratio, qui particulam articulo subnexam habent, nam in his quoque pro sensus diversitate particulae collocatio aut trajectione aut ellipsi explicanda est. Sic Plat. Phaed. pag. 86 C. *ὥσπερ καὶ αἱ ἄλλαι ἁρμονίαι αἵ τ' ἐν τοῖς φθόγγοις καὶ ἐν τοῖς τῶν δημιουργῶν ἔργοις πᾶσι* neque scribendum est *καὶ αἱ ἐν τοῖς τ. δ.*, quod miror nuper a Stallbaumio factum esse, neque particula *τέ* negligentius est collocata, sed revera pertinet ad *αἱ*, cui quod respondeat alterum *αἱ* ex more omissum est. Eodem modo explicandus est Plat. Hipp. maj. pag. 283 A. *σοφίας τῆς τε σεαυτοῦ καὶ τῶν νῦν ἀνθρώπων.* Xenoph. Sympos. 2, 21 *τήν τε τοῦ παιδὸς καὶ τῆς παιδὸς ὄρχησιν.* Herod. VII, 106 *οἵ τε ἐκ Θρηΐκης καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου.* Sed de loco Plat. Phaed. p. 94 D. *τά τε κατὰ τὴν γυμναστικὴν καὶ τὴν ἰατρικήν* ambigi posse puto, utrum haec posita sint pro *τά τε κατὰ τὴν γυμναστικὴν καὶ τὰ κατὰ τὴν ἰατρικήν*, an pro *τὰ κατά τε τὴν γυμναστικὴν καὶ τὴν ἰατρικήν*, ita tamen ut ad posteriorem rationem magis inclinem. Similiter trajecta est particula Eur. Bacch. 877 Herm. *τούς τ' ἀγνωμοσύναν τιμῶντας καὶ μὴ τὰ θεῶν αὔξοντας.* Simplicissima hujus rei est ratio illa, quum articulus ad simplex nomen pertinet, ut Xenoph. Anab. II, 2, 8 *οἵ τε Ἕλληνες καὶ Ἀριαῖος.* II, 3, 3 *τούς τε εὐοπλοτάτους ἔχων καὶ εὐειδεστάτους.*

Isocr. de permut. p. 30 *οἵ θ' ἡμέτεροι πρόγονοι καὶ Λακεδαιμόνιοι*, cujus rei exempla cumulare non attinet, est enim usitatissima.

Subjungam statim adverbia relativa, quibus et ipsis passim particula adjicitur. Exemplo sit instar omnium locus Aeschyli Sept. Th. 1064 *ὥσπερ τε πόλις καὶ τὸ δίκαιον συνεπαινεῖ*, in quo adeo perspicua est particulae trajectio, ut mirari non satis possim, quomodo Schaeferus huic quoque ellipsin illam suam adhiberi velle potuerit; nam etiamsi concedamus plenam orationem esse debere *ὥσπερ τε πόλις καὶ ὥσπερ τὸ δίκαιον συνεπαινεῖ*, nemini tamen in mentem venire potest *ὥσπερ τε-καὶ ὥσπερ* inter se componi, sed *πόλις τε καὶ τὸ δίκαιον* jungi quisque intelligit. Possem tanquam geminum conferre locum Thucyd. VII, 18. *Παρεσκευάζοντο δὲ καὶ τὴν ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι, ὥσπερ τε προεδέδοκτο αὐτοῖς καὶ τῶν Συρακοσίων καὶ Κορινθίων ἐναγόντων*, nisi ejus paullo aliam rationem esse fatendum esset, hoc enim loco *τέ* non ad unum aliquod vocabulum pertinet, sed ad totam sententiam, quae tribus illis vocabulis continetur, ut perinde sit, cui eorum postponatur, quod vernacula lingua ita dixerimus: *sowohl nach ihrem eigenen früheren Entschlusse, als auch auf Antrieb der Syrakuser und Korinther.* Magis huc faceret alius Thucydidis locus II, 89 *ἐν τῷ ἔργῳ κόσμον καὶ σιγὴν περὶ πλείστου ἡγεῖσθε, ὥς τε τὰ πολλὰ τῶν πολεμικῶν ξυμφέρει καὶ ναυμαχίᾳ οὐχ ἥκιστα*, nisi hujus loci lectio admodum dubia esset. Nam neque haec, quam Goellerus tuetur, vulgata lectio satisfacit, neque conjectura, quam olim Poppo obss. critt. p. 227 protulit, neque quam nunc idem recepit Stephani emendatio; neque enim structura mutata in accusativo *τὰ πολλά* et dativo *ναυμαχίᾳ*, quorum uterque ad verbum *ξυμφέρει* pertinet, ferri potest, et *καί*, quod in plerisque et optimis libris ante *ξυμφέρει* positum invenitur, docere videtur verbum in praecedentibus excidisse, ut locus hoc fere modo mihi restituendus esse videatur: *ὥς τε δεῖ τὰ πολλὰ τῶν πολεμικῶν καὶ ξυμφέρει ναυμαχίᾳ οὐχ ἥκιστα.* Sed prorsus ejusdem generis, ad quod Aeschyli locus supra laudatus referendus videbatur, est alter ejusdem scriptoris locus Sept. Th. v. 187 *ὅτι τε σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι ἱππικῶν τ' ἀΰπνων πηδαλίων διαστόμια πυριγενετᾶν χαλινῶν*, ubi, quominus *ὅτι* in altero membro supplendum putaremus, prohiberet etiam particulae in hoc altero membro collocatio, nisi per se jam satis perspicuum esset orationis nexum hunc esse: *σύριγγές τε ἔκλαγξαν ἱππικῶν τε πηδαλίων διαστόμια.* Plane geminus est locus Plat. Hipp. maj. p. 304 B. *σὺ μὲν μακάριος εἶ, ὅτι τε οἶσθα ἃ χρὴ ἐπιτηδεύειν ἄνθρωπον καὶ ἐπιτετήδευκας ἱκανῶς*, nec dissimilis Theogn. v. 1009 (805 Welck.).

πρίν τ' ἐχθροὺς πτῆξαι καὶ ὑπερβῆναι περ ἀνάγκῃ,
ἐξετάσαι τε φίλους, ὅντιν' ἔχουσι νόον,

ubi *πρίν γ'* sine causa dedit Welckerus. Id. v. 1124. (776.)

ὅφρα τε γῆς ἐπέβη δειμαλέους τε μυχούς,

quo loco nihil mutandum est, nam duplex verbi constructio, quae supra in Thucydide non ferenda videbatur, apud poetas non adeo rara est, vid. quae monui ad Aeschyl. Ag. 646. Choeph. 215.

Sed etiamsi in relativis interdum ad hanc ellipsin confugiendum esse vidimus, quia relativum bis positum, etsi vocabulum est idem, tamen ad diversas res potest referri, adverbiis tamen ubicunque hoc modo postposita est particula, de trajectione necessario cogitandum esse nemo non intelligit. Ita quae leguntur Pind. Nem. I, 32 εὖ τε παθεῖν καὶ ἀκοῦσαι tametsi cum Schaefero suppleas εὖ τε παθεῖν καὶ εὖ ἀκοῦσαι, intelligas necesse est non εὖ τε — καὶ εὖ sed παθεῖν τε καὶ ἀκοῦσαι componi, quamquam hac ipsa ratione locutus est Aesch. Suppl. v. 216 ἀλλ' εὖ τ' ἔπεμψεν εὖ τε δεξάσθω χθονί. Et apud Demosth. περὶ συντάξ. p. 167 ed. Reisk. ἵν' ἅμα τ' εὐπορῆτε καὶ τὰ δέοντα ποιῆτε non potest in altero membro ἅμα suppleri, quod vult Schaefer. Appar. T. I p. 690, sed particula trajecta est. Cui simillimum est Theognideum v. 264 (1088.) ὥσθ' ἅμα θ' ὑδρεύει καί με γοῶσα φέρει, quocunque modo locus alioquin obscurissimus explicetur, et Xenoph. Cyrop. VII, 2, 24 τῶν δ' ἐμῶν προγόνων ἀκούω τὸν πρῶτον βασιλεύσαντα ἅμα τε βασιλέα καὶ ἐλεύθερον γενέσθαι. Eodem modo Aesch. Prom. v. 42. Ἀεί τε δὴ νηλὴς σὺ καὶ θράσους πλέως non dubito quin Schaeferus supplendum censeat καὶ ἀεὶ θράσους πλέως, in quo provocare poterit ad Soph. Aj. 822 τὰς, ἀεί τε παρθένους, ἀεί θ' ὁρώσας, quamquam certum est νηλής τε καὶ θράσους πλέως jungenda esse. Cui loco apprime convenit Plat. Phaed. p. 89 D. ἐκ τοῦ ἡγήσασθαι παντάπασί τε καὶ ἀληθῆ εἶναι καὶ ὑγιᾶ καὶ πιστὸν τὸν ἄνθρωπον, ubi non satis scite Stallbaumius Schaeferum imitatus παντάπασι ante ὑγιᾶ cogitatione iterandum esse pronuntiat, quid est enim παντάπασί τε — καὶ παντάπασι?

Sed sunt alii loci, quibus minus etiam ellipsis illa adhiberi possit, ut in iis quae leguntur Xenoph. Sympos. II, 1 ἔρχεταί τις αὐτοῖς ἐπὶ κῶμον Συρακόσιος ἄνθρωπος, ἔχων τε αὐλητρίδα ἀγαθὴν καὶ ὀρχηστρίδα τῶν τὰ θαύματα δυναμένων ποιεῖν, poteritne aliquis dicere animo supplendum esse καὶ ἔχων ὀρχηστρίδα? Similia sunt Thucyd. IV, 10 ἐγὼ δὲ καὶ τὰ πλείω ὁρῶ πρὸς ἡμῶν ὄντα, ἢν ἐθέλωμέν τε μεῖναι καὶ μὴ τῷ πλήθει αὐτῶν καταπλαγέντες τὰ ὑπάρχοντα ἡμῖν κρείσσω καταπροδοῦναι, quamquam h. l. illud τέ alia de causa male se habere videtur, non enim diversa sunt μεῖναι et μὴ καταπροδοῦναι, sed ad idem redeunt et necessario sunt conjuncta, neque igitur possunt particulis τὲ – καί inter se jungi. Verum igitur vidisse puto Elmslejum ad Eur. Heracl. 622, qui illud in γε mutandum putat, cujus miror neque a Goellero neque a Poppone rationem habitam esse. Aptius cum illo Xenophontis loco comparari poterit ejusdem Mem. III, 5, 3 προτρέπονταί τε ἀρετῆς

ἐπιμελεῖσθαι καὶ ἄλκιμοι γίγνεσθαι et Aesch. Choeph. v. 128 ἐποίκτειρόν τ' ἐμὲ φίλον τ' Ὀρέστην, quod nullo pacto aliter explicari potest, quam ut positum sit pro ἐμέ τε φίλον τ' Ὀρέστην. Ut vero hoc loco et metrum et verborum collocatio eam particulae trajectionem necessariam reddiderunt, ita magis etiam eadem excusatur instituto verborum ordine Aesch. Eum. v. 386

πᾶσι δ' ἐς κοινὸν λέγω,
βρέτας τε τοὐμὸν τῷδ' ἐφημένῳ ξένῳ,
ὑμᾶς θ' ὁμοίας οὐδενὶ σπαρτῶν γένει.

Nam vocabulo ξένῳ, ad quod pertinet, nullo modo postponi poterat particula, nisi malum hunc versum facere voluisset poeta: ξένῳ τε τῷδ' ἐφημένῳ τοὐμὸν βρέτας. Apud Thucydidem vero VI, 96 ὡς ἐπύθοντο τούς τε ἱππέας ἥκοντας τοῖς Ἀθηναίοις καὶ μέλλοντας ἤδη ἐπὶ σφᾶς ἰέναι, ubi particula post ἥκοντας poni debebat, quomodo trajectio negari possit non video. Neque magis negari poterit apud Lycurg. c. Leocr. 14, 2 εἰ μὴ κατεγνώκει τε αὐτοῦ προδεδωκέναι τὴν πατρίδα καὶ μεγάλα πάντας ἠδικηκέναι. Herod. II. 18 αὐτοί τε δοκέοντες εἶναι Λίβυες καὶ οὐκ Αἰγύπτιοι, καὶ ἀχθόμενοι τῇ περὶ τὰ ἱρὰ θρησκίῃ. Plat. de Rep. I p. 348 B. ἅμα αὐτοί τε δικασταὶ καὶ ῥήτορες ἐσόμεθα, ubi Schneiderus non qua oportebat ratione particulae collocationem tuitus est.

Supersunt ii loci, quibus per anacoluthiam aliquam vel constructionis mutationem particula loco non suo posita est, qui etsi non plane inter particulae trajectae exempla referri possunt, silentio tamen non sunt praetereundi. His adnumero Thucyd. V, 32. Δηλίους δὲ κατήγαγον πάλιν ἐς Δῆλον ἐνθυμούμενοι τάς τε ἐν ταῖς μάχαις ξυμφορὰς καὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς θεοῦ χρήσαντος, quem locum nolim cum Goellero ita explicare, ut et accusativi et genitivi a verbo ἐνθυμούμενοι pendeant, (hoc enim innuere videtur, quum laudat Matth. Gr. gr. 447.) sed ut θεοῦ χρήσαντος sint genitivi absoluti. Ita enim scriptor exorsus est orationem, quasi dicturus esset ἐνθυμούμενοι τάς τε ξυμφορὰς καὶ τὸν χρησμόν, deinde vero constructionem mutavit. Eodem modo ex mutata constructione explicanda est particulae collocatio Thucyd. VI, 44 οἱ δὲ Ἀργεῖοι ἀκούσαντες τῆς τε ἀγγελίας καὶ ἐπειδὴ ἔγνωσαν οὐ μετ' Ἀθηναίων πραχθεῖσαν τὴν τῶν Βοιωτῶν ξυμμαχίαν. Similes sunt loci I, 1 τεκμαιρόμενος ὅτι ἀκμάζοντές τε ἦσαν ἐς αὐτὸν ἀμφότεροι παρασκευῇ τῇ πάσῃ καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ὁρῶν ξυνιστάμενον πρὸς ἀμφοτέρους. IV, 116 ὁ Βρασίδας ὡς ᾔσθετο αὐτοὺς ἀπολείποντάς τε τὰς ἐπάλξεις καὶ τὸ γιγνόμενον ὁρῶν. Xenoph. Anab. I, 2, 21 ἐπεὶ ᾔσθετο τό τε Μένωνος στράτευμα ὅτι ἤδη ἐν Κιλικίᾳ εἴη εἴσω τῶν ὀρίων καὶ ὅτι τριήρεις ἥκουε περιπλέουσας ἀπὸ Ἰωνίας εἰς Κιλικίαν Ταμὼν ἔχοντα τὰς Λακεδαιμονίων καὶ αὐτοῦ Κύρου. Non dissimilia sunt, quae congessit Schaefer. ad Dionys. de comp. pag. 31 s. Possit aliquis putare huc pertinere etiam Plat. Phileb. c. 103 καὶ λέγειν τε, ὦ ἑταῖρε, αὐτόν τε περὶ ἑαυτοῦ ποιεῖ

καὶ ἄλλον, sed hic prius τε per se positum significat *etiam*, ut et Latini *que* usurpant. Sic Catull. CII, 3. Seneca Herc. Oet. v. 561 cf. Drakenb. ad Liv. V, 27. Illi Graecorum καὶ — τε, quod damnatum a Poppone obss. critt. p. 135 s. et Reisig. Conjectan. p. 212 tuitus est Stallbaum. ad Plat. Phileb. pag. 144 s., respondet Latinorum *et - etiam*, de quo vid. Ruhnk. ad Vellej. I, 17. Bremi ad Suet. Caes. 76. Frotsch. ad Quintilian. X, 1, 125.

Aliis locis, quos quis forsitan inter exempla ejus, de qua loquimur, trajectionis referre possit, tam male collocata est particula, ut emendatione illi indigeant, ex quo genere sunt plerique eorum, quos attulit Meinek. cur. crit. p. 9 s. Nam in fragmento Epicharmi ap. Athen. VII, p. 313 E. et 321 A.

καὶ χελιδόνες τε μύρμαι, τοί τε κολιᾶν μείζονες
ἔντι καὶ σκόμβρων, ἀτὰρ τᾶν θυννίδων γε μήονες.

ita scribi potuisse pro χελιδόνες μύρμαι τε Meinekio affirmanti nemo credet. Sed eo loco et nexus cum praecedentibus ignotus est et librorum lectiones adeo diversae, ut certi nihil confici possit; verum ut Schweighaeuseri emendatio metro adversatur, ita libri optimi ad hanc lectionem ducere videntur:

μυρμίαι χελιδόνες τε, τοί τε κολιᾶν μείζονες.

Sed in posteriore versus parte particula trajecta videtur, pisces enim illi dicuntur μείζονες κολιᾶν τε καὶ σκόμβρων; at hic metrum postulat, ut τε post κολιᾶν ponatur, nam de hujus vocabuli quantitate certiores nos facit Aristophanes ap. Athen. III p. 118 D.

σκόμβροι, κολίαι, λέβιοι, μύλλοι, σαπέρδαι, θυννίδες — —.

Non majore jure Meinekius tuetur vulgatam lectionem apud Liban. T. I, p. 9 D. (T. IV pag. 861 ed. Reisk.) εἰκότως ἄρα θησαυροί τε ἐνομίσθησαν Ἀλεξάνδρῳ καὶ ὠνομάσθησαν οἱ φίλοι. Nunquam hoc modo in pedestri certe sermone transponitur particula, nec dubito quin recte Schaefer. ad Dionys. de comp. p. 142 eam post ἐνομίσθησαν ponendam esse pronuntiaverit. Apud Theogn. v. 1101 (46 Welck.) ἐλπίδι τε πρώτῃ καὶ πυμάτῃ θυέτω, trajecta videbatur particula qua ratione fieri vix potest, quamdiu corrupta erat versus praecedentis lectio, quam correxit Schaeferus ad poet. gnom. pag. 73 probante Welckero. Deinde Aristoph. Lysistr. v. 1162 ὑπηργμένων τε πολλῶν κἀγαθῶν, quod ferri nullo modo potest, lectio item corrupta est, correcta a Dindorfio Comment. in Aristoph. T. VI pag. 237. Denique apud Dionys. de comp. c. 24 vera esse lectio non potest σπάνει τε κυρίου καὶ κρείττονος ὀνόματος, sed neque Schaeferi emendatio κυρίου τε satis placet, quia adjectiva κυρίου et κρείττονος parum apte ita conjungerentur, et malim fere σπάνει γε, quod sensus commendare videtur. Non rectius apud Isaeum de Cironis hered. p. 95 (oratt. gr. ed. Bekker. T. III.) legitur αὗτοί τε τοῦ κλήρου λαγχάνουσιν ὡς ἐγγυτάτω γένους

ὄντες, ἡμᾶς τε ὑβρίζουσιν, ubi jam Bekkerus vidit τοῦ τε κλήρου scribendum esse.

Audacius vero latini poetae particulam QUE transponunt, nec defuerunt, qui apud hos quoque ad ellipsin confugerent, ut Gesnerus ad Hor. Od. II, 19, 28

sed idem
Pacis eras mediusque belli

haec dicta putat pro *medius pacis mediusque belli*, eodem nimirum errore irretitus, quo Schaeferus, quum non intelligeret, etiamsi poeta ita scripsisset, tamen trajectam fore particulam, quoniam non *medius* et *medius* sed *pacis* et *belli* componenda sunt. Et revera poetae interdum ita scripserunt, ut idem vocabulum repeterent, ut Tibull. I, 1, 78

Despiciam dites *despiciamque* famem.

Id. I, 4, 82

Deficiunt artes *deficiuntque* doli.

II, 5, 105

Pace tua pereantque arcus *pereantque* sagittae.

II, 6, 9

Castra peto, valeatque Venus *valeantque* puellae.

Lucan. I, 165

magnamque cadens *magnamque* revertens
Dat stragem late.

ubi sine causa offendit Bentlejus. His omnibus in versibus particulam non suo loco positam vides, quamquam vocabulum repetitum est. Sed eorum locorum, in quibus ellipsin admissam esse judicant, plurima sunt, ubi talis repetitio ferri omnino non possit. Sic Hor. Sat. I, 6, 42

Si plostra ducenta
Concurrant*que* foro tria funera, magna sonabit,
Cornua quod vincat*que* tubas.

II, 3, 182

In cicere atque faba bona tu perdas*que* lupinis.

Id. Od. I, 30, 6

et solutis
Gratiae zonis properant*que* Nymphae.

II, 19, 31

et recedentis trilingui
Ore pedes tetigit*que* crura.

Tibull. I, 10, 53

Sed Veneris tunc bella calent scissosque capillos
Femina perfractas conqueritur*que* fores.

Id. I, 1, 51

O quantum est auri potius pereat*que* smaragdi.

I, 3, 56

Messalam terra dum sequitur*que* mari.

I, 4, 2

Ne capiti soles ne noceant*que* nives.

I, 6, 54

Attigeris, labentur opes, ut vulnere nostro
Sanguis, ut hic ventis diripitur*que* cinis.

II, 5, 21

Nec fore credebat Romam, quum moestus ab alto
Ilion ardentes respiceret*que* deos.

ibid. v. 86

Dolia dum magni reficient*que* lacus.

II, 6, 15

Acer amor, fractas utinam tua tela, sagittas,
Ilicet, exstinctas adspiciam*que* faces.

Ovid. Trist. IV, 1, 73

Nunc senior gladioque latus scutoque sinistram
Canitiem galeae subjicio*que* meam.

Omnibus his locis particulam vides verbo adhaerere *), quum debeat alii vocabulo subnexa esse, cujus collocationis ignoratio inutiles turbas excitavit apud Valer. Flacc. II, 431

Tunc tenuis Lemnos transit*que* Electria tellus.

Sed aliis etiam orationis partibus subjicitur trajecta particula, ut Horat. Sat. I, 4, 17

Di bene fecerunt, inopis me quod*que* pusilli
Finxerunt animi.

Id. Od. III, 1, 12

Moribus hic melior*que* fama.

Tibull. I, 10, 51

Rusticus e luco*que* vehit, male sobrius ipse,
Uxorem plaustro progeniemque domum.

I, 6, 81

Hanc animo gaudente vident juvenum*que* catervae
Commemorant merito tot mala ferre senem.

---

*) Ita apud Graecos rarissime collocatam particulam invenies. Unum exemplum affero Oppian. Cyneg. I, 40

εἴαρι γὰρ βοτάνῃσιν ἄδην ποιοτρόφος αἶα
ἄνθεσι πληθύει ΤΕ πολύπνοος.

I, 7, 49

Huc ades et centum ludis Geniumque choreis
Concelebra et multo tempora funde mero.

Valer. Flacc. I, 100

Omnis avet, quae jam bellis spectataque fama
Turba ducum.

Stat. Sylv. I, 1, 31

Terga Pater blandoque videt Concordia vultu.

Id. I, 2, 179

Jamque parens Latius, cujus praenoscere mentem
Fas mihi, purpureos habitus juvenique curule
Indulgebit ebur,

et quae prorsus memorabilis est trajectio Stat. Sylv. I, 4, 77

Hunc quoque perque novem timuit Pamphylia messes
Pannoniusque ferox.

cui similis est Pers. Sat. III, 10

Jam liber et bicolor positis membrana capillis
Inque manus chartae nodosaque venit arundo.

Eodem modo ET transpositum est Propert. II, 10, 31

Sed vobis facile est verba *et* componere fraudes.

et VE Hor. Od. II, 7, 25

quis udo
Deproperare apio coronas
Curatve myrto?

et NE Hor. Sat. I, 8, 2

Cum faber incertus scamnum faceretne Priapum.

In his quae adhuc allata sunt exemplis permulta fuerunt, quibus QUE tertio quartove loco positum vidimus, de quo non minus a quibusdam dubitatum est, quam de graeco TE ita collocato, quam rem, quoniam de harum particularum collocatione sermo est, breviter attingere liceat. Nam quod aliquatenus restringit Herm. ad Orph. p. 815: *Τέ post secundum vel tertium vocabulum non est antiqui usus*, id prorsus improbat Pors. ad Eur. Hec. v. 78. Med. v. 750 et ad Toup. Emendd. in Suid. pag. 489. Sed haec particulae collocatio tam multis tamque certis confirmatur exemplis, ut de ea dubitari prorsus non possit. Tragicorum aliquot locos congessit Herm. ad Eur. Hec. 77 et Elmsl. in Mus. crit. Cantabr. VI p. 282 et ad Eur. Med. 735, Thucydidis Poppo obss. critt. pag. 30, sequiorum poetarum Herm. ad Orph. l. l., Aristophanis Reisig. ad Soph. Oed. Col. v. 443. Sed hic ipse Sophoclis locus, quem placet in transcursu rectius interpretari, quam adhuc

factum est, non potest inter haec exempla referri, siquidem recte intelligitur. Poetae verba haec sunt (v. 453 ed. Herm.):

τοῦτ' ἐγῷδα, τῆσδέ τε
μαντεῖ' ἀκούων, συννοῶν, τά τ' ἐξ ἐμοῦ
παλαίφαθ' ἅμοὶ Φοῖβος ἤνυσέν ποτε.

In quibus ut Reisigii et lectionem et interpretationem probari non posse Hermanno concedo, ita Hermanni ipsius rationem multo minus probabilem esse judico, adeo est contorta et artificiosa. Quis enim aut participium συννοῶν ita in medio positum, ut voluit ille, ferat, aut verba τά τ' ἐξ ἐμοῦ παλαίφατα, quae ex Hermanni interpunctione nemo non potest cum participio ἀκούων jungere, quod ineptum foret, a verbo ἤνυσεν pendere credat? et ea ipsa verba, si Reisigium recte vituperat, quod male explicaverit *oracula propter me edita*, non video quo jure ipse interpretari possit: *dictiones quas per me Phoebus effectum dedit.* Immo τὰ ἔκ τινος μαντεῖα perspicuum est nihil aliud esse posse nisi oracula ab aliquo edita. Denique Doederlinius, ut reliqua melius explicavit, ita participium ἀκούων putat διὰ μέσου positum esse et μαντεῖα τῆσδε jungit, quae ferri non possunt. Itaque ut dicam quod sentio, locus ita scribendus est et interpungendus:

τοῦτ' ἐγῷδα τῆσδέ τε
μαντεῖ' ἀκούων συννοῶν, τά τ' ἐξ ἐμοῦ
παλαίφαθ', ἅμοὶ Φοῖβος ἤνυσέν ποτε.

et orationis constructio haec est: τοῦτο ἐγὼ οἶδα, συννοῶν τά τε μαντεῖα, ἃ τῆσδε ἀκούω, τά τε ἐξ ἐμοῦ παλαίφατα, ἃ ἐμοὶ Φοῖβος ἤνυσέν ποτε, eaque paullo obscurior facta est eo, quod poeta pro relativo posuit participium ἀκούων. Sensus igitur, si ad verbum vertas, hic est: *haec scio, dum et oracula ex hac audiens* (i. e. quae ex hac audio) *reputo et antiquas illas a me editas voces, quibus eventum dedit Apollo.* Itaque participium ἀκούων subjunctum est alteri participio συννοῶν, ut hujus ipsius tragoediae v. 172, ubi animum advertit Hermannus, ut Aesch. Prom. 947. Agam. 170. 582, ad quos locos videsis quae monui. Τὰ ἐξ ἐμοῦ παλαίφατα quae sint recte explicavit Doederlinius.

Sed labor longius; itaque ut ad propositum revertar, particulae TE tertio quartove loco positae et supra jam complura exempla alio consilio attuli et hic pauca quaedam, ne nimius sim, adjiciam. Aristoph. Eccl. v. 51 καὶ τὴν Φιλοδωρήτου τε καὶ Χαιρετάδου. Av. v. 259 καινῶν ἔργων τ' ἐγχειρητής. ibid. v. 782 Πτῆξε δὲ ποικίλα φῦλά τε θηρῶν, Κύματά τ' ἔσβεσε νήνεμος αἴθρη. v. 1415 μετὰ τῶν γεράνων τ' ἐκεῖθεν ἀναχωρῶ πάλιν. Anaxandr. ap. Athen. VI p. 227 B. ἀπὸ τοῦ ταγήνου τ' εὐθέως ἀφανίζεται. Menand. ap. Stob. Serm. LXII p. 398 εἰς τοὺς ἰαλέμους τε τοῦτον ἔγγραφε. Mnesith. ap. Athen. II p. 36 A. εἰς τὴν ἰατρικήν τε χρησιμωτάτου. Orph. Argon. v. 460 ὑπὲρ μέγα λαῖτμά τε

πόντου. Nicand. Ther. v. 330 ἐκ μὲν γὰρ κεφαλῆς τε καὶ ὀφρύος. ibid. v. 588 τὴν δὲ μετεξετέρην θανάτου φύξιν τε καὶ ἀλκήν. Oppian. Cyneg. I, 528 βριθομένη πύρῳ τε μετ' αὔλιον εἶσιν ἀπήνη. Philostr. Imagg. II, 10 τὸ μετὰ τοὺς πόνους τε καὶ τὸ ἐν δείπνῳ. Eodem modo Latini suam particulam collocant, cujus rei exempla dederunt Burm. ad Ovid. Metam. XIV, 30. Brokhus. ad Tibull. III, 6, 48. Huschk. ad Tibull. I, 10, 51. Addo iis, quae supra jam attuli, Ovid. Trist. IV, 10, 39

Meque palam de me tuto mala saepe loquuntur,
Forsitan objiciunt exsiliumque mihi.

Propert. IV, 8, 56

Parthorum astutae telaque missa fugae.

Ita enim emendandum hunc versum censeo, quum vulgo asyndeto non ferendo legatur:

Prosequar, et currus utroque ab littore ovantis,
Parthorum astutae tela remissa fugae.

Quae quum emendatione egere senserint jam Heinsius, Guyetus, Passeratius, quorum tamen conjecturas ut parum probabiles in medium proferre non attinet, Lachmannum sicco pede transiisse miror. Mea autem emendatio hoc certior videtur, quod *que* insolentiore loco positum facile ad mutandum impellere librarios potuit; praeterea quam saepe *que* in *re* transierit docet Burm. ad Ovid. Metam. XII, 121. Sed dixerit quispiam aliud quid illi emendationi obstare, ex ea enim respondent sibi *et-que*, quas particulas hoc ordine non magis quam a Graecis καὶ-τε usurpatas esse nonnulli putaverunt. Sic Hermannus ad Eur. Bacch. v. 303

ἔτ' αὐτὸν ὄψει Κ'ΑΠΙ Δελφίσιν πέτραις
πηδῶντα σὺν πεύκαισι, δικόρυφον πλάκα
βάλλοντα καὶ σείοντα Βακχεῖον κλάδον,
μέγαν Τ' ἀν' Ἑλλάδ'. ἀλλ' ἐμοί, Πενθεῦ, πιθοῦ.

cave, inquit, *huic καὶ respondere putes τέ v.* 306. *Non magis enim καὶ-τε quam apud Latinos et-que in partitione dicitur.* Idem judicat ad Soph. Ant. v. 334

τοῦτο ΚΑΙ πολιοῦ πέραν
πόντου χειμερίῳ νότῳ
χωρεῖ, περιβρυχίοισιν
περῶν ὑπ' οἴδμασιν,
θεῶν ΤΕ τὰν ὑπερτάταν, Γᾶν
ἄφθιτον, ἀκαμάταν ἀποτρύεται.

Idem obiter repetit ad Soph. Oed. R. v. 688, idem ad Soph. Oed. Col. v. 1396.

καὶ ταῦτ' ἀκούσας στεῖχε κἀξάγγελλ' ἰὼν
ΚΑΙ πᾶσι Καδμείοισι τοῖς σαυτοῦ Θ' ἅμα
πιστοῖσι συμμάχοισιν.

et profecto, si quando Aeschylum ediderit, idem repetet ad Aesch. Sept. Th. v. 562

ἦ τοῖον ἔργον ΚΑΙ θεοῖσι προσφιλὲς
καλόν Τ' ἀκοῦσαι καὶ λέγειν μεθυστέροις.

ad Eum. 75

ἑλῶσι γάρ σε ΚΑΙ δι' ἠπείρου μακρᾶς
ὑπέρ ΤΕ πόντον.

ad Eum. v. 878

οὐδ' ἀτιμάσω πόλιν
τὰν ΚΑΙ Ζεὺς ὁ παγκρατὴς
Ἄρης ΤΕ φρούριον θεῶν νέμει.

et ad Choeph. v. 250

οὕτω δὲ Κ'ΑΜΕ τήνδε Τ', Ἠλέκτραν λέγω,
ἰδεῖν πάρεστί σοι.

Sed quibus tandem machinis tot locis illam vocabulorum καὶ-τε responsionem amolitur? scilicet omnibus illis locis καὶ *etiam* significare pronuntiat, quod etsi in nonnullos locos cadere non negaverim, ut fortasse in postremum Choephororum locum et Suppl. 743, tamen plurimis quam non sit aptum primo quisque obtutu intelligit. Addo alios, quibus non magis illa responsio negari potest. Aristoph. Eccles. v. 7

σοὶ γὰρ μόνῳ δηλοῦμεν, εἰκότως, ἐπεὶ
Κ'ΑΝ τοῖσι δωματίοισιν Ἀφροδίτης τρόπων
πειρωμέναισι πλησίον παραστατεῖς,
λορδουμένων ΤΕ σωμάτων ἐπιστάτην κ. τ. λ.

Aristoph. Vesp. 376

ἤβων γὰρ κἀδυνάμην κλέπτειν, ἰσχύον τ' αὐτὸς ἐμαυτοῦ.

Aristoph. Av. v. 1727

ἄγαμαι δὲ λόγων. ἄγε νῦν αὐτοῦ
ΚΑΙ τὰς χθονίας κλήσατε βροντὰς
τάς ΤΕ πυρώδεις Διὸς ἀστεροπάς.

Oppian. Cyneg. II, 533

ΚΑΙ φηγοὺς κοτίνους ΤΕ καὶ ὑψικάρηνα γένεθλα.

Hinc corrigi potest locus corruptus Aristoph. Acharn. v. 403, ubi quum vulgo sine sensu legatur: κοὐκ ἔνδον, ἔνδον ἐστὶν, perspicuum est scribendum esse:

ΚΟ'ΤΚ ἔνδον ἔνδον Τ' ἐστὶν, εἰ γνώμην ἔχεις.

Sed multo minus Latini hanc particularum *et-que* responsio-

nem sibi detrahi patientur. En tibi pauca de multis: Propert. III, 12, 11

In te ego *et* aeratas rumpam, mea vita, catenas,
Ferratam Danaes transiliam*que* domum.

Id. III, 28, 37

Hoc *et* Hamadryadum spectavit turba sororum,
Sileni*que* senes et pater ipse chori.

ibid. v. 49

Tu prius *et* fluctus poteris siccare marinos,
Alta*que* mortali deligere astra manu.

Hor. Od. I, 9, 20

Nunc *et* latentis proditor intimo
Gratus puellae risus ab angulo,
Pignus*que* dereptum lacertis
Aut digito male pertinaci.

Stat. Sylv. I, 3, 95

Haec per *et* Aegeas hyemes Pliadum*que* nivosum
Sidus et Oleniis dignum petiisse sub astris.

Sylv. II, 1, 17

Jamne canam? lacrymis en *et* mea carmina in ipso
Ore natant tristes*que* cadunt in verba liturae.

ibid. v. 104

Tu tamen *et* mutas etiam tum murmure voces
Vagitum*que* rudem fletusque infantis amabas.

ibid. v. 126

Jam tamen *et* validi gressus mensura*que* major
Cultibus, et visae puero decrescere vestes.

Sylv. II, 3, 12

Jamque *et* belligerum Jani nemus atra*que* Caci
Rura Quirinalesque fuga suspensa per agros
Coelica tecta subit.

II, 6, 54

Dignus *et* Aemonium Pyladen praecedere fama
Cecropiam*que* fidem.

Juvenal. VII, 15

Quamquam *et* Cappadoces faciant equites*que* Bithyni.

Seneca Med. v. 732

miscetque *et* obscoenas aves
Moesti*que* cor bubonis.

Valer. Flacc. III, 78

Donec *et* hasta volans immani turbine transtris
Insonuit, monuit*que* ratem rapere obvia coeca
Arma manu.

Id. VIII, 278

Primus *et* ecce fero quatio*que* hanc lampada vestro
Conjugio.

Sil. Ital. II, 426

Hinc *et* speluncam furtiva*que* foedera amantum
Callaicae fecere manus.

Id. XVI, 610

verum *et* patriae, dum vita manebit
Deesse nefas animum*que* nefas scelerare silendo.

Auson. Mosell. v. 354

Namque *et* Pronaeae Nemesae*que* adjuta meatu.

Consulto omisi locos duos, quorum lectio non satis certa est, ne cupidius exempla congessisse videar, alterum Horatii Od. I, 28, 30

Negligis immeritis nocituram
Postmodo te natis fraudem committere? fors *et*
Debita jura vices*que* superbae
Te maneant ipsum.

ubi vulgata lectio *forsan*, quam plurimi etiam Vanderburgii codd. tuentur, non una de causa revocanda videtur; alterum Lucani III, 280

Hinc *et* Sithoniae gentes auro*que* ligatas
Substringens Arimaspe comas.

ubi *Essedoniae* e libris restituendum esse vidit jam Heinsius, quod nunc a Cortio quoque et Martyni-Laguna probatum videmus. Sed non opus est ad ejusmodi locos confugere, quum certissimorum satis magna exstet copia. Quid quod ne pedestris quidem orationis scriptores ab hac loquendi ratione abstinuerunt. Nam ut saepissime *que - et* componunt (vid. Drak. ad Liv. X, 30. Cort. ad Sallust. Jug. 6. Passow. ad Tac. Germ. 46.), ita interdum etiam particulam *que* alteri subjiciunt. Sic Cic. Academ. I, 10 *officia autem* et *servata praetermissa*que *media putabat*. ibid. I, 12 et *breviter sane minime*que *obscure exposita est, inquam, a te, Varro, et veteris Academiae ratio et Stoicorum.* Brut. 88 *memor* et *quae essent dicta contra quae*que *ipse dixisset.* Tusc. Dispp. I, 2, 4 et *Epaminondas — Themistocles*que. Epp. Fam. XI, 13 *quam paratissimi* et *ab exercitu reliquis*que *rebus.* Liv. IV, 2 *id* et *singulis universis*que *semper honori fuisse.* Id. V, 46 *ut* et *jussu populi Camillus dictator extemplo diceretur, milites*que *haberent dictatorem.* XXXI, 29 *qui quum merito vestro vobis infestus esset,* et *nihil a vobis ultra quam pacem petiit, fidem*que *hodie pacis pa-*

ctae desiderat? XXIX, 12 *quo Sempronius se receperat, misso Laetorio legato cum parte copiarum et quindecim navibus in Aetoliam* et *ad visendas res pacem*que, *si posset, turbandam.* ubi vid. Drakenb. Tac. Agric. c. 2 *adempto per inquisitiones* et *loquendi audiendi*que commercio.

Haec sufficiant. Sed ut ad aliam rem transeam, conveniunt in hoc etiam Latini cum Graecis, quod ut hi οὔτε-τε et τε-οὔτε componunt, ita et illi *neque-que* sibi invicem subjiciunt. (Nam *et-neque* vel apud prosaicos adeo est usu tritum, ut exemplis afferendis supersedere possim. Vid., si tanti est, Cort. ad Sallust. Cat. 32, 1. Jug. 1, 5. Frotsch. ad Quintil. X, 1, 2.) Graecorum usum exemplis illustrarunt Elmsl. ad Soph. Oed. Col. pag. 131. Stallbaum. ad Plat. Phileb. p. 50 et Apolog. Socr. p. 26 C. Latina exempla haec sunto. Ovid. Metam. XII, 122

Sic fatus Cygnum*que* petit *nec* fraxinus errat.

et inverso ordine Propert. V, 8, 43

Sed *neque* suppletis constabat flamma lucernis
Recidit in*que* suos mensa supina pedes.

Ovid. Metam. II, 811

Quae *neque* dant flammas leni*que* tepore cremantur.

Ab hoc genere probe distinguenda est alia ratio, cujus apud Graecos haud facile exemplum inveniri posse puto, apud Latinos poetas exstant plurima, ut *que*, particulae *neque* subjecta, negativam ejus vim continuet et fere pro *neque* posita esse videatur. Improbarunt hunc usum Bentlejus ad Hor. Epod. XVI, 6. Burmann. ad Ovid. Heroid. II, 90 et Ruhnk. ad Vellej. II, 45, qui omnibus ejusmodi locis *ve* scribendum judicant. Sed et illis ipsis Horatii et Ovidii locis, quorum alter est:

Aemula nec virtus Capuae, nec Spartacus acer,
Novis*que* rebus infidelis Allobrox,
Nec fera caerulea domuit Germania pube,
Parentibus*que* abominatus Hannibal.

alter Ovidii:

Sed neque consului, nec te mea regia tanget,
Fessa*que* Bistonia membra lavabis aqua.

libri omnes in hac lectione consentiunt, et aliis multis poetarum locis. Sic Tibull. III, 4, 87

Nec Canis anguinea redimitus terga caterva,
Cui tres sunt linguae tergeminumque caput,
Scylla*que* virgineam canibus succincta figuram,

ubi male Heynius *Scyllave* dedit. Id. IV, 1, 143

Nec qua regna vago Tomyris finivit Araxe,
Impia vel saevis celebrans convivia mensis
Ultima vicinus Phoebo tenet arva Padaeus,
Qua*que* Hebrus Tanaisque Getas rigat atque Mosynos.

Lucan. Pharsal. II, 372

Ille nec horrificam sancto dimovit ab ore
Caesariem, duro*que* admisit gaudia vultu.

Valer. Flacc. II, 80

nec te Furiis et crimine matrum
Terra fugat, meriti*que* piget meminisse prioris.

Id. III, 88

Stat manus, aegisono quam nec fera pectore virgo
Dispulerit, nec dextra Jovis, Terror*que* Pavorque.

Auson. Mosel. v. 77

Sed neque tot species obliquatosque meatus
Quaeque per adversum succedunt agmina flumen,
Nomina*que* et cunctos numerosae stirpis alumnos
Edere fas.

Claudian. in Consul. Prob. et Olyb. v. 147

His ego nec Decios pulchros fortesve Metellos
Praetulerim, non qui Poenum domuere ferocem
Scipiadas, Gallis*que* genus fatale Camillos

quo loco non erat cur alii priori *nec* praeferrent *non*, nam ut apud Graecos saepe *οὔτε-οὐ* sibi respondent (Alex. ap. Athen. IV p. 133 C.

σοῦ δ' ἐγὼ λαλιστέραν
οὐπώποτ' εἶδον οὔτε κερκώπην, γύναι,
οὐ κίτταν, οὐκ ἀηδόν', οὔτε τρυγόν', οὐ
τέττιγα.

cf. Schaef. ad Lamb. Bos. p. 228 ad Soph. Oed. Col. 972. Elsml. ad Eur. Heracl. 615 ad Med. 1316.), ita et Latini interdum praegresso *nec* subjiciunt *non*, ut Tibull. I, 6, 45

Haec ubi Bellonae motu est agitata, *nec* acrem
Flammam, *non* amens verbera torta timet.

Propert. IV, 1, 51

Nec mea Phaeacas aequant pomaria sylvas,
Non operosa rigat Marcius antra liquor.

Sed ut ad locum illum Claudiani revertar, quomodo ibi *que* praecedente *non* ita usurpatum est, ut pro *neque* positum videatur, sic a Lucano saepe ponitur, ut I, 478

Agmine non uno densis*que* incedere castris.

II, 355

Festa coronato non pendent limine serta,
Infula*que* in geminos discurrit candida postis.

ubi frustra *infulave* reponi voluit Clercq. Id. II, 440

Gaudet habere vias, quod non terat hoste vacantis
Hesperiae finis, viduos*que* irrumpat in agros.

III, 402

Hunc non ruricolae Panes nemorum*que* potentes
Sylvani Nymphaeque tenent.

Eodem modo positum est ab Horatio Od. II, 5, 20

Dilecta, quantum non Pholoe fugax,
Non Chloris, (albo sic humero nitens,
Ut pura nocturno renidet
Luna mari), Cnidius*que* Gyges.

ubi lectionem merito receptam prava interpunctione corrupit Jahnius. Valer. Flacc. II, 642

Non tamen haec adeo semota neque ardua tellus
Longa*que* jam populis impervia lucis Eoae.

ubi non adeo sudassent interpretes, si hujus usus memores fuissent. Stat. Sylv. II, 6, 38

Non tibi foemineum vultu decus ora*que* supra
Mollis honos.

Male igitur apud eundem Sylv. II, 2, 151

Non tibi sepositas infelix strangulat arca
Divitias, avidi*que* animum dispendia torquent.

novissimus editor Dresdensis *avidive* dedit. Rutil. Itiner. I, 251

Non illic gustu latices vitiantur amaro,
Lympha*que* fumifico sulfure tincta calet.

ubi non defuerunt qui *lymphave* corrigerent. Seneca Med. v. 411

Non rapidus amnis, non procellosum mare
Pontus*que* Coro saevus aut vis ignium.

Id. Thyest. v. 774

Non rectus exit se*que* in excelsum levans.

Agam. v. 598

Non maria asperis insana Coris,
Non acies feras,
Pulverea*mque* nubem.

Quid? quod etiam *et* Latini, ut Graeci *καί*, praecedente negatione ita usurpant, ut negationem repetat, v. Wyttenb. Bibl. crit. III, 4 p. 4. Huschk. ad Tibull. II, 4, 17.

Attamen negari non potest eosdem poetas etiam *ve* post *nec* posuisse, quemadmodum, ut paucis locis defungar in re nota, Tibull. I, 2, 93

Stare *nec* ante fores puduit raraeve puellae
Ancillam medio detinuisse foro.

Id. III, 4, 90

Barbara *nec* Scythiae tellus horrendave Syrtis.

Rutil. Itiner. I, 520

Nec censu inferior conjugiove minor.

Iidem ut haud facile *vel* hoc sensu usurparunt (v. Lachm. ad Propert. IV, 21, 25.), ita saepissime *aut* praegresso *neque* subjecerunt, ut Propert. V, 1, 103

Hoc *neque* arenosum Libyae Jovis explicat antrum,
Aut sibi commissos fibra locuta Deos.

Hor. Od. I, 4, 3

Ac *neque* jam stabulis gaudet pecus *aut* orator igni.

Stat. Sylv. I, 4, 66

Nam *neque* plebejam *aut* dextro sine numine cretam
Servo animam.

Id. Sylv. III, 3, 27

Depromit pharetra telum breve, quod *neque* flexis
Cornibus *aut* solito torquet stridore.

Seneca Agam. v. 593

Nullus hunc terror, *nec* impotens
Procella Fortunae movet,
Aut iniqui flamma tonantis.

Cf. Bentl. ad Hor. Serm. I, 6, 68. Ita et Graeci, ut Nonn. Dionys. XXV, 246

οὐ κέμας, οὐ βοέης ἀγέλης στίχες, οὐ λάσιος σῦς.
οὐδὲ κύων ἢ ταῦρος ἢ αὐτόπρεμνος ὀπώρη.

cf. Jacobs. ad Philostr. I, 28. Similiter *non-aut-nec* se excipiunt Hor. Od. II, 9, 1

Non semper imbres nubibus hispidos
Manant in agros, aut mare Caspium
Vexant inaequales procellae
Usque, nec Armeniis in oris etc.

ubi quod primo versu legitur *hispidos*, in quo argutati sunt interpretes, explicandum est ex eo dicendi genere, quod et ipsum est Latinis cum Graecis commune, ut addatur verbo participium vel adjectivum, quo id, quod eo ipso verbo demum efficitur, substantivo tanquam perpetuum tribuitur, quam *praesumtionem* vocavit Passow. ad Tac. Germ. 31, *prolepsin* Jacobs Anthol. T. XI p. 406. Exempla Graecorum collegerunt Erfurdt. ad Soph. Ant. 783 ed. maj. Schaefer. ad Theocrit. p. 215 ad Gregor. Cor. pag. 533 et ad Soph. Oed. R. 57. Lobeck. ad Soph. Aj. p. 299. Seidler. ad Eur. El. 442. Herm. ad Vig. p. 897. ad Eur. Suppl. 1030. ad Soph. El. 135. ad Soph. Trach. 106, nos ad Aesch. Suppl. 218. Ag. 1220. Pers. 290. Krueger. ad Xenoph. Anab. I, 5, 8. Latinorum Heinrich. ad Virg. Aen. X, 87. Wunderl. ad Tibull. I, 3, 51. Gierig. ad Ovid. Metam. I, 32, 303 Werfer. Actt. Mon.

I, 2 p. 266 utrorumque Heller. ad Soph. Oed. Col. 1194. Eadem prolepsi usus est Horatius Od. II, 5, 12

jam tibi lividos
Distinguet autumnus racemos
Purpureo varios colore.

in quo loco explicando quum multum sudaverint interpretes, dubitari non potest, quin vera sit lectio *varios* a Bentlejo probata, modo ita explicetur, ut sensus sit: *autumnus distinguet racemos, qui inde purpureo colore varii erunt.* Hinc vindicandus est Luc. III, 25

Dum *non securos* liceat mihi rupere somnos,

ubi non majore jure offendit Jeverus, quam I, 170

Longa sub ignotis extendere rura colonis,

i. e. ita extendere, ut longa reddantur; nam quod tertio abhinc versu praecessit *longos*, nihili faciendum est, quum ejusmodi repetitiones frequentissimae sint, de quibus disputatum est et ab aliis et a me iis locis, quos indicavi ad Aesch. Choeph. v. 236 et ad Apollon. Rhod. I, 234. — Sed jam finis faciendus est, ne aut terminos huic scriptioni constitutos excessisse videar, aut Crispini compilasse scrinia lippi*).

Kritische Nachlese zu der Bekkerschen Ausgabe des Tacitus.

Weil der Herausgeber so glücklich gewesen ist, die Lesart der Florentin. Handschriften durch Francesco del Furia und die der Farnesischen Handschrift des Dialogen durch Niebuhr ausgezeichnet zu erhalten, griff ich begierig nach dieser Ausgabe, um zu sehen, ob nicht jene ehrwürdigen Bücher einigen der vielen in den Werken des Tacitus übel zugerichteten Stellen zu Hülfe gekommen wären. Ich fand zwar, dass der Hgbr. den Büchern, auch in Kleinigkeiten und wo sie sich selbst nicht gleich waren, mit diplomatischer Treue gefolgt ist. Ich fand aber keinen erheblichen Fehler durch ihren Beistand gebessert. Lipsius ist beinahe als der letzte Verbesserer Tacitus's zu betrachten. „Diejenigen Schwierigkeiten," sagt der dänische Uebersetzer des Geschichtschreibers, „welche er nicht hat heben können, sind grössten Theils noch nicht gehoben, und werden es vielleicht auch nimmer." In dieser Vermuthung dürfte sich gleichwohl der Uebersetzer irren. Wyttenbach sagt, der Scharfblick sei der Stell-

*) [Quae de novo adiecta sunt huic scriptioni scholasticae, ea debentur ipsi auctori b., qui auctum opusculum atque emendatum ad nos dederat. *R. K.*]

vertreter der Handschriften. Der verdienstvolle Gelehrte, dessen Ausgabe vor mir liegt, wird im Fall, dass er uns einen kritischen Kommentar schenket, die Wahrheit dieser Behauptung durch sein eigenes Beispiel unfehlbar bestätigen. Ich besitze nicht Bekker's Gelehrsamkeit, aber ich habe trotz einem andern den Tacitus gelesen und studirt, bevor ich mich an den Seneka machte. So musste es sein. Denn sie gleichen einander in einer kurzen, witzigen und gedankenreichen Schreibart. Ich habe mir desswegen oft Gedanken, Bilder und Ausdrücke Seneka's aus seinem Geistesverwandten, Tacitus, verdeutlichet. Dadurch, dass ich aber und abermal diesen Schriftsteller gelesen habe, und mit seiner Manier so ziemlich vertraut geworden bin, glaube ich der ursprünglichen Lesart einiger sehr verworrener Stellen auf die Spur gekommen zu sein. Ich will sie angeben, und ihre von mir versuchte Berichtigung der näheren Erwägung sowohl anderer Kenner, als besonders des gelehrten Herausgebers anheim gestellt haben.

Annalium I, 70. nihil strenuus ab ignavo, sapiens a prudenti, consilia a casu differre. Lipsius hat geschrieben: sapiens *ab imprudenti*. Wolf behielt dieses, aber möchte doch lieber ab rudi; und so hat der Hgbr. drucken lassen. Ich lese: sapiens ab *ruenti* i. e. inconsiderato, temerario, welches von Cicero bestätigt wird, der Or. pro Marc. 2, 7 beide Gegensätze verbindet: Nunquam — *temeritas* cum *sapientia* commiscetur, nec ad *consilium casus* admittitur.

IV, 2. ut simul imperia acciperent, numeroque et robore et visu inter se fiducia ipsis, in ceteros metus crederetur. Man hat gerathen dederetur oder dideretur, crearetur, oriretur oder lieber oreretur, cresceret, wie der Hgbr. liest. Ich finde es wahrscheinlicher, dass Tacitus geschrieben hat: acueretur. Virgil. Aen. 12, 850: *acuunt*que *metum* mortalibus aegris.

47. Sabinus, donec exercitus in unum conduceret, datis mitibus responsis, dum Pomponius Labeo e Moesia cum legione, rex Rhoemetalces cum auxiliis popularium, qui fidem non mutaverant, veniret; addita praesenti copia ad hostem pergit compositum jam per angustias saltuum. Es ist vorlängst bemerkt worden, dass eins von beiden, donec exercitus in unum conduceret, und dum Pomponius Labeo cum legione veniret, ganz überflüssig ist, und völlig das nämliche sagt mit einer unzeitigen Geschwätzigkeit, von welcher Gronov glaubte, dass man den Tacitus befreien könnte, wenn man schriebe: *cum* Pomponius — *venissent*. In der J. Gronov verglichenen Handschrift befand sich quam, nicht dum, und venire, nicht veniret; woraus er das vermuthete, was der Hgbr. aufgenommen hat: responsis; postquam P. — venere. Ich bedenke mich nicht zu schreiben: *quam primum* Pomponius Labeo e Moesia cum legione, rex Rhoemetalces cum auxiliis popularium, qui fidem non mutaverant, *venere*. Das Wort primum ist von der ersten Sylbe des Namens verschlungen worden.

V, 4. quandoque Germanicis titium poenitentiae senis. Lipsius muthmasste: dandumque Germanicis interstitium (oder spatium) poenitentiae senis. Ernesti: dandumque *in* Germanicis spatium poenitentiae senis. Andere anders. Der Verf. scheint geschrieben zu haben: quandoque Germanicis justitiam poenitentiae senis, d. i.: Einst würde die Reue des Alten den Germanikern Gerechtigkeit widerfahren lassen. Die erste Sylbe des Worts justitiam ist von der Endsylbe des vorhergehenden Worts herausgestossen worden.

XII, 33. Sed tum astu locorum fraude prior, vi militum superior, transfert bellum in Ordovicas. astu hat nichts hier zu thun. Ernesti muthmasset: Sed *ea tempestate* locorum fraude prior. Die alte Lesart ist: Sed *astu*, *tum* locorum fraude prior. Man schreibe daher: Sed *actutum*, locorum fraude prior etc.

— catervaque majorum pro munimentis constiterant. Lipsius bessert: catervaeque *nationum*; Barth: Moniorum oder Maniorum; Freinsheim: catervaque *armatorum*, welches Ernesti am besten gefällt. Aber es bedarf keiner Aenderung. majorum ist fortiorum, wie es bei Horaz Od. 4, 6, 5: Caeteris *major*, tibi miles impar. Siehe daselbst Mitscherlich.

XIII, 15. ille constanter exorsus est carmen quo evolutum eum sede patria rebusque summis significabatur. Ernesti vermuthet: rebusque *suis*. Aber in der Ofener Handschrift wird gelesen: rebus summis, ohne Verbindungspartikel. Dies macht es mir glaublich, dass rebus summis Tacitus's eigne Worte sind, welche sagen wollen: generatim ac summatim, oder, dass evolutum eum sede patria wäre caput, summa carminis gewesen.

26. quibusdam coalitam libertate irreverentiam eo prorupisse frementibus, vi ne an aequo cum patronis jure agerent, sententiam eorum consultarent, ac verberibus manus ultro intenderent, imputare vel poenam suam dissuadentes. Ich will, ohne mich bei den unnützen Konjekturen der Gelehrten aufzuhalten, mein unmassgebliches Gutachten über die Stelle von mir geben. Es läuft da hinaus, dass gelesen werden müsse: *ut*, vine, an aequo cum patronis jure agerent, sententiam *seorsum* consultarent, ac verberibus manus ultro intenderent, imputare vel poenam suam dissuadentes. imputare i. e. in meritis numerare. Siehe wegen dieser Bemerkung des Worts Boetticher. Lexic. Tacit.

XIV, 14. Vetus illi cura erat curriculo quadrigarum insistere. cura ist Puteolanus's Konjektur. Die Florentinische Handschrift und die erste Ausgabe haben copia. Lies mit Hiller: vetus illi *culpa* erat i. e. morbus. Beispiele dieser Bemerkung gibt Heinsius Adversar. p. 747.

16. carminum quoque studium affectavit, contractis quibus aliqua pangendi facultas nec dum insignis. Aetatis nati considere simul etc. insignis ist nota, celebris. Es muss aber statt aetatis

nati mit Grotius gelesen werden aetatis *noti* i. e. aequales, „Jugendfreunde."

— Etiam sapientiae doctoribus tempus impartiebat post epulas, ut contraria asseuerantium discordia erueretur. In der Florentinischen Handschrift ist: ut*que* contraria asseuerantum discordiae rueret. Lies: ut *quaeque* contraria asseuerantium discordiae eruerentur i. e. protraherentur.

20. an justitiam augurii et decurias equitum egregium judicandi munus expleturos, si fractos sonos et dulcedinem vocum perite audissent? justitia augurii ist Galimatias. Der Verfasser hat geschrieben: an justitiam *auctum iri*, et decurias equitum egregium judicandi munus *expleturas* etc.

60. his quanquam Nero poenitentia flagitii, conjugem revocavit Octaviam. Diese Stelle ist sinnlos. Alle Ausgaben, von Puteolanus her, bieten: His *haud quaquam* Nero. In zwei Handschriften, der Florentinischen und der Ofener wird tanquam, nicht quaquam gelesen. Ich halte mich daher für befugt zu bessern: His *haustis* Nero, tanquam poenitentia flagitii, conjugem revocavit Octaviam. haustis i. e. auditis. Diesen Gebrauch des Worts hat Burmân zu Valer. Flac. I, 262 erläutert.

61. itur et in principis laudes repetitum venerantium. jamque et palatium multitudine et clamoribus complebant. J. Gronov muthmasste: *repetitu* venerantium; Jos. Nerius repetitum *venere Antium*, wornach der deutsche Uebersetzer sich richtet. Von Tacitus's Hand ist gekommen: itur et in principis laudes. repetitum venerantium *io*. jamque et palatium etc. io, ein bekanntes Freudengeschrei, ist von dem folgenden jam verschlungen worden.

XV, 35. quin eum nobiles habere quos ab epistolis et libellis et rationibus appellet. Einen lächerlichen Fehler begingen die Abschreiber, indem sie Bärenhäuter zu Edelleuten machten. Tacitus hat nämlich geschrieben: quin eum *nebulones* habere quos ab epistolis et libellis et rationibus appellet.

51. et omnia scelera principis orditur. neque senatui quid manere. senatui taugt nichts. Ernesti muthmasste salvi. Lies: neque *sancti* quid manere. Cic. pro Quint. 1, 5: nihil est jam *sanctum* atque sincerum in civitate.

Historiarum I, 26. adeoque parata apud malos seditio, — ut postero iduum die redeuntem a coena Othonem rapturi fuerint, ni incerta noctis — timuissent. *die* ist ein sprachwidriger Zusatz. Lies: postero iduum *de* die redeuntem a coena, i. e. primo mane. Man denke sich eine coena antelucana, die Properz 4, 6, 85 also beschreibt: Sic noctem patera, sic ducam carmine, donec injiciat radios in mea vina *dies*.

87. Curam navium Oscus libertus retinebat ad observandam honestiorum fidem invitatus. Die Handschriften bieten: immutatus, imitatus, invitatus. Sie geben zu verstehen, dass man lesen

müsse: ad observandam honestiorum fidem *idem datus* i. e. item, simul constitutus.

II, 94. nec coercebat ejusmodi voces Vitellius: super insitam inerti animo ignaviam conscius sibi instare donativum et deesse pecuniam omnia alia militi largiebatur. Pichena hat in der Florentinischen Handschrift gefunden: super insitam *morte* animo ignaviam. Lies: super insitam *more an* animo ignaviam, i. e. incertum est, consuetudine an natura. Horat. Serm. 1, 3, 36: te ipsum Concute, num qua tibi vitiorum inseverit olim *Natura*, aut etiam *consuetudo* mala. Derselben Ellipsis bedient sich Tacitus Annal. 2, 42: finem vitae, sponte *an* fato, implevit.

III, 47. Anicetus — Trapezuntem vetusta fama civitatem a Graecis — conditam subitus irrupit. fama rührt von Lipsius her. In der Florentinischen Handschrift findet sich: vetusta *mama* civitatem. Lies: vetusta *memoria* i. e. prisco tempore.

IV, 58. nam mihi exitium parari, libens audio: mortemque in tot malis hostium, ut finem miseriarum exspecto. Lies: mortemque in tot malis *hospitium* et finem miseriarum exspecto. hospitium ist receptaculum, perfugium. So hat Plautus Trin. 2, 4, 152 hospitium calamitatis gesagt.

ad tuendos Indicativos *ferunt* et *juvat* haecce scribebat: „Modus indicativus in hac phrasi est oratio affirmantis, subjunctivus optantis tantum vel metuentis: iste igitur cum loci hujus sententia melius congruit" — quae verba repetere non debebat Ruhnkenius ad Terent. Heaut. 4, 3, 41. Neque Subjunctivus h. l. rem incertam, ut alii volunt, sed potius rem cogitatam indicare putandus est, ut Cic. de Offic. 3, 23, 90. *Quid, si una tabula sit, duo naufragi, iique sapientes?* Cf. infra V. 25 sqq. Ep. 1, 19, 11—13; 2, 1, 80 ibi Schmidius, Sat. 2, 3, 159. Locorum enim (Od. 3, 9, 17. Sat. 2, 7, 42. Terent. Heaut. 4, 3, 41.), quos affert Bentlejus, alia est ratio atque hujus loci, quem ita interpreteris: si cogitas corna vepres et pruna ferre — quid tibi dicendum erit vel dices? Ad quod ipso verbo respondetur: *dicas* i. e. te dicere necesse est, non potes non dicere vel te dicere crediderim etc. potentiali quidem modo (ut V. 8. 29 et id genus alia), ad quem facile se accommodat protasis. Erudite de tali re disseruit Etzlerus in Jahnii Annal. Phil. etc. 1829. III. 2 pag. 214 sqq. Ex his ipsis, quae paulo fusius tractavimus, etiam apparet, quam male aliquot Docti distinxerint: quid? si — Etenim ad vocabulum *quid* supplendum est verbum quoddam, quod saepe additur; ut Sat. 1, 3, 94. *Quid faciam, si — negarit?* Lactant. Epit. 56, 5. *Quid, si — quid faciet?* Alios locos hic attulit Schmidius, sedula Musarum apis. Cf. annotata ad Ep. 1, 1, 97. Beier. ad Cic. de Offic. l. l. et in Jahnii Annal. Philol. etc. 1827 I, 3 p. 21. Sed missum faciamus hunc locum, quem in transitu leviter tantum attingere voluimus. Alius restat, qui, quanquam per se planus est, suam habet difficultatem ex regulis Grammatices enatam.

Vs. 65. 66

— nam qui cupiet, metuet quoque, porro
Qui metuens vivet, liber mihi non erit unquam.

Vs. 66 *vivet.* Cdd. Bernenses A. C. E. F. f. G., Parisienses et Ambrosiani plurimi, 7 MSS. ap. Pulm. 6 ap. Bersm. 3 ap. Canter. (Nov. lect. 4, 12.) C. D. ap. Oberl. 9 MSS. ap. Feam 2. 3. 4. ap. Schmid. duo ap. Cort. ad Lucan. 2, 259 msc. Monac. Edd. Cadom. Lamb. Cruq. H. Steph. Minois. Bersm. Chab. — Fea et praeter eos, quos laudat, Dac. Jon. Sandb. Jaeck. Both. Pott. Jahn.

Doering. Schmid. Zell. Hoched. — *vivit.* Br. (Bernensis) D. Ar. F. cod. 4 ap. Jaeck. et 1 ap. Schmid., reliqui aliorum. Edd. vulgo, etiam Bentl. Cuning. Francis. Oberl. Dorigh. Praedic. Campenon. — Quanquam bene se habet Futurum in consecutione, quorum alterum ad alterum refertur pro hoc: *si quis vivet — erit*, ut Sat. 1, 2, 96; 2, 4, 27. Ep. 1, 2, 34; 1, 10, 41. A. P. 33—35. 350 et saepe, tamen Praesens *vivit* etiam habet, quo se tueatur, si sensus sit: „si quis vere ita vivit vel vivere solet, neque nunc, neque olim liber erit." Cum vi enim disjunguntur vv. *non — unquam*, quod verissime observavit Heindorfius ad Sat. 1, 1, 97. Ita Cic. Cat. maj. 11, 10 (ibique Otto p. 99.) *quod qui sequitur, corpore senex esse poterit, animo nunquam*, quo loco tamen Goerenzius ad Cic. de Legg. 1, 14 p. 63 *sequetur* legi jubet. Quod quidem, nisi codex optimus quisque in eo consentiat, necessarium non arbitror, cum etiam ap. Cic. de Off. 1, 41, 146 legatur: *si acres ac diligentes esse volumus — intelligemus*, et quae sunt hujus generis plura. Sic Nep. Epaminond. 4, 3 *nisi — facis — te tradam.* Horatius ipse Od. 1, 1, 35. *Quodsi me inseris — feriam;* 2, 6, 9 *si Parcae prohibent — petam;* 4, 12, 15 *si gestis — merebere;* A. P. 48—51. *Si forte necesse est — Continget dabiturque.* Similia observavimus ad Ep. 1, 2, 34 p. 58. Sed praeter Goerenzium l. l. et in Jahnii Annal. Philol. etc. I, 2 p. 312 de Futuris et in consecutione et in praecipiendo junctis disputantem vide Huschk. ad Tib. 1, 4, 65 p. 131 cll. Bach. ibid., Gernhard. ad Cic. de Off. 3, 5, 23 p. 297. Beier. ibidem 3, 4 p. 214. ad Lael. 21, 80, 14 et conf. Ellendt. ad Cic. Brut. 50 p. 135. Ochsn. ad Cic. Ecl. p. 266 et 485 ed. 2. Plurima Futuri cum Praes. juncti exempla attulit Cortius ad. Plin. Ep. 2, 9, 6 ad Lucan. 1, 317; 2, 259 (ubi hunc, de quo agitur, locum laudat), 8, 371, quorum tamen multa jam emendata sunt, multa alia huc non pertinent. Quae cum ita sint, et ob praecedentia Futura *cupiet*, *metuet* et ob plurimos et optimos codd. in Futuro acquiescendum arbitror.

Od. 3, 23, 17 sqq.

Immunis aram si tetigit manus
Non sumptuosa blandior hostia
Mollivit aversos Penates
Farre pio et saliente mica.

In explicandis verbis: *Immunis manus* haeserunt et adhuc haerent interpretes, quorum sententias recensere neque hujus loci est et longum. Vide Bentl., Dorigh., Vanderb., Bothium ad editionem Feae I p. 53 et Schirachii Clav. Poet. Classic. p. 168. Probatur mihi quidem Scholiastarum interpretatio, qua *manus* dicitur *immunis* a sceleribus, innocens et justa. Eam nuperrime etiam amplexus est Hueppedenus, qui in progr. scholastico (Cellis 1829. 4.) erudite cum in totum carmen tum in hos versus commentatus est,

nullum tamen aliud argumentum huic formulae afferens, quam hoc: licuisse tale quid poetae lyrico. Sed, ne verba commentatoris in malam partem traxisse videamur, totum huc transscribamus locum. — „Liceat igitur," ait vir doctus, „ad interpretationem, ut vetustissimam, ita hodie quoque plurimis probatam, reverti, ut immunis sit dictum pro *sceleris experte.* Concedendum quidem Bentlejo, hanc vim aliis locis probari non posse: mihi certe non magis quam ceteris interpretibus contigit, ut simile quid invenirem. Sed illud non audacius factum videbitur reputanti, lyricum esse poetam, et eum, qui cum alia permulta in usu sermonis novavit, tum *inaudita cinctutis Cethegis* nonnunquam finxit, id quod ipse licere docuerat Pisones (Ep. 2, 3, 50.). Exemplo inserviat *emirabitur* (Carm. 1, 5, 8.), pro quo contra codices *ut mirabitur* legere maluit idem Bentlejus, quod tamen ipse recipere non est ausus; et *indecorant* (4, 4, 36.), quod idem praeferendum censuit vulgato *dedecorant,* addens ipse: „*licet alibi nusquam ea vox inveniatur.*" Omnino audiendus ipse Horatius, praecipiens: „*Dixeris egregie, notum si callida verbum reddiderit junctura novum* (Ep. 2, 3, 47; cf. Vs. 54—72.). Ita hoc loco, et si insolentius, tamen non nimis audacter puram castamque manum vocavit *immunem* etc." Sic quidem ille. Sed aliam hujus loci expediendi ineamus rationem ab usu Horatiano non longius petitam. Solet Horatius universam vocabuli cujusdam notionem ita amplecti, ut, quod eam magis definiat et compleat, id ex toto cogitatorum ordine et serie extrinsecus petendum sit atque intelligendum. Sic Sat. 1, 4, 126. *Avidos* vocat cibi impatientiores; aliud est *avidum mare* Od. 1, 28, 18; sic Sat. 2, 2, 43 (ibique Doering.) *plenus* nominatur qui est plenus ciborum, satur, et Ep. 2, 1, 100 *plena puella,* quatenus ludo exsatiata res amatas reliquit. Cum his locis compara Ep. 2, 2, 154, ubi ad adjectivum *plenior* intelligi debet notio divitiarum vel rei familiaris. Hinc facile apparebit, quo sensu intelligendus sit *plenus amator* Ep. 1, 20, 8 et *plenum corpus* Ep. 1, 7, 31 ad quos locos consulendus est Schmidius. Similis fere est ratio vocabuli *vacuus* Od. 1, 5, 10; 3, 25, 13. Sat. 2, 1, 37; 3, 10 aliisque locis. Cf. Bach. ad Tib. 1, 4, 48 p. 48. Vides ergo, quam firmiter tenuerit Poeta his locis universam vocabuli notionem; quam si ad adjectivum *immunis* revocaveris, sua sponte tibi enascetur indefinita notio, *liberum esse a re quadam.* Jam colligamus hujus significationis aliquot exempla. Ovid. Met. 3, 11. (*Bos*) *Nullum passa jugum, curvique immunis aratri;* ibid. 4, 5. *Immunes operum dominas;* ibid. 8, 691 *vobis immunibus hujus Esse mali dabitur.* Id. Am. 2, 14, 1 *immunes belli puellae;* Ep. 14, 8 *immunes caedis habere manus.* Stat. Theb. 5, 123 *immunis scelerum.* Notionem *caedis* et *scelerum,* quam Ovidius Statiusque his locis ipso expresserunt verbo, Horatius cogitatione tantum ex suo more formulae *immunis manus* subjecit, ita ut *immunis manus* intelligenda sit *manus pura,* de

qua docte disputat Eichstadius ad Davidis Ruhnkenii in Antiq. Rom. Lectt. Acadd. XIV p. 6 not. 4 cf. Matth. Brouerius de Vett. ac Recent. Adorat. c. 12 p. 979 in Poleni Thesaur. II. Huic interpretationi nullo modo obstant illi loci Od. 4, 12, 23. Ep. 1, 14, 33, in quibus Poeta adjectivum *immunis* transitivo quasi sensu usurpavit. Sed ne quis hunc in solo Horatio miretur liberiorem dicendi usum, is evolvat Tacitum, quo ex scriptoribus Romanis neminem magis hanc loquendi consuetudinem servasse novimus. Aliquot talium rerum exempla congessit Pabstius in Eclog. Tacitin. p. 305, quem vide. Ceterum ne ἀσυμβόλως ab hoc Horatiano loco discedamus, addere lubet Porphyrii ad Marcellam verba quaedam pietatis plenissima (c. 12 Orelli Opusc. graec. I p. 300.): *Οὔτε δάκρυα καὶ ἱκετεῖαι θεὸν ἐπιστρέφουσι, οὔτε θυηπόλια θεὸν τιμῶσιν, οὔτε ἀναθημάτων πλῆθος κοσμοῦσι θεὸν, ἀλλὰ τὸ ἔνθεον φρόνημα καλῶς ἡδρασμένον συνάπτεται θεῷ.* —

Obbarius.

Ueber die Lautverhältnisse,

mit besonderer Rücksicht auf die schwäbische Mundart.


Die schärfer begrenzten Sprachlaute, zwischen welche sich die übrigen in verschiedenen Abstufungen einreihen lassen, treten in eine natürliche Ordnung, wenn man die bei den Consonanten gewöhnliche Eintheilung auf die Vocale ausdehnt.

Die *Vocale* unterscheiden sich nach drei Richtungen. Während bei dem a der Hauch aus der Kehle gerade ausgeht, zieht er sich bei dem e durch den untern Theil der Mundhöhle aufwärts, bei dem o durch den obern Theil niederwärts. Je zwischen zweien dieser 3 Vocale a, e, o steht einer der 3 Mittellaute ä, ö, o. Das e und ä unserer heutigen Schriftsprache wird im Neuhochdeutschen in den meisten Fällen durch einen zwischen dem reinen e und dem vollen ä schwebenden Laut ausgedrückt. Im schwäbischen Dialekt hat sich der Unterschied zwischen der Aussprache e und ä erhalten, der im Alt- und Mittelhochdeutschen stattfand, wo Grimm das dem ä gleich ausgesprochene e durch ë bezeichnet. Es gibt da kein Mittleres zwischen dem e, wie es in herbschd, bessr, schdeldd (ponit), schdeggd (figit), heebd (tollit), und dem ä, wie es in härb (acerbus), mässr (culter), fälld (campus), schdäggd (fixus est), pääb (bene aptus) lautet. Auch wo ä geschrieben wird, sprechen die Schwaben oft e: feldd (cadit), reedr (rotae); wie-

wohl es in Formen desselben Stammes wiederum als ä lautet: fäll (casus, plur.), räädle (rotula). Das o̊a, das sich im Neuhochdeutschen nicht findet, wird in Schwaben für die meisten gedehnten a gesetzt: o̊o̊jaar, schlo̊o̊aff; es unterscheiden sich dadurch manche Wörter von ähnlich lautenden, die das a behalten; o̊o̊waag (libra), o̊o̊waagd (audet), waag (currus); o̊o̊maaldd (pingit), maaldd (molit); o̊o̊raadd (consilium), raad (rota). Für e und o̊a gesprochen in o̊o̊gaadd, schdo̊o̊aadd, dem alten gât, stât entsprechend. Bisweilen lautet das kurze o als o̊a: o̊wa, o̊wardd (verbum), o̊harn (cornu); im Ulmischen auch das lange o: o̊o̊daar (porta). Ausserdem steht o̊a in einigen Wörtern für den Diphthong ao: o̊o̊blaa (caeruleus), o̊o̊graa (canus). Das ö, dessen Laut im Schwäbischen fehlt, wird dem e gleichgestellt.

Von den Lauten e und o unterscheiden sich die helleren i und u dadurch, dass sie durch eine engere Oeffnung des Mundes hervorgebracht werden. Es fragt sich nun, ob es nicht auch einen Laut gibt, der sich zu a verhält, wie i zu e, und wie u zu o. Wenn die Mundhöhle, während die Sprachorgane die Lage haben, um den Vocal a hervorzubringen, verengert wird, so kann ein kurzer Laut herausgestossen werden, der sich einem Nasenlaut nähert. Es ist diess der Ton, der auch in der sächsischen Aussprache, und wohl in allen deutschen Dialekten, für das e eintritt in den Endungen et, es, em: waltet, gutes, gutem; auch in der Endung er: guter, wenn nicht, wie es bei el geschieht (übl), der Vocal ganz wegfällt. Offenbar ist in diesen Endungen der Vocal weder ein reines e, noch ein ä, noch ein Mittellaut zwischen beiden. Als Zeichen für diesen eigenthümlichen Laut mag, nach Rapp's Vorschlag (Morgenblatt 1830 Nr. 148.), das umgekehrte e gelten. Im Schwäbischen vertritt der Laut ə durchaus die Stelle der Endung en, wozu bei den Pluralformen des Verbums noch ein d kommt, und zwar nicht blos, wie im Gothischen, Alt- und Mittelhochdeutschen, bei der dritten Person, sondern auch bei der ersten, so dass, wie im Altsächsischen und Angelsächsischen, die drei Personen im Plural gleich lauten: mər wissəd, ər wissəd, se wissəd. Doch hat in einigen Gegenden die 1 plur. ein e ohne d: mər wisse. Ferner wird das ə für den unbestimmten Artikel gebraucht. ə wald, ə schdadd; und bei den pron. pers., wenn sie nicht betont sind: mər (mihi, nos), əs (nobis, nos), də (tu), dər (tibi), ər (vos), əm (ei), ə (eum); übrigens geht da oft der Vocal ganz verloren, wie in der, er, es gewöhnlich, und für eum wird dann blos ein n gesetzt. Zwischen ə und i, ə und u lässt sich kein bestimmter Mittellaut angeben; das Schwäbische entbehrt auch den Laut zwischen i und u, das ü.

Wenn bei der Bildung der 3 Vocale a, e, o nicht nur die Mundhöhle verengert, sondern zugleich der Hauch hauptsächlich durch die Nase getrieben wird, so entstehen drei anders modificirte Laute. Diese Nasenvocale will ich durch ã, ẽ, õ bezeichnen, wo aber der Circumflex keine Dehnung anzeigt. Sie lauten wie im Französischen an, en (in rien), on. Auch im Neuhochdeutschen kommen diese Laute vor; wenn a, e, o, ei, au vor m oder n stehen, so werden die Vocale nicht rein ausgesprochen, wenn sie auch nicht so völlig, wie im Schwäbischen, zu Nasenlauten werden. Das i und u, das die sächsische Aussprache meistens unverändert lässt, lautet im Schw. vor m oder n, ebenso wie e und o, als ẽ und õ; auch ä, ö, ü werden, wenn m oder n folgt, zu ẽ: lẽmmr (agni), sẽẽ (filii), schdrẽmbf (tibialia). Bisweilen steht õ und ẽ für au und äu: bõõm, bẽẽm (arbor, arbores). Scharf begrenzte Mittellaute zwischen ã, ẽ, õ gibt es nicht. Dem ə ist das ã näher verwandt als dem i und u das ẽ und õ. Das Verhältniss der sämmtlichen Vocale, die einen fester bestimmten Ton haben, lässt sich durch dieses Schema darstellen.



Ein *Diphthong* entsteht, wenn zwei derselben Reihe angehörige Vocale sich verbinden. Man kann daher je 3 einander parallele Diphthongen zusammenordnen, von welchen jeder einer andern der 3 Vocalreihen zugehört. In den Richtungen AE, AO, EA, OA, OE lassen sich wirklich je 3 Doppellaute unterscheiden. Nur in der Richtung EO vereinigen sich die Laute nicht so leicht.

1) AE. Von den 3 parallelen Diphthongen ae (von dem einfachen Vocal ä zu unterscheiden), əi, ãẽ fehlt der zweite in der nhd. Aussprache, und in dem ersten nähert sich das e dem i, daher er gewöhnlich durch ai bezeichnet wird. Grimm schreibt den ersten ái, den zweiten aí. Die schwäbische Volkssprache setzt das ae, wo das gothische ái steht und zugleich das ahd. eo oder ê; die der Schrift nähere Sprache der Gebildetern in Schwaben behält in diesem Fall das reine lange e bei; so entspricht das breitschwäbische schnae (nix), mae (plus) dem gothischen snáivs, máis, das halbschwäbische schnee, mee dem ahd. snêo, mêr.

Wo aber für das goth. ái das ahd. ei steht, da hat die halbschw. Aussprache ae, und die breitere ae̊: dael, dael̊ (pars), haessə, haessə̊ (vocare). Das əi wird im Schw. gesprochen, wo sich das goth. ei und das ahd. lange i findet: nəid, rəich; das ãẽ in demselben Fall, wenn ein m oder n folgt: wãẽ (vinum), mãẽ (meus), und ausserdem an der Stelle des goth. und ahd. iun: naẽ (novem), frãẽdd (amicus).

2) AO. Mit den zwei ersten Diphthongen dieser Richtung, ao und əu (áu und aú bei Grimm) verhält es sich wie mit ae und əi. In der nhd. Aussprache kommt nur der erste vor, aber so, dass sich mit dem a ein zwischen o und u schwebender Laut verbindet. Das schw. ao kommt mit dem goth. áu überein, nicht nur wo das ahd. u. nhd. au steht: aog, laoffə, sondern in der Volkssprache auch da, wo dafür das ahd. und nhd. lange o eintritt: naodd (necessitas), haoch (altus). Als əu wird das nhd. au ausgesprochen, wo dafür im Goth. und Ahd. das lange u steht: həus, brəuchə; auch wo dem ahd. langen u im Goth. wie im Nhd. ein au entspricht: bəuə, drəuə (goth. bauan, trauan, ahd. pûan, trûwen). Hat aber das Ahd. und Nhd. ein u für das goth. au, so steht auch im Schw. ein u: burg, fuggs. Vor m und n lautet das au als ãõ: kãõm, zãõ; wenn es nicht, dem alten û entsprechend, in õ übergeht. Umgekehrt aber tritt oft in der breitern Sprache das ãõ für õ ein: lãõ (merces, goth. laun). Auch steht es für ã: schdãõ lãõ (stehen lassen), i hãõs dãõ (ich habe es gethan).

3) EA. Die Diphthongen ea, iə, ẽã hat das Nhd. nicht. In der schwäbischen Volkssprache geht das dem ä gleichlautende e, wenn es lang ist, in ea über, es mag im Goth. ein i oder ai stehen: weag, reachd (goth. wigs, raihts). Dieser Diphthong lautet auch so, dass er durch äə bezeichnet werden könnte. Das schw. iə vertritt die Stelle des goth. iu, wenn diesem im Ahd. die miteinander wechselnden Zeichen eo, io, ia, ie entsprechen: liəbə, ziəgə (trahere); auch wo im Nhd. für das ie ein i oder ü geschrieben wird: liəchd (lux), liəgd (mentitur); wiewohl das letztere auch luigd gesprochen wird. Zu einem ẽã wird das iə vor m und n: rẽãm (lorum), dẽãnə (servire). Auch das lange ẽ geht oft in ẽã über: dẽãne (iis), nẽãm (sumeret), rẽãme (gloriari).

4) OA. Im Nhd. fehlen die Laute oa, uə, õã. Der erste ist auch im Schw. selten. Er steht für das lange o: boarə, foar, wenn es nicht bleibt oder in ao übergeht. In einigen Gegenden wird das oa statt des ae̊ gesprochen. Statt oa könnte auch das Zeichen aə̊ gebraucht werden. Das schw. uə ist das ahd. uo oder ua, dem das goth. lange o und das nhd. lange u entspricht: schduəl, fuəss. Für das uə tritt das õã ein, wenn m oder n

folgt: rõãm (gloria), dõã (facere). Auch vertritt, wo man oa für ae spricht, das õã die Stelle des õẽ.

5) OE. Von den drei Diphthongen oe, ui, õẽ entbehrt den ersten oe (verschieden von ö) auch das Schwäbische. Im Nhd. kommt ein ähnlicher Laut, oi geschrieben, nur in Eigennamen vor. Das ui, in der Schriftsprache höchst selten (pfui), wird im Schw. statt des ahd. iu und nhd. eu gesprochen: fuiər (ignis), nui (novus). In manchen Wörtern aber lautet das eu, wie im Halbschwäbischen durchgängig, als əi: ləidd (homines), həilə (ejulare). Hingegen steht das ui auch dann, wenn im Nhd. für das iu (oder io) ein ie eingetreten ist: gnui (genu), dui, sui (haec, ea, Fem. Sing.). Der Plural lautet diə, siə, auch im Neutrum, wo er im Ahd., dem Fem. sing. gleich, diu, siu heisst. Bei der Zahl drei ist im Schw. die dem ahd. Neutrum driu entsprechende Form drui, wie im Nhd. die aus dem ahd. Masc. drî entstandene, für alle Genera geblieben. Das schw. õẽ wird vor m und n für das ahd. und nhd. ei gesprochen, wenn im Gothischen ai geschrieben ist: dəhõẽm (domi), schdõẽ (lapis).

6) EO. Im Schw. fehlen wie im Nhd. die Laute eo, iu, ẽõ, die schwer als Diphthongen auszusprechen sind und keinen scharf bestimmten Ton geben. Das ahd. eo lautete wohl nicht viel verschieden von iə, in das es, wie man aus der Schreibart io, ia, ie schliessen kann, allmählig überging, bis es sich im Nhd. in ein reines langes i oder wenigstens in ein i mit einem kaum hörbaren Nachklang auflöste. Das ahd. iu, dem im Goth. dasselbe Zeichen iu wie dem vorigen Laut entspricht, wird ungefähr ebenso gelautet haben wie in der sächsischen Aussprache das aus demselben entstandene nhd. eu, nämlich so, dass es zwischen den Richtungen AE und AO lag und durch əü oder aö bezeichnet werden kann.

Unter den *Consonanten* sind j und w diejenigen, die am deutlichsten mit Vocalen verwandt sind. Nun ist h ein Laut derselben Art, und das Verhältniss des h zum Vocal ə lässt sich vergleichen mit dem Verhältniss des j zum i und des w zum u. Es schliesst sich also an die Vocalreihe ə, i, u die Ordnung der wehenden Buchstaben h, j, w an. Sie kommen im Nhd. (da h in der Mitte und am Ende blosses Dehnungszeichen ist) nur im Anlaut vor. Im Schw. steht auch nicht, wie im Nhd., ausnahmsweise das w in der Mitte, sondern statt Löwe, ewig, wird lee (oder leeb), eebich gesprochen.

Den Spiranten stehen am nächsten die aspiratae th, ch, f. Bei jenen wird dem Hauch sein Weg durch den Mund auf einmal ganz geöffnet, bei diesen zieht er sich durch den halb verschlossenen Weg hin. Das englische th wird im Schw. so wenig als im Nhd. gehört. Das ch wird, wenn es auf a, o, u folgt, weiter hinten im Munde hervorgebracht und lautet anders, als wenn e, i

oder eine Liquida vorangeht. Noch weiter hinten wird das schweizerische ch gebildet. Ein solches war wohl das ahd. h da, wo es im Nhd. entweder weggefallen oder zu einem ch geworden ist. Im Schw. findet sich dafür das ch bisweilen auch wo im Nhd. das Zeichen h geblieben und der Laut verschwunden ist: naach (propinquus), haechr (altior), fiich (pecus). Hingegen wird in den Wörtern noch, auch das ch weggelassen: noo, ao, während es bleibt in doch. Das ahd. ph wird sich wohl, wo es nicht den Doppellaut pf bezeichnet, von dem f in der Aussprache so wenig unterschieden haben als gegenwärtig das v von dem f. Der Unterschied zwischen th, ch, ph und der zweiten Reihe von Aspiraten dh, gh, bh lässt sich durch unsere darin ungeübte Sprachorgane nicht leicht darstellen.

Die mediae d, g, b folgen in der Ordnung auf die Aspiraten. Sie entstehen, wenn sich der Hauch den ganz verschlossenen Weg durch den Druck öffnet. Das g, das die sächsische Aussprache in der Mitte und am Ende zu einem ch macht, behält im Schw. seinen Laut, ausgenommen die Endung ig: fuirich (igneus), bluəddich (sanguineus), und die Namen der Wochentage: sõnddich, mẽẽddich, dãẽschdich, obgleich in dem einfachen daag (dies) das g bleibt.


Die nächste Reihe würden die tenues t, k, p bilden, wenn sie einfache Laute wären. Allein sie sind nichts anderes als Verbindungen einer media mit dem h, nämlich nicht solche Buchstaben, in welchen, wie in den Aspiraten, die media mit dem h in *einen* Laut zusammenfliesst, sondern die aus einer media und einem darauf *folgenden* h bestehen, ebenso wie z, x, ψ aus einer media und einem nachfolgenden s zusammengesetzt sind. Wenn man in den Wörtern: die Hand, gehalten, Behausung den Vocal der ersten Sylbe wegwirft, so lautet in d'hand, g'halten, b'hausung das d, g, b mit dem h zusammen völlig so wie das t, k, p in Tand, kalten, Pause. Die tenues werden ebendarum, weil sie das h in sich schliessen, mit ihrem eigenthümlichen Laut nur da ausgesprochen, wenn ein Vocal nachfolgt, und zwar gewöhnlich nur im Anlaut. Folgt ein Consonant, so unterscheidet sich die tenuis in der Aussprache durchaus nicht von der media: Trost, drohst; Knabe, Gnade; Kleid, gleiten; Kraut, graut; Platz, Blatt; Pracht, brachte. In der Mitte und am Ende dienen die tenues oft, besonders nach einem langen Vocal oder einer liquida, statt der verdoppelten mediae: Hut, baten, kommt, kalt, Art, Wolke, Werk, Alpen, Körper; was ausgesprochen wird: huudd, baaddn, kõmdd, kaldd, aardd, wolgge, wärgg, albbn, körbbr. Wenn die tenuis selbst verdoppelt wird, so steht sie der doppelten media gleich: das tt, pp in bitter, schleppen lautet nicht anders als das dd, bb in Widder, Ebbe. Im Schwäbischen wird das k, wenn es in der sächsischen Aussprache als ein

wirkliches k lautet, meistens ebenso, das t und p aber beinahe immer als d und b ausgesprochen.

Wenn die Organe in der Lage sind, in welcher eine media hervorgebracht wird, aber der Weg durch den Mund verschlossen bleibt und der Hauch nur durch die Nase ausgeht, so entsteht ein Nasenconsonant. Wie zum b das m und zum d das n, so verhält sich zum g ein dritter Laut derselben Art, für welchen ein eigenes Zeichen fehlt. Es könnte g̃ dafür gesetzt werden. Durch g wird dieser Laut im Griechischen ausgedrückt, wo er nur vor einem andern Gaumenlaut vorkommt, im Lateinischen, wenn ein n folgt, und im Gothischen, wo dass gg ein verdoppeltes g̃ anzeigt; durch n im Latein. vor g, c, x und im Deutschen vor k. Das deutsche ng bedeutet ein doppeltes g̃. Die Vocale a, e, o, und im Schw. auch i und u, verwandeln sich vor g̃ wie vor m und n in Nasenlaute: lẽg̃gr (longior), sẽg̃gə (canere), fõg̃gg (scintilla), dãg̃ggə (gratias agere).

An die Nasenconsonanten n, g̃, m schliessen sich die Nasenvocale ã, ẽ, õ an, so dass damit die Reihe der Laute in sich selbst zurückkehrt. Wir hätten demnach je 7 Laute aus den 3 Classen: linguales a, ə, h, th, d, n, ã; gutturales e, i, j, ch, g, g̃, ẽ; labiales o, u, w, f, b, m, õ. Nun stehen aber diesen Reihen noch einzelne Laute zur Seite. Dem n ist das l verwandt. Der Weg, der bei dem n ganz verschlossen ist, bleibt bei dem l nur in der Mitte gesperrt, so dass sich der Hauch auf der Seite durchzieht. Umgekehrt sind bei dem r die Seitenwege verschlossen und der Hauch geht in der Mitte durch und wird am Gaumen gebrochen. Bei dem s endlich, das dem h und d, und besonders dem th sich nähert, strömt der Hauch ungebrochen durch eine schmale Oeffnung aus. In den deutschen Endungen wird vor l immer, vor r und n meistens (wenn es nicht vor r als ə, vor n als ein kurzes ẽ lautet), das e in der Aussprache weggelassen, ohne dass jedoch das l, r oder n zur vorhergehenden Sylbe gezogen wird: naagl, oodr, farbn, wãndln, wãndrd, graabns werden ebenso zweisylbig gesprochen wie fischschər, willẽns. Im Schw. wird auch vor dem s das e beinahe durchgängig weggeworfen. Dem l, r, s, die dem Stamm A angehören und mit h, th, d, n wieder eine in sich zurückkehrende Reihe bilden, entsprechen in dem Stamm E drei verwandte Laute, die sich ebenso an j, ch, g, g̃ anreihen. Der dem l gegenüberstehende Laut ist das französische l mouillé. Den dem r ähnlichen lassen statt des wahren r diejenigen hören, die dieses nicht aussprechen können oder die, wie man es im Schw. nennt, reissen. Der mit dem s zu vergleichende Laut ist das sch, das dem j, ch und g ebenso nahe steht, als das s dem h, th und d. In dem Stamm O gibt es keine dem l, r, s parallele Laute, die einen sichern Ton geben, ausser etwa einen dem s entsprechenden. Ob wohl diess der Laut des Digamma war, da es oft dem lat. s gleich steht und im Plural des pron. refl. in σφ überging?

Nach den drei Classen A, E, O können nun die Laute so zusammengeordnet werden.



Dass durch dieses Schema das wahre Verhältniss der Buchstaben sehr unvollkommen bezeichnet wird, gebe ich ebenso gerne zu, als dass es bei einzelnen derselben zweifelhaft ist, welche Stelle ihnen gebührt. Nur zur genauern Unterscheidung verwandter Laute wünschte ich durch diesen Versuch etwas beizutragen, namentlich durch die Hinweisung auf einen Dialekt, der schärfer ausgeprägte Laute enthält. *Jul. Fr. Wurm.*

Ueber die Stelle Livius XXI, 52
Varia inde pugna — victoriae fuit.

Auffallend ist, dass die neue Recension des Livius von Imm. Bekker die von Aldus aufgenommene Correctur des *quaecunque* nicht wieder verlassen hat. Schon die Construction des *quamquam* mit dem Conjunctiv hätte Zweifel erregen sollen. Die in der Puteanischen Handschr. befolgte Abtheilung: *sequentesque cumque* ist die richtige. Aus ihr ist durch Herüberziehung des *que* zu *cumque quaecumque* und aus diesem *quacumque* und *quocunque* als Verbesserungsversuche entstanden. Zu *cumque* passt *aequassent.* Die Lücke, welche zwischen *Varia inde pugna* und *sequentesque* (*sequente* ist unbegründete Conjectur) auszufüllen bleibt, ergänze ich durch *inter cedentes.* — Im Folgenden hat Bekker die gewöhnliche nur auf die härteste Weise zu erklärende Lesart: *major tamen hostium Romanis fama victoriae fuit* beibehalten. Mir scheint es unzweifelhaft, dass *major tamen hostium „caede“* zu lesen ist. Gegen Burmann's Conjektur *caedes* hat Stroth mit Recht erinnert, dass aus dem Anfang des folg. Cap. *Ceterum nemini omnium major justiorque quam Consuli videri* erhelle, dass Livius auch das erstere Mal *major* auf *fama victoriae* bezog. Auch würde durch Burmann's Conjektur auch eine *caedes Romanorum* behauptet seyn, was zu der Erzählung des Livius nicht stimmt. Walch's Vermu-

thung „*fuga*" ist unstatthaft, da die ganze Darstellung des *Livius*, was das Vordringen und Zurückweichen betrifft, den Kampf offenbar als wechselnd und zuletzt gleich schildert. Aus der Erzählung des Polybius III, 69 *könnte* zwar vermuthet werden, dass die Römer desshalb den Sieg sich zuschrieben, weil die Punier, zum zweiten Male zurückgetrieben, von Hannibal im Lager zurückgehalten wurden; aber Livius ist doch wohl zunächst in Uebereinstimmung mit sich selbst zu erklären, und seine Worte: *cumque ad extremum aequassent certamen* sind mit des Polybius Bericht und Walch's Conjektur im deutlichen Widerspruch. Nach Livius war vielmehr der Kampf zuletzt ausgeglichen, nur der durch den unvermutheten Ueberfall den Carthaginiensern beigebrachte Verlust konnte von den Römern als ein von ihnen errungener Vortheil betrachtet werden. — Die ganze Stelle wäre also zu lesen:

Varia inde pugna inter cedentes sequentesque; cumque ad extremum aequassent certamen, major tamen hostium caede Romanis fama victoriae fuit. *W. Bäumlein.*

Aus einem Miscellaneen-Codex auf Papier Sec. XV der K. Privat-Bibliothek zu Stuttgard, mitgetheilt vom Hrn. Dr. Moser an die K. Bibliothek zu Bamberg.[1])

---

[2])NEc veneris nec tu vini capiaris amore
Uno namque modo vina venusque nocent
Ut venus eneruat vires sic copia vini
Et tentat gressus debilitatque pedes
Multos cecus amor cogit secreta fateri
Archanum demens detegit ebrietas.
Bellum sepe petit ferus exiciale cupido
Sepe manus ytidem bachus ad arma vocat
Perdidit horrendo troyam venus inproba bello
Et laphitas bello perdis iache graui
Denique cum mentes hominum furiarit uterque
Et pudor et probitas et methus omnis abest
Compedibus venerem vinclis constringe lienem
Nec te mulieribus[3]) ledat uterque suis
Vina sitim sedant natis venus alme[4]) creandis
Sed fines horum transiluisse nocet.

---

1) Carmen omnium poetarum optimi virgily de venere et vino.
2) Das N, das nachher gemalt werden sollte, fehlt.
3) Wahrscheinlich ist zu lesen *vulneribus*.
4) Schreibfehler statt *alma*.

Der Jüngling und der Wanderer.

Wanderer.

Wohin, o Jüngling, mit flammendem Blick?
Wohin mit beflügeltem Schritte?
Sei mir Gefährte nach Wanderer-Sitte,
Du Rascher! Ich kehre zur friedlichen Hütte,
Zum Heerde der Väter zurück!

Jüngling.

Ich geh' allein eine rauhe Bahn!
Sie führt über Klippen und Felsen hinan;
Durch öde Geklüfte, durch Sumpf und Moor
Steig' ich zu sonnigen Gipfeln empor!
Ich will nicht rasten; es muss mir glücken,
Der Wallfahrt fernes Ziel zu erblicken!

Wanderer.

Was treibt dich so kühn die ferne Bahn?
Was führt dich auf Glippen und Felsen hinan?
Schlug nicht daheim die Nachtigall laut?
Schlang nie sich dein Arm um die liebende Braut?
Die Freuden, die in der Heimath wohnen,
Die suchst du vergebens in fernen Zonen.

Jüngling.

Unsterblichkeit ist ein grosses Wort!
Es rief mich von Freund und Vater fort!
Es riss mich aus den Armen der Braut!
Wohl seufzte sie schwer, wohl weinte sie laut!
Doch lass mich, doch lass mich! ich muss von hinnen,
Eh' mir die Stunden, die schnellen, verrinnen!

Juvenis et Viator.

Viator.

Quo via te, juvenis, flagranti lumine ducit?
Quo tandem volucri passu vestigia flectis?
More viatorum comes i mihi, prompte! Relicta
Tecta casae placidae repeto patriosque penates.

Juvenis.

Est via difficilis, nullo comitante, salebris,
Quae me per scopulos et rupes ducit in altum;
Scando per fauces vastas, per stagna, paludes
Culmen ad apricum. Segnis non ante quiescam,
Quam dabitur longi metam contingere cursus.

Viator.

Quid te cogit iter tam longum currere? Quid te
Fortem per scopulos et rupes ducit in altum?
Nonne domi claram cecinit philomela querelam?
Nonne tuis sponsam tenuisti amplexibus unquam?
Candida, quae praebent patriae natalia rura,
Gaudia; nequidquam peregrinis quaeris in oris.

Juvenis.

Est aliquid, factis aeternam quaerere famam!
Haec patris amplexum rapuit dextramque sodalis,
Et mea subtraxit flenti vae! brachia sponsae
Atque graves gemitus imo de corde petenti.
At me mitte, precor! sine coeptum pergere cursum
Nam fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Wanderer.

Verblendeter! Ruh' ist ein süsses Wort!
Die suchst du vergebens am Ziele dort!
Vernimm! Wen des Genius Adler-Flug
Empor zu den Sternen des Himmels trug,
Der mag wohl viel überschauen und wissen;
Aber die Ruh' ist ihm ewig entrissen!

Jüngling.

Lass ruhn, wem ein Gott zu ruhen vergönnt!
Mich treibt ein Feuer, das ewig brennt!
Mich foltert und quält ein Durst, den stillt
Kein Wasser, das aus der Erde quillt!
Nur dort allein an erhabener Stelle
Da sprudelt, da rieselt die himmlische Quelle!

Wanderer.

Verwegner! Es lauscht bei der Götter Sitz
Im Nebel verborgen der tödtende Blitz!
Es trinkt der Adler den Sonnen-Strahl,
Und sinkt mit gelähmtem Fittig in's Thal!
Da Phaëton Lüfte des Himmels umwehen,
Da stürzt er herab aus unendlichen Höhen!

Jüngling.

Lass sinken und stürzen, wer Muth verlor!
Ich klimme durch Tod und Gefahren empor!
Und kann ich's nicht enden, und muss ich hinab:
So schmücke der Lorbeer mein rühmliches Grab!
Wer unterging im grossen Bestreben,
Verdient in dem Herzen der Nachwelt zu leben!

August Mahlmann.

Viator.

O demens! requies homini dulcissima res est.
Hanc, metam tangens, vano conamine quaeris.
Audi! Quem ingenii virtus atque impetus audax
Sublimem coeli radiantia vexit ad astra,
Hic, puto, luminibus lustrabit multa scietque;
At dulci requie privabitur omne per aevum.

Juvenis.

Otia pigra terat, cui dat requiescere numen!
Me tamen incendit, qui non exstinguitur, ignis;
Me vexat cruciatque sitis, quam nulla levabit,
Quae terrae manat gelidis ex fontibus, unda.
Non nisi, quas cernis, celsis e sedibus illis
Emicat, inque illis coelestis murmurat unda.

Viator.

Audax! Coelicolum celsa pro sede minatur
Letiferum fulmen, nebulis quod conditur atris.
Solis ut ardentes radios Jovis armiger hausit,
Debilis in vallem lassatis decidit alis.
Decidit ambustus, superas cum carperet auras,
Pulsus ab excelso Phaëton temerarius axe.

Juvenis.

Decidat atque ruat, qui spem de pectore misit!
Enitor per mortem et dira pericula sursum.
Pergere si nequeo, si me fata invida perdunt,
Laurea serta meum decorent insigne sepulcrum!
Fortibus ex ausis Stygias qui cessit ad undas,
Dignus is est, memori quem servent corde nepotes.

Reinhardt in Frankfurt a. d. O.

Probe einer metrischen Uebersetzung der Liebesgesänge des Ovid.

Des Dichters Beruf.

(Amor. I, 1.)

Waffen in ernsteren Melodie'n und gewaltige Kriege
Wollt' ich singen, und ganz stimmte den Weisen der Stoff;
Gleich war der unterste Vers: da lächelte, sagt man, Cupido,
Und nahm still und geheim einen der Füsse mir weg. —
„Wer gab, grausamer Knab', ein Recht dir auf die Gesänge?
Sind ja wir Sänger nicht dein, sondern der Musen Geleit.
Wie wär's, raubte Cythere die Waffen der blonden Minerva,
Pallas die blonde sodann fachte die Fackeln im Schwung?
Wer würd's billigen, dass Ceres geböt in den bergigen Wäldern,
Und Diana die Flur baute nach eignem Gesetz?
Wer wird den schöngelockten Apoll mit dem spitzigen Speere
Waffnen, dass Leierklang stimme der kriegrische Gott?
Gross ist Knabe dein Reich, und übermächtig die Herrschaft,
Warum strebest du doch gierig nach neuem Besitz?
Weil dein Alles ist, dein das Helikonische Tempe,
Ist nun kaum auch Apoll's Leier noch sicher vor dir?
Schön war das frische Blatt mit dem ersten Verse gestiegen,
Sieh, da lähmte sogleich *) Jener mir tückisch die Kraft.
Und mir gebricht es an Stoff, der scherzenden Weisen sich füget,
Knaben, und Mädchen des Haupts wallende Locken geziert."—
Also hatt' ich geklagt, flugs öffnete jener den Köcher,
Und wählt' aus ein Geschoss, mir zum Verderben gespitzt,
Spannt, mit dem Knie anstemmend, mit Macht den gesichelten Bogen,
Und spricht: „Sänger, da nimm dir zum Gesange den Stoff."
Weh mir Armen, des Knaben Geschoss hat sicher getroffen,
Ich glühe, und es beherrscht Amor das ruhige Herz. — —
Auf! sechsfüssig soll steigen das Lied, fünffüssig sich senken:
Lebt mit dem ernsteren Ton, eherne Kriege, mir wohl.
Wind' um die blonden Schläfe die uferliebende Myrthe,
Muse, dass fortan eilf Füsse du spielend durchläufst.

Dr. *Loers* in Trier.

*) Ich lese *protinus*.

ARCHIV

FÜR

PHILOLOGIE UND PÆDAGOGIK.

Herausgegeben

von

Dr. *Gottfried Seebode*,

M. *Johann Christian Jahn*

und

M. *Reinhold Klotz*.

Erster Band. Viertes Heft.

Leipzig,

Verlag von B. G. Teubner und F. Claudius.

1832.

NEUE
JAHRBÜCHER
FÜR
PHILOLOGIE UND PÆDAGOGIK,
oder
Kritische Bibliothek
für das
Schul- und Unterrichtswesen.

In Verbindung mit einem Verein von Gelehrten
herausgegeben
von
Dr. *Gottfried Seebode*,
M. *Johann Christian Jahn*
und
M. *Reinhold Klotz*.

Erster Supplementband. Viertes Heft.

Leipzig,
Verlag von B. G. Teubner und F. Claudius.

1832.

Aetolorum contra Achaeos bellum secundum, sive sociale.

Primum bellum Aetoli contra Achaeos moverunt anno 242 a. Ch., 240 a. Ch. compositum, secundum, idemque sociale dictum, ab anno 220 a. Ch. — 218 a. Ch. gestum est, cuius historiam Helvingius in libro suo: *die Geschichte des Achäischen Bundes* p. 168 — 214 atque ego singulari libro, qui: *der Aetholisch-Achäische Bundesgenossenkrieg* inscribitur, enarravimus. Hic summam rerum tum gestarum componendam suscepi.

Pacatis post Cleomenis et Antigoni Dosonis discessum (Lucas über Polybius Darstellung des Aetolischen Bundes p. 93 — 114), totius Peloponnesi rebus (Polyb. II, 3.), devictisque Lacedaemoniis, nihil iam periculi sibi a reliquis civitatibus exoriri posse existimabant Achaei, praesertim quum Philippus, Demetrii filius, Macedonum rex Arati consiliis, uti Antigonus moribundus monuerat, in rebus administrandis uteretur, maximamque securitatem agebant, nec quidquam, quo reipublicae statum meliorem redderent, magisque firmarent perficiendum suscepere; sed dediti ignaviae ac luxuriae cui malo serioribus demum temporibus summopere mederi enitebatur Philopoemen, omnem propemodum armorum exercitationem tanquam inutilem prorsus negligebant. (Polyb. IV, 7, 7.) Quare factum est, ut gens pacis impatiens, assueta ex rapto vivere et propter insitam arrogantiam multis ad vitae usum rebus necessariis egens, nihil amicum, omnia hostilia reputans, Aetoli (Polyb. XVII, 5. 7. 8. Strab. VII, 7 pag. 114. 122. Mannert. Geogr. VIII, 38 — 40. 46. 47. Drumann Ideen etc. S. 494—504.) Achaeis securitatem ac potentiam obtrectantes prima belli novi semina spargerent. (Polyb. IV, 3. Plut. Arat. c 47.) Dum Antigonus in vivis versabatur metu prohibiti contra consociatas urbes nihil hostile susceperunt, eo autem mortuo, quum Philippus adhuc puer regnum suscepisset, spreta eius iuventute occasiones sedulo quaesiverunt immiscendi se rebus Peloponn-

nesi, praesertim quum et propriis viribus et Lacedaemoniorum, aegre Achaeorum societatem ferentium auxilio confiderent.

Dorimachus igitur Trichoniensis, Nicostrati filius, iuvenis adhuc, at plenus sane Aetolica impudentia et aviditate (Polyb. IV, 3, 5.) Phigaliam Arcadiae quidem, sed in finibus Messeniorum sitam urbem, quae urbs tum temporis cum Aetolis faciebat (Polyb. IV, 3, 16.), missus est, ut eam tueretur, revera ut speculator rerum, quae in Peloponneso gererentur, existeret. (Bene de his Lucas p. 95 sententiam suam expressit.) Qui quum piratis, quos socios sibi adiunctos habebat, praedam suppeditare non posset propter communem ea tempestate totius Graeciae pacem, Messeniorum tandem, qui amici Aetolorum ac socii erant (Polyb. IV, 3, 9; 5, 8; 6, 11.), pecora rapiendi potestatem fecit. Piratae igitur Dorimachi consensu adiuti non solum pecora abigebant, sed etiam noctu in urbem irrumpentes omnia quaeque sibi necessaria rapuerunt. Tum vero Messenii ad Dorimachum legatos miserunt, qui de iniuria ipsis illata quererentur, quibus se in urbem eorum venturum pollicitus est. Ibi quum nec piratas coercendos vel puniendos, nec quidquam in civitatis commodum curaret suscipiendum, a Scirone, Messeniorum, Ephoro, accusatus, tanta exarsit ira, ut in Aetoliam reversus quocunque modo Messeniis bellum conflare constitueret. (Polyb. IV, 4.)

Aetolorum praetor tunc erat Ariston, qui propter corporis infirmitatem Dorimacho et Scopae, affinitate coniunctis, praeturae dignitatem concessit. Hunc igitur Scopam primum sibi conciliare inque partes suas trahere conatus est Dorimachus, quoniam ipse Aetolis, ut contra Messenios bellum susciperent, persuadere non est ausus. Exposuit enim Scopae a Macedonum rege, ut qui vix decimum septimum annum explesset, nullum sibi fore periculum et sic tuto se aggressuros esse Messeniorum civitatem opulentam, magnamque inde consequuturos praedam; praeterea etiam Messenios contra societatem Aetolorum saepius eo peccasse, quod cum Achaeis et Macedonibus foedus inire plus semel suscepissent, neque adeo ne ab Aetolorum quidem concilio sententiae huic susceptoque adversarium quidquam sibi timendum fore. Eiusmodi cohortationibus praecipue autem spe magnae praedae effecit (Polyb. IV, 5, 5.), ut nulla prorsus concilii ratione habita Messeniis, Epirotis, Macedonibus, Achaeis et Acarnanibus bello indicto statim piratas ad depopulanda illorum populorum loca maritima emitterent. (Polyb. IV, 5.) Anni 220 a. Ch. initio. Cf. Lucas pag. 96. 97, qui Polybium recte impugnat ad Plutarchum provocando.

Illi igitur statim circa Cytheram oneraria regis nave intercepta et cum viris divendita Epiri littora et Acarnaniae depopulabantur. Deinde etiam Clario arce in agro Megalopolitano potiti sunt, quam tamen Timoxenus, tunc praetor Achaeorum, coniunctus cum Taurione, qui praesidiis Macedonum Orchomeni (Orchomenum enim et Corinthum retinuerat Antigonus et praesidio firma-

verat) praeerat, mox receperunt. Aetoli autem felici quodammodo successu elati ab Antirrhio (Lucas p. 98.) Peloponnesum ingressi sunt et vastatis Patraeensium, Pharaeensium et Tritaeensium agris Phigaliam petierunt, unde incursionibus in Messeniorum fines susceptis, totam fere civitatem diripiebant.

Interea Achaei Aegium ad concilium convenerant. Ibi postquam Patraeenses et Pharaeenses de iniuria sibi ab Aetolis illata questi essent et, ut auxilium sibi mitteretur, rogassent, magno omnium Achaeorum consensu bellum contra Aetolos declaratum est. Timoxenus autem praetor (222 a. Ch. = Ol. 139, $\frac{2}{3}$ ad Maium usque mensem Polyb. IV, 6, 4; 7, 6. Plut. Arat. 47.), neque milites conscribendos, neque exercitum adversus hostem parabat educendum, veritus ne Achaei armorum plane imperiti ab hoste vincerentur, quoniam admodum negligenter in armis erant exercitati. Aratus vero, morae impatiens, quinque diebus ante tempus iustum praeturam quartam decimam iniit 221 a. Ch. = Ol. 139, $\frac{3}{4}$ (Plut. Arat. 47. Polyb. IV, 7, 6.) et magnum e civitatibus sociorum exercitum conscriptum Megalopolin convenire iussit. Tunc quoque Messenii ab Achaeis petiverunt, ut in societatis communionem reciperentur, sed hi propter foedus, quod ipsis cum Philippo intercedebat, neminem se recipere posse nisi etiam rex consenserit responderunt, auxilio tamen se venturos esse eorum urbi opportuno quando visum fuerit tempore. Lacedaemoniorum quoque copiae Achaeis quasi opem ferentes in finibus terrae suae consederant, re autem vera magis ad observanda ea, quae ab hoste gererentur, quam bono erga Achaeos animo (Polyb. IV, 9, 10.).

Contractis itaque Achaeorum copiis Aratus Aetolis aut Messeniorum finibus excedere neque Achaeorum socios lacessere, aut bellum eos pro pace cum Achaeis habituros esse edixit. Quae quum audita essent Scopas et Dorimachus ad Eleos, quibuscum semper iisfoederis amicitia steterat, cum exercitu se receperunt exspectaturi ibi auxilia ab Aristone Aetolorum tunc praetore petita. Quae etiam Aratus hostes domum concessisse ratus reliquis, quos contraxerat, militibus dimissis, cum tribus millibus peditum, trecentis tantum equitibus et Taurionis exercitu Patras profectus est, latere Aetolorum copias aggressurus. Quod quum Scopas compertisset, praeda statim navibus Rhium missa, Methydrium, quod oppidum in Megalopolitanorum agro situm est, contendit, paratusquam primum cum hoste pugnam conserere (Polyb. IV, 7, 7. 8. 10.). Achaeorum igitur duces, ut resciverunt, appropinquasse hostes, e Clitoriorum finibus reversi prope Caphyas consederunt, amne, qui per regiones illas fluit, munimento usi. Quum autem Aetoli tum propter locorum difficultates, tum ob pugnandi Achaeorum cupiditatem proelium quidem committere non auderent, sed agmine composito Oligyrtum peterent, Aratus in novissimum eorum agmen equites Achaeorum cum militibus levis armaturae Epistrato duce Acarnane mittit hostemque lacessi

iubet. Aetoli igitur primo quidem non restiterunt sed quum sub montem peditibus se adiunxissent Achaeorum equites et loricatos tanta vi invaserunt, ut ad fugam eos converterent, et quum ne gravis quidem Achaeorum armatura in loco, quo collocata erat, remansisset, talis Achaeorum exorta est perturbatio ac fugiendi cupido, ut profecto omnibus dies ille extremo fuisset exitio nisi Orchomenus et Caphyae, quae oppida haud procul aberant, plurimis saluti fuissent (Plut. Arat. c. 47.).

Megalopolitani simul ac cognovissent Aetolos ad Methydrium castra posuisse cum omnibus copiis auxilium Achaeis ferebant postridie, quo pugnatum erat, nec quidquam perturbatis afflictisque illorum rebus profuerunt, nisi ut eorum, quibuscum contra hostes se pugnaturos esse crediderant, sepelienda cadavera susciperent. Aetoli autem, quibus praeter spem victoria acciderat, secure per mediam Peloponnesum duxerunt ac Pellenorum urbe agroque Sicyonio devastatis, per Isthmum discesserunt. Haec igitur sunt, quae bello sociali causam et occasionem praebuerint. Initium eius sociorum omnium decretum erat, quod Corinthi Philippo auctore sancitum est (Polyb. IV, 13. Plut. Arat. c. 47.).

Achaei autem valde exacerbati propter cladem, qua ad Caphyas affecti erant, in concilio Aratum, tanquam universi detrimenti causam graviter accusant. Atqui quatuor potissimum accusationis erant capita; primum quod ante tempus constitutum praeturam iniisset, ac rem talem suscepisset gerendam, qualis vix unquam feliciter ipsi successerat; deinde quod Achaeos dimisisset quum adhuc mediam Peloponnesum Aetolorum copiae tenerent; tertium quod haud necessario ac parum prudenter cum paucis admodum militibus hostem aggressus fuisset; quartum denique, quod non milites gravis armaturae contra hostem emisisset sed levium auxilio rem se confecturum opinatus esset. Aratus autem in medium progressus Achaeos monuit, ut eorum meminerint, quae a se domi militiaeque gesta essent et, si quid in hi peccatum fuerit, veniam sibi darent nec malevolo sed potius benigno res gestas spectarent animo, atque ita omnium sententias et animos commovit ut non solum excusatum eum pro tempore abire paterentur, sed in posterum etiam eius consiliis se usuros decernerent.

Haec gesta sunt, ut Polybius ipse monet Ol. 139, 4 lib. 4, 14. Breitenbauchius autem (p. 52.) errore lapsus annotat Polybium haec ad Ol. 140 referre, rectius vero Bayerum in fast. Ach. concionem Achaeorum Corinthi habitam fuisse Ol. 139, 4 demonstrare. Profecto si vir eruditus accuratius Polyb. 4, 14 inspexisset et sequentia apte cum prioribus conciliare studuisset, sine dubio animadvertisset Polybium aut scriptorum antiquorum more ea de temporum ratione ad finem c. 14 posuisse, quae aptius cap. 15 addi potuissent ne series decretorum c. 16 a sociorum responsis minus iucunde interposito tempore distinguerentur aut finem conventus iam usque ad anni sequentis initium esse protractum; quae

ratio posterior magis mihi apta videtur. Addo insuper, quae scripsit Bayerus de quarta — et quinta decima Arati praetura in Fastis Achaicis p. 315: Reliquae, inquit, sunt praeturae duae Arati, decima quarta et decima quinta, utraque facile expedienda. De decima quarta prius dicam paucis. Celebris ea est clade Achaeorum ad Caphyas accepta. Aetoli post Antigoni Tutoris mortem invasere Messenios anno Achaico 35 cum Timoxenus praetura nondum abiisset, Aratus autem praetor esset designatus. Eo lentius peragente negotium, Aratus quinque diebus anticipato magistratu mandata dedit ad civitates, ut Megalopolim convenirent, qui arma possent ferre. Inde duxit in Aetolos et clade maxima ad Caphyas est adfectus. Aetoli victoria usi Pellenenses et Sicyonios agros populati, per Isthmum discessere domum, quod aestas utique vergeret et Philippum adventare fama esset. Philippus Corinthi congregatis sociis, bellum in Aetolos decernit, quod ex eo sociale dictum. Paucis post diebus solemne concilium Achaeorum convenit, in quo Aratus omnibus probris sententiisque prosissus, populum dicendo et commemoratione rerum suarum placavit. Id concilium Olympiadis CXXXIX, 4 habitum fuisse diserte tradit Polyb. sic, inquam, ut verserit in Olympiadem CXL. Interim Aratus e decreto concilii Phocios in arma concitat, exercitum conscribit, bellum parat. Polybius istius anni notam quoque incat quod tum Sanguntini ab Hannibale petiti fuerint, sed ita trait, ut adpareat, eum res Carthaginienses accommodare ad Achicas. Primum enim refert Aratum Arati filium patri successore datum, eo autem praetore Sanguntinos petiisse Hannibalem. Sagutus oppugnari coepit M. Livio, L. Aemilio Coss. ut Polybius Livique memoriae prodiderunt. Horum consulatus incidit in A. V. 535 ab Idibus Martiis, ut tum erat, cum ad hoc procederet um primus annus Olympiadis CXL tum praetura Arati minoris superiori anno suscepta. Fuit Aratus filius patris dissimillimus : segnis imperator. Eo praetore bellum sociale coepit. Aratum minorem Eperatus Phareensis in praetura secutus est, depulso a illius spe magistratus Arato patre per Philippi regis factiones, t Plutarchus et in primis Polybius testantur. Eperato praetore olybius scribit Hannibalem petiisse Italiam, P. Scipione, Tito empronio Coss. ipso teste Polybio Olympiadis CXL, 2. Bene hoconvenit. Bellum sociale finem habuit Olympiadis CXL, 3, ut Pol. duobus locis testatur. Tum autem praetor fuit decimum quintum Aratus pater. Nam Philippus rex segnitiem Eperati pertaes, cum Arato Sicyone rediit in gratiam, ut anno post Eperatum aetor fieret. Arati praeturas suis annis adsignavimus ita, ut multrum aliorum quoque praeturas constitutas simul habeamus. — f. Lucas p. 101—106, ubi Polybii narratio accurate examinur.

Ex decio deinde Achaei legatos miserunt ad Epirotas, Boeotos, Phocens, Acarnanes et Philippum, qui Aetolos contra pa-

cis conditiones bellum ultro incepisse binis in sociorum agros irruptionibus susceptis exponerent, neque solum auxilia a sociis, sed etiam ut Messenii foederi adscriberentur, peterent. Praeterea etiam Achaeorum praetor quinque millia peditum et quingentos equites conscriberet quibuscum suppetias Messeniis iret quando Aetoli denuo eorum fines invadere conarentur. Simulque imperaret Messeniis et Lacedaemoniis, mittendos pedites bis millenos quingenos, equites vero ducenos quinquagenos, ita ut esset universus foederis exercitus peditum decies mille, equitum mille (Polyb. IV, 15.).

Tempore, quo constitutum erat, Aetoli quoque ad concilium convenere, ibique cum Messeniis et Lacedaemoniis ac reliquis Achaici foederis sociis pacem agere constituerunt, cum Achaeis autem ea tantum conditione si a Messeniorum societate recessissent, quo facilius singulas aggredi et profligare possent. Sed tam malevoli consilii ne ratio quidem ab Achaeis habebatur, quoniam bene cognoverant quam aliena haec essent a rerum communium foederisque commodis.

Epirotae vero et Philippus auditis legatorum mandatis Mesenios statim in societatem receperunt, Aetolis autem propter nefanda sane facinora ne irascebantur quidem atque cum iis pacem sese acturos esse decreverunt, quoniam hoc nihil videbatur b Aetolis inauditum et continuae iniuriae facilius ignoscitur qum rarae et inopinatae pravitati (Polyb. IV, 16. Librum mem p. 52.).

Interea Achaei exercitum e iuventute iam conscripserat et a sociis, quae postulata fuerant, auxilia promissa, quum Scerdilaïdas et Demetrius Pharius ex Illyria classe nonaginta naium ultra Lissum contra quas Romani iusserant pacis conditionesproveherentur. Isti quidem primo Pylum oppugnare frustra sut aggressi (Lucas p. 107.), deinde Demetrius cum quinquaginta imbis singulas insularum circumiacentium depopulatus est; Scerdaïdas autem quadraginta lembis assumtis Naupactum appulit Amynae, Athamanum regis, amicitia et affinitate fretus. Hinc cum Aetolis societatem iniit de praedae divisione per Agelaum seque na cum illis Achaeos adorturum promisit. Foedere igitur icto quantum poterant celerrime exercitum Aetoli ducibus Scopa et Drimacho contraxerunt unaque cum Illyriis in Achaiam fecerunt irruptionem quum ipsis Cynaethensium urbs proderetur. (Polyb. IV, 16.)

Cynaethenses illi genere Arcades iam dudum more legesque urbis suae caede exiliisque mutuis polluerant, ac possessiones eorum, qui expulsi erant, nulla caussa iusta inter se distributas tenebant; donec tandem ii, qui ab Achaeorum partibus steterant superiores a societate praesidium et praefectum postulassent. Exsules quoque a civibus suis petebant, ut rursus in civitatem reciperentur, quam quidem potestatem Achaei utrasque partes sibi conciliaturi ipsis civibus permisere. Vix autem reversi pristinae

discordiae nova spargebant semina, Aetolos arcessiverunt portasque ipsis per Polemarchas aperiendas curaverunt. Polemarchi enim isti portas urbis claudebant clavesque, quamdiu illae clausae manent, in potestate sua habebant; eorum igitur, qui exsules antea fuerant, collegis trucidatis, opera Aetoli in urbem recepti sunt. Quare etiam Aetoli inter civium trepidationem, ignorantium utrum portas an muros defenderent, primo impetu urbe potiti sunt, proditoribus interfectis, pecunia exacta totaque urbe direpta et praesidio relicto Lusos abierunt. Ibi quum ad sacrum Dianae fanum inter Clitorium e Cynaetham situm pervenissent, quod asyli religione Graeci colebant, sacra deae pecora totamque regionem sese direpturos minati sunt. Lusiatae autem data sacrae supellectilis magna parte, quo Aetolorum rapiendi cupiditatem explerent, ne quid gravius in ipsos consuleretur, hostes averterunt, qui inde profecti ad Clitoriorum urbem castra posuere (Polyb. IV, 17. 18.).

Aetoli interea a Clitoriis postulabant ut societate Achaeorum reiecta ad partes ipsorum transirent, quod quum constanti negarent animo, per vim eorum urbem aggressi sunt expugnandam. Sed Clitorii tanta fortitudine atque exacerbatione urbem defenderunt, ut hostes frustrata oppugnatione tandem recedere cogerentur. Exercitum igitur rursus Cynaetham duxerunt, abactis in itinere Dianae pecoribus urbemque primo Eleis tradere voluerunt; his vero repudiantibus custodiam ei duce Euripida imposuerunt. Mox autem Macedonum copias auxiliares, quas Aratus tum temporis Achaeorum praetor petierat, extimescentes cremata urbe discesserunt. Quanquam hoc omnibus atrox videbatur facinus, dignissimi tamen existimati sunt a nonnullis Cynaethenses, qui malis similibus unquam ab Aetolis affecti fuerint, quoniam feritate omnes tunc Arcadiae urbes longe superabant nec unquam ad musices studium, Arcadibus omnino necessarium, inclinare in animum induxerant (Polyb. IV, 20—22.).

Taurio igitur auditis Aetolorum sceleribus Demetrium Pharium, qui ex insulis Cycladibus Cenchreas appulerat, hortatus est, ut opem Achaeis ferret traductisque per Isthmum navibus Aetolos aggrederetur. Cui nec invitus Demetrius assentiebatur, praesertim quum praeda ex insulis collecta Rhodios persequentes fugeret et Taurio sumtum in traiectionem navium faciendum susciperet. Traductis itaque navibus biduo post transgressum Aetolorum pauca tantum loca littori proxima depopulatus Corinthumque reversus est (Polyb. IV, 19.).

Lacedaemonii vero subsidia, quae ab Achaeis iis imperata erant, mittere detrectabant (Polyb. IV, 16. 19.), quoniam clam missis legatis foedus cum Aetolis icerant, at ne propter recens in eos Macedonum beneficium palam ingrati deprehenderentur, paucos duntaxat equites peditesque speciei causa miserunt. Aratus autem magis idoneus reipublicae pace administrandae quam belli gerendi pertotum illud tempus, quo tempore Aetoli urbes, quae socie-

tati Achaeorum adscriptae erant, populabantur, quietus mansit hostesque impune scelestissima facinora perpetrare passus est (Polyb. IV, 19. Arat. 47.). Causa enim illius timoris clades erat ad Caphyas accepta, et quod militibus suis, confidere nolebat. Omnem igitur victoriae futurae spem in Philippi Macedoniae regis copiis posuerunt et Aratus et Achaei, praesertim quum Philippus et magnitudine ac vi militum instructus et magna erga Aratum benevolentia ac fide affectus esset.

Philippus igitur simulac cum exercitu in Peloponnesum pervenisset ad omnes, qui societati Achaeorum adscripti erant, legatos misit eosque ut Corinthum ad concilium venirent invitavit; ipse autem exercitum Tegeam versus duxit, quoniam compererat Lacedaemoniorum civitatem seditionibus turbatam esse. Erat enim ibi duplex Ephororum sententia, quorum duo Adimantus et Polyphontes a partibus Philippi stabant, tres vero reliqui cum Aetolis rem faciebant. Itaque quum accepissent nuntium de adventu regis omnes, qui iam aetate erant bellica, ad Minervae Chalcioecae fanum cum armis eduxerunt Adimantumque, qui ausus erat Macedonum in Lacedaemonios recens collata praedicare beneficia, Aetolos autem pro hostibus habendos esse profiteri, una cum sociis trucidarunt, ad regem autem legatos miserunt eumque, ut donec reipublicae status esset compositus adventum in urbem differret, rogavere. Philippus quidem se ad Tegeam interea castra positurum esse respondit simulque hortari, ut quam primum idoneos ad se mitterent viros quibuscum de rebus instantibus possit consultare. Omia igitur principe legationem decem virorum ad Philippum miserunt, qui Adimantum eiusque asseclas tanquam tumultus auctores accusarent, Lacedaemonios autem ad omnia, quaecunque rex vellet, paratos esse exponerent (Polyb. IV, 22.). Atqui in illo concilio nonnulli suadebant regi, qui malam Lacedaemoniorum voluntatem eorumque perfidiam bene perspexerant, ut sicuti Alexander in Thebanos sic etiam graviter animadverteret in Spartanos (Polyb. IV, 23.), sed rex, ut videtur auctore Arato (Polyb. IV, 24.), clementius protulit consilium, et Petraeum cum Omia Spartam misit, qui populum hortarentur, ut in amicitia erga regem perstaret societatemque iungeret. Ipse autem rex signis sublatis Corinthum cum exercitu profectus est.

Ibi quum ad concionem iam convenissent singularum urbium legati Philippus cum iis primo disceptabat quid facto opus esset adversus Aetolos. Multis vero a Boeotis, Phocensibus, Epirotis aliisque criminibus contra Aetolos prolatis bellum iis esse inferendum, omnes quasi uno ore consenserunt. Praeterea etiam decreto illo, in quo omnes, quibus singulas Aetoli affecerant civitates iniuriae commemoratae erant, subiecerunt: mutuam sese laturos esse sociis opem ad recipiendos agros vel urbes, quas Aetoli inde a tempore, quo Demetrius, Philippi pater, e vivis excessit, occupassent; similiter, si qui coacti se cum Aetolis con-

iunxissent et foederis Achaici partes reliquissent, omnibus his pristinam libertatem, antiquas leges omniaque, quibus antea administraretur ipsorum respublica institututa, restituros redditurosque; Amphictyones quoque se adiuturos esse in legibus instaurandis templique, quod Aetoli soli sibi vindicassent, potestate omnibus restituenda.

Hoc igitur decreto iustum illud bellum factum, quod antea quasi expeditio contra praedones fuit, anno primo centesimae quadragesimae Olympiadis (Polyb. III, 36. IV, 26. 28. Plut. Arat. 47.). Statim e conventu legati missi sunt ad urbes foederatas monitum, ut quam celerrime milites conscriberent bellumque Aetolis indicarent. Philippus vero praeterea Aetolos per litteras hortatus est, ut si quid haberent iusti, quo facinora sua pace omnibus intercedente foedissime perpetrata, excusare possent, in medium proferrent, nec sine causa bellum haud leve sibi conflarent. Litteris his recognitis Aetolorum principes primo rati Philippum non venturum esse, certam constituerunt diem, qua Rhii praesto adessent. Cognito autem regis adventu nuntium tantum ad Philippum miserunt, qui exponeret, solos principes de rebus communem salutem spectantibus non posse suorum arbitrio decernere. Achaei eodem tempore, quo convenire solebant Aegium, cum Philippo renovarunt foedus pristinum, quod ipsis iam cum maioribus regis intercesserat, decretum illud Corinthiacum confirmarunt, iusque esse spolia capiendi ab Aetolis per praeconem edixerunt (Polyb. IV, 25. 26.).

Aetoli vero in conventu Scopam praetorem creaverunt. (Polyb. IV, 27, 1. c. 37, 2.)

Interea Philippus, dum in Macedonia hiberna agebat, omnem ad bellum, quod parabat, copiam contraxit ac Macedoniam contra barbaros superne imminentes munivit. (Polyb. IV, 29.) Deinde Scerdilaidam quoque, qui ea conditione cum Aetolis se coniunxerat, ut partem aliquam praedae acciperet, spe vero exciderat, sibi conciliavit, pactus ut vicena quotannis talenta Scerdilaidas acciperet et triginta lemborum classe bellum cum Aetolis mari gereret.

His quidem rebus Philippus eo tempore occupatus erat, quo tempore legati a concilio missi primum in Acarnaniam pervenerunt. Atqui Acarnanes, sicuti decretum erat, statim Aetolis bellum indixerunt, quanquam iis, ut Aetolorum finitimis, omnino ignoscendum fuisset, si vel metu, vel etiam callido consilio paululum essent cunctati, praesertim quum non multis ante annis propter odium Aetolorum gravissima iis mala accidissent (Polyb. IV, 30.). Epirotae vero mandatis legatorum auditis, decretum quidem pariter confirmarunt, bellum autem tum demum Aetolis se esse illaturos declararunt, quando et Philippus suscepisset, simulque Aetolorum legationi responderunt, Epirotas censuisse pacis cum ipsis conditiones servare. Messenii autem, quorum causa totum, uti iam supra narravimus, bellum erat conflatum, tum de-

mus, cunctatorem sese praebebat ac segnem. Quare etiam civitates illae communi auxilio destitutae propriis pecuniis trecentos sibi pedites, equites vero quinquaginta conducendos constituere, nec quidquam unquam pro foederis integritate sese suscepturas, praesertim quum Lycurgus Athenaeum Megalopolitanorum, Gorgum in Telphusiorum finibus Euripidas occupassent (Polyb. IV, 37, 6. 60, 3.).

Quae dum in Peloponneso gerebantur Philippus rex qui, si statim Aetoliam invasisset, magna copiarum vi, toti finem imponere potuisset bello assumtis Epirotis et trecentis funditoribus, qui ex Achaia missi erant, Cretensibus item quingentis, quos Polyrrhenii miserant, per Epirum ad Ambraciotarum fines, Epirotis rogantibus, accessit.

Philippus igitur dum positis ad Ambracum (Palmer. Graec. Antiquit. II, 7.) castris, quippe Epirotae maximi aestimabant, si recipere ab Aetolis Ambraciam possent; necessaria ad obsidionem parabat, Scopas universo Aetolorum exercitu educto per Thessaliam in Macedoniam irrupit. Atqui quum per Pieriam planitiem impune vagans omnia vastasset et Dium, urbem ab incolis desertam, solo aequasset omnesque regum ac deorum statuas deiecisset cum magna suorum admiratione et gaudio redux in patriam receptus est.

Nihilo tamen minus Philippus quanquam, quae in Macedonia gesta erant, comperissent, quantoque ipsi detrimento Epirotarum fuerit perversitas intellexisset magna vi aggeres exstruendo ac reliquo apparatu bellico utendo, ita urbem pressit obsidione, ut intra quadraginta dies eam in potestatem suam redigeret, praesidioque quingentorum Aetolorum dimisso traderet Epirotis. Deinde ad Charadram perrexit eo consilio, ut sinum Ambracicum, qui prope Actium, Acarnanum fanum quoddam, est arctissimus, cum exercitu traiiceret. Hinc copiis transmissis, assumtisque Acarnanum peditum duobus millibus ducentisque equitibus, Phoetias, Aetolorum oppidum obsidione cinxit ac biduo post, custodiis Aetolorum ex pacto dimissis, expugnavit. Sequenti nocte Aetolorum quingenti, qui praesidia ab oppugnatione liberarent, advenere, sed omnes fere a vigiliis, quae rex de hostium adventu certior factus opportunis quibusvis locis disposuerat trucidati sunt. Inde triginta dierum annona ex horreis exercitui distributa Stratum duxit, sed castris decem stadia ab urbe positis ad Acheloum fluvium assiduo, nullo prohibente, agros populabatur (Polyb. IV, 61—63.).

Achaei interea acriter ab hostibus vexati quum comperissent regem non procul abesse legatos ad ipsum miserunt auxilium imploraturos; qui etiam ad Stratum adhuc commorantem convenerunt eique persuadere conabantur, ut traiectis copiis in Eleam faceret impressionem. Rex vero legatos apud se retinuit tanquam de ipsorum mandatis deliberaturus, sublatis tamen signis ad Meto-

polin et Conopen progressus est. Aetoli igitur ubi regem cognovere appropinquantem urbe relicta in arcem confugerant, neque tamen rex obsidione tempus terebat sed Metopoli cremata Conopen ire perrexit. Ibi quum Aetolorum equites conferti ad fluminis transitum, qui stadia viginti ab urbe distat, regis copiis sese opponere conati essent, Philippus cetratos primos iussit in amnem ingredi unaque simul acie instructa exire. Qui dum levi interea proelio hostem ab amne arcebant, secunda et tertia acies transmissa et cum primis coniuncta facili negotio Aetolos in urbem compulit. Rex tamen haud accedens ad urbem agris vastatis Ithoriam usque progressus est. Locus vero ille quanquam et natura et arte munitissimus, custodibus metu depulsis capitur soloque aequatur; eodemque modo reliquae eius regionis arces ac turres a militibus regis vagabundis deiectae diripiuntur.

Hinc lento processit gradu quoniam exercitui necessaria comparandi otium dabat. Deinde quum iam omnibus rebus abundarent ad Oeniadas duxit, castra autem prope Paeanium metatus est, id enim primum expugnare statuit. Urbs vero illa, quanquam ambitu non magna, minor enim est stadiorum decem, munita ceterum haud male, mox capta murisque solo aequatis tota demoliebatur atqui tegulae, lateres omnisque aedium materies, postquam Elaeum, Calydoniae oppidum, agrosque depopulatus erat, Oeniadas transvecta est. Hanc enim urbem expugnatam animadversa loci opportunitate in primis ad traiiciendum in Peloponnesum, muris cinxit portuque ac navalibus munitis cum arce eam constituit coniungere (Polyb. IV, 64. 65.).

His gestis Philippus in Macedoniam redire festinabat, quoniam ipsi nuntiatum erat Dardanios, suspicantes regem in Peloponneso versari, impressionem in Macedoniam esse paraturos. Dimisit igitur legatos Achaeorum cum responso, pacatis Macedonum rebus sibi nihil antiquius fore, nisi quam celerrime civitatibus foederi adscriptis auxilio venire. Ipse vero Demetrio Phario, qui a Romanis regno expulsus erat regemque ad sinum Ambracicum convenerat, Corinthum ablegato, in Macedoniam profectus est. Dardanii igitur regis adventu cognito prae formidine exercitum dimiserunt, quos Philippus quum sententiam mutasse cognovisset copiasque ad commeatum comparandum dimisisset, in Thessaliam se contulit ibique Larissae reliquum aestatis tempus peregit. Sic finiebatur annus primus Olympiadis centesimae quadragesimae (Polyb. IV, 66.).

Tempore comitiorum appetente (Polyb. IV, 37, 3.) Dorimachus praetor apud Aetolos creatus est (Polyb. IV, 67, 1. V, 1, 2.), qui simulac magistratum iniit in superiora Epiri loca incursionem fecit agrosque depopulatus est, quoniam non tam utilitatis suae gratia, quam Epirotarum damni causa hanc susceperat expeditionem. Nam quum ad templum, quod Dodonae est, pervenisset, porticus cremavit, omnesque opes, quas undique consul-

taturi dono obtulerant, diripuit, ipsamque adeo sacram aedem funditus evertit. Quae quum feritati explendae gratia crudelissime perfecisset, domum rursus victor copias reduxit.

Philippus interim hieme adhuc durante, quum omnes de adventu eius desperare coepissent, celeri itinere assumtis tribus millibus loricatorum (χαλκάσπιδες Polyb. IV, 67, 6.), cetratis bis mille, Cretensibus trecentis cum equitatu aulico quadringentorum fere equitum Larissa profectus est, copiisque e Thessalia in Euboeam indeque in Boeotiam transmissis per Megaridem Corinthum circa brumale solstitium (περὶ τροπὰς χειμερινάς. Polyb. IV, 67, 7. XXIII die Septbr. 219 a. Ch.) pervenit ita ut vix quisquam Peloponnesiorum regis adventum comperisset. Inde Aratum Sicyone ad se arcessivit legatisque ad reliquas civitates, quo tempore et loco eorum milites convenirent, dimissis, ad Dioscurium Phliasiae progressus castra metatus est.

Eadem tempestate Euripidas cum duabus Eleorum cohortibus, mercenariis militibus et piratis, quorum numerus duorum fere millium et ducentorum erat, praeterea etiam cum centum equitibus Psophide profectus per Phoenicen et Stymphalum ire perrexit ad devastandos Sicyoniae agros, de adventu quippe regis prorsus incertus. Atqui quum iam regis castra praeterire pararet, e Cretensium quibusdam, qui pabulatum vagabantur, sermone cognovit, Macedones advenisse; quapropter confestim signis conversis, qua venerat via, regressus est, quo celerius Stymphaliam emensus ad loca aspera et saltuosa perveniret.

Philippus autem, qui quae hostis ageret prorsus erat ignarus, sicuti constituerat primo mane itineri se accinxit per Stymphalum Caphyas progressurus, ibi enim armatos convenire iusserat Achaeos. In illo igitur itinere contigit, ut Macedonum agmen primum et Eleorum simul ad locum, qui vocatur Apelaurum decemque stadia ab urbe Stymphaliorum distat, una in summo clivo perveniret. Quod quum Euripidas animadvertisset assumtis paucis equitibus exercitum reliquit cursuque concitato Psophidem se recepit. Reliqua igitur multitudo duce orbata in magno admodum discrimine versabatur nescia quid facto opus esset, praesertim quum in errorem induceretur a loricatis, quos Megalopolitanos esse opinabatur, quoniam in pugna ad Sellasiam cum Cleomene pugnata eo armorum genere usi fuerant Megalopolitani sic a rege tunc armati. Quare servatis ordinibus ad loca proxima se receperunt non desperantes adhuc de salute. Quum vero propius Macedones accessissent abiectis armis in fugam sese effuderunt. Capti igitur sunt circa mille ducenti, cetera multitudo periit tum per Macedones, tum inter abrupta montium, nec amplius centum evasere. Captivis deinde Corinthum missis rex ad ea, quae sibi proposuerat exsequenda perrexit. Peloponnesii autem magna admodum regis admiratione afficiebantur quum et

advenisse simul et vicisse Philippum cognovissent (Polyb. IV, 67—70.).

Inde per Arcadiam iter faciens quam praecipue in superando Oligyrto monte multa perpessus esset incommoda nocte Caphyas pervenit (Polyb. IV, 70.). Postquam ibi cum Arato minore eiusque copiis, quas ex Achaeis contraxerat, se coniunxisset, ut totus exercitus ad decem millia fieret, per Clitorias Psophidem duxit ex omnibus urbibus per quas proficiscebatur tela et scalas congerens. Urbi tamen statim appropinquare non est ausus, sed in collibus consedit, unde sine periculo loca circumiacentia et urbs ipsa conspici poterant, quae ita erat munita, ut rex dubius admodum haereret qua eam aggrederetur. Occidentalis enim eius pars circumdatur a torrente admodum rapido, qui maximam partem hieme inaccessus est et propter alvei profunditatem prorsus munitam et aditu difficilem facit urbem. Ab oriente vero praeterlabitur Eymanthus magnus et praeceps fluvius, in quem quum ad partem meridialem se torrens iste effundit, accidit, ut tria oppidi latera a fluviis circumdata eam, quam diximus, firmitudinem nanciscantur. Borealis deinde pars tuta est collo munito; praeterea etiam urbs ipsa circumdata est muris et magnitudine et operibus eximiis. Quare etiam Eleorum ibi praesidium erat impositum et Euripidas Macedones fugiens eo se receperat.

Quae quum Philippus animadvertisset vi quidem statim eam aggredi non est ausus, neque tamen praeterire voluit, quoniam loci opportunitatem optime cognitam habuit. Nihilo tamen minus perpensis quae inde adepturus esset emolumentis si urbs expugnata fuerit traiecto Erymanthi ponte Psophidem vi invasit. Atqui dispositis ad tria latera iis militibus, qui scalis admotis urbem conscenderent, ita res successit, ut primo impetu urbs expugnaretur. Psophidii enim, quia rex praeter opinionem conatus erat oppugnationem, perterriti cum uxoribus et liberis in arcem profugerant, quod simul et Euripidas et cetera turba, quae evaserat, fecere.

Macedones igitur urbe expugnata domibusque direptis arcem aggrediuntur. Neque ibi diu tempus terebant, nam quia nulla intus suppeteret annonae copia, Philippo arcem, accepta impunitatis venia, tradiderunt. Rex vero per aliquot dies ibi commoratus est conciliumque Achaeorum habuit, in quo opportunitate loci demonstrata Achaeis gratias ipsi agentibus urbem donavit; deinde cum exercitu Lasionem profectus est. Psophidii domos receperunt; Euripidas autem cum suis Corinthum, indeque in Aetoliam commigravit. Achaei autem arci praefecerunt Proslaum Sicyonium, urbi Pytheam Pellenensem (Polyb. IV, 70—73.).

Praesidium Eleorum, quod Lasione erat, audito regis adventu statim urbem deseruit, urbemque receptam rex Achaeis restituit. Similiter et Stratum ab Eleis derelictam Telphusiis tradidit. Quae quum peracta essent quinto post die Olympiam perve-

nit ibique fovi sacra postquam fecerat et duces convivio exceperat, triduo cum exercitu quietis gratia remansit. Signis deinde sublatis partem exercitus ad depopulandos Eleorum agros dimisit, cum altera vero parte ipse Artemisium profectus est. Quum igitur ex opulentis Eleorum agris, maxima enim eorum pars agriculturae dedita est, magnam admodum praedam milites collegissent, rex veritus ne molliores minusque ad bellum gerendum habiles fierent progressus est Artemisio Thalamas versus, castellum illud, ubi maxima agrestium turba ac suppellectilis pars pecorumque collecta fuit, expugnaturus. Admotis igitur machinis instrumentisque, quibus in urbibus oppugnandis utebantur ita, qui eo confugerant, perterriti sunt, quum omnis rei militaris prorsus rudes essent variique generis homines, inter quos etiam ducenti mercenarii Amphidamo Eleo duce, ut statim arx traderetur. Itaque rex magna auctus praeda, in primis mancipiorum amplius quinque millibus Olympiam iterum concessit (Polyb. IV, 74 — 76.).

Quae dum a Philippo gerebantur Apelles, unus eorum, quos Antigonus filio tutores reliquerat maximamque tum temporis dignitatem apud regem erat consequutus, Achaeos, nefariam omnino rem ausus, ad eandem conditionem redigere conatus est, qua fruebantur Thessali i. e. ad servitutem. Sic enim id, quod constituerat assequuturum se sperabat, si primum e castellis omnes expulisset Achaeos, quavis causa oblata eos vel in vincula coniici vel etiam caedi iuberet, nec ulli unquam patrocinium vel rem aliam levem, qua virum sese praestaret permitteret, persuasus hoc pacto se facili negotio, nemine animadvertente, in eam consuetudinem Achaeos adducturum, ut nihil penitus grave cuiquam videretur, quod rex unquam in aliquem statuisset. Quae quum ab adolescentibus quibusdam Arato et per hunc Philippo nuntiata essent, rex ne quidquam eiusmodi susciperet Apelli interdixit, neve posthac aliquid Achaeis inconsulto praetore imperaret. Qua quidem re maximam omnino apud omnes sibi gloriam admirationemque paravit, nec quisquam, cui non egregia Philippi iuvenis videretur indoles, reperiebatur.

Castris deinde Olympia motis progressus est Philippus Heraeam versus ac mox Telphusiam venit, indeque Heraeam, ubi praeda divendita (Polyb. IV, 77. Neque hic plane sine vituperatione praetermittendus videtur Breitenbauchius, qui (p. 66.) Philippum praedam Olympiae vendidisse fingit.), pontem, qui supra Alpheum duxit, instauravit, per eum nempe transitum in Triphyliam paraturus.

Eadem tempestate Dorimachus, Aetolorum praetor, Eleis, quorum agri erant devastati, auxilia petentibus sexcentos misit Aetolos Philida duce. Qui quum in Eleam pervenisset assumtis quingentis Eleorum mercenariis, mille civibus Tarentinisque nonnullis opitulaturus in Triphyliano venit. Missis deinde Lepreum

Eleis, mercenariis Alipheram, ipse Typanaeae cum Aetolis quemnam regis expeditio nactura sit eventum sollicitus exspectabat.

Rex interea transmissis per Alpheum amnem copiis, qui prope Heraeam fluit, Alipheram venit. Postero deinde mane dispositis per varia loca iis, qui scalas gerebant praemissisque mercenariis ac post eos Macedonibus positis, ut invicem sibi auxilio adessent, cum solis ortu impetus in urbem factus est. Atqui quum cives ea potissimum loca defenderent, in quibus Macedones collocatos conspiciebant, rex clam cum lecto milite per loca abrupta et angusta arcis suburbium conscendit, eoque incenso Alipherenses metuentes ne undique circumcluderentur in arcem confugerunt, quo facto Macedones et muris et urbe sunt potiti. Ii autem, qui in arcem confugerant per legatos urbe regi oblata liberum nacti sunt discessum.

Haec ubi Philippus peregerat, magnus admodum totam Triphyliam invasit terror, omnibus quippe de se rebusque suis metuentibus. Philidas autem, ut est Aetolorum pravitas ac perfidia, Typanaea deserta, nonnullis etiam sociorum direptis Lepreum concessit. Typaneatae igitur urbem Philippo tradiderunt, idemque fecerunt ii, qui Hypanam incolebant. Neque alia erat Phigalensium fortuna, qui licet armis se instruxerint a piratis tamen Aetolorum, qui ibi praedae e Messeniorum agris comparandae causa commorabantur, deserti per legatos regi urbem tradidere. Lepreatae interea spe recuperandae patriae, Eleos, Aetolos, eosque, quos Lacedaemonii auxilii causa miserant, urbe excedere iusserunt, quoniam ipsi Philippo sese in ditionem tradere constituerant. Attamen principio Philidas fortiter restitit, sed quum Philippum, Taurione Phigaliam cum exercitu misso, Lepreum versus copias ducentem comperisset, cum Eleis et qui Lacedaemone venerant, urbe relicta, Samicum se recepit. Lepreatae vero urbem suam Philippo per legatos in potestatem concesserunt. Eodemque modo etiam Samico potitus est. Aetoli enim et Elei, qui illuc confugerant, obsidionem haud sperantes nihil, quo oppidum defenderetur, comparaverant, quare venia cum armis decedendi impetrata in Eleam sese receperunt. Deinde aliis etiam urbibus auxilium eius implorantibus Phrixam, Styllangium, Aegium, Bolacem, Pyrgum, Epitalium in ditionem accepit.

Quae quum peregisset totamque Triphyliam sex diebus in potestatem suam redegisset, Lepreum reversus est. Atqui constituto ibi in arce praesidio Lepreatisque admonitis Heraeam signis sublatis se contulit, relicto, qui Triphyliae rebus praeesset Ladico Acarnane. Ibi quum pervenisset totam divisit praedam militibus et iumentis Heraeae assumptis media hieme Megalopolin profectus est (Polyb. IV, 77 — 81. V, 3, 3. c. 4, 5.).

Iisdem temporibus magni Spartae exorti sunt motus per Chilonem, qui graviter ferebat se ab Ephoris spretum quia regnum Lycurgo potius quam sibi detulissent, praesertim quum e regio

genere se natum existimaret. Sed quum nemo ne animum quidem ad eius sententiam orationesque adverteret, clam in Achaiam aufugit. Spartani igitur seditione ista composita, ne gravior in posterum erumperet hoste appropinquante, omnes ruris copias in urbem convexerunt et Athenaeum Megalopolitanorum everterunt, ne ibi hostes considere possent, in primis Philippi praesentia conterriti. Philippus autem vasis collectis Megalopoli per Tegeam Argos profectus est ibique reliquam hiemis partem transegit (Polyb. IV, 82, 1. 87, 13.).

Ibi dum Philippus commorabatur iterum Apelles (Plut. Arat. 48. Megalaeum quoque et Pausaniam nominat. Cf. Librum meum der Aetolisch-Achäische Bundesgenossenkrieg §. 13. 14. 15.) vectus illud consilium totius foederis subigendi conatus est exsequi. Quum autem videret Aratum maxime cum apud Achaeos tum potissimum apud regem valere ac secundum eius consilia omnia quaeque peragi hunc primum apud Philippum calumniari aggressus est. Quae res ita successit, ut rex ipse Aegium ad conventum comitialem Achaeorum proficisceretur operamque daret, ut Eparatus, Pharaeensis, praetor crearetur, Timoxenus vero, quem Aratus commendaverat, repulsam pateretur (Polyb. IV, 82. Plut. Arat. 48. Ol. 140, $\frac{1}{2}$ = 219. a. Ch.).

Quibus rebus peractis Philippus castris motis per Patras et Dymam iter faciens ad castellum accessit Tichos cognominatum. Quod quum magna vi oppugnare aggressus esset, Elei, qui ibi praesidia agebant prae formidine tradidere. Itaque hoc castello Dymaeis restituto devastatisque Eleorum agris Argos rursus exercitum ingenti praeda onustum reduxit (Polyb. IV, 84.).

Tertio deinde Apelles aggressus est Aratos apud regem calumniari consiliumque tale excogitavit, quo eos omnino a regis amicitia sese abducturum opinabatur. Subornavit enim Amphidamum, Eleorum ducem, qui cum profugis Thalamis captus erat, ut regi promitteret, universos Eleos ad Macedonum partes se traducturum esse. Quibus auditis rex Amphidamum sine redemtionis pretio liberum dimisit. Is autem, quanquam summopere enitebatur in persuadendo Eleis nihil prorsus effecit. Quam ob rem datam sibi hinc ratus occasionem Apelles fingendae calumniae Aratos apud Philippum accusavit, quasi in causa illi essent, quod alieno a rege animo manerent Elei. Philippus igitur nequaquam tale consilium negligens Aratos arcessivit et quum coram iis Apelles denuo calumniationem istam fidenter repetiisset, rex indignatus ac perfidiae isti eorum, quos amicissimos sibi arbitrabatur, succensens coram concilio haec se patefacturum inque Macedoniam reversurum declaravit. Sed quum Aratus pater eum admonuisset, ne quid inconsiderate crederet, sed potius argumenta sibi proferri iuberet, quibus res tota evinceretur, rege hanc sententiam approbante, discessum est. Interea accidit, ut Amphidamus proditionis suspectus ab Eleis expulsus criminationem fal-

sam esse profiteretur. Quapropter ab illo die maior etiam fiebat Arati apud regem auctoritas, Apellem tamen, quamvis suspectum habebat, punire non est ausus propter auctoritatem, qua apud milites reliquamque valebat multitudinem (Polyb. IV, 86.).

Neque tamen desiit Apelles alios quoque calumniari, in primis vero Taurionem, Peloponnesi praefectum, et quidem laudando. Sperabat enim fore, ut rex optimos quosque circum se habere constituens alii, vel Apellis amico cuidam, Peloponnesi res administrandas sit commissurus. Similiter etiam Alexandrum, satellitum praefectum quavis occasione data maligne lacessivit, ut etiam hoc remoto ex sua sententia satellitium regis constitueret. Opera tamen Arati semper spe excidit, donec malum, quod in alios excogitaverat, ipse et quidem brevi tempore expertus est.

Sequentis deinde anni (Polyb. V, 1.) apud Achaeos praeturam iniit opera Philippi et Apellis Eparatus, apud Aetolos Dorimachus iterum. Rex vero indigens frumenti aliarumque ad bellum necessariarum rerum Achaeos iusto comitiorum tempore Aegium convocavit. Ibi quum animadvertisset Aratum auctoritate, qua pollebat, excidisse, Eparatum contra haud idoneum bello gerendo Achaeis persuasit ut Sicyonem concilium transferrent, ibique coniunctus rursus cum Aratis patre et filio culpaque in Apellem translata, facile virorum illorum opera impetravit, quae voluerat; decretum enim est, ut extemplo talenta quinquaginta ad primam expeditionem darentur, adiicerenturque dein quovis mense talenta dena septena et decem millia modiorum frumenti.

Quae quum decreta essent Achaei rursus in suam quisque civitatem rediere, rex autem copiis contractis mari bellum gerere constituit, ratus, hoc se modo hostes et regionibus et mori disiunctos, minus ad opem sibi ferendam valituros celeriter esse oppressurum; quare bellum sibi cum Aetolis, Lacedaemoniis et Eleis gerendum sumsit maximaque industria milites exercebat remis tractandis aliisque rebus navalibus instruendis, quo promtiores et alacriores ad maritimae rei ministeria fierent (Polyb. V, 2, 1—5.).

Quae dum Corinthi a rege gerebantur Apelles denuo honoris sui imminutionem ex regis contemtu indigne ferens cum Leontio et Megalea coniuravit, ut illi quidem apud exercitum operam darent, qua expeditiones regis male rem gerendo impedirentur, ipse vero Chalcidem profectus omni modo se curaturum pollicitus est, quominus commeatus necessarii ad regem subveherentur. Atqui ita servavit iusiurandum, ut rex ad summam adactus inopiam vasa denique argentea sustentandi sui causa pignori opponere cogeretur. Classe deinde comparata ac Macedonibus satis iam in re navali exercitatis Philippus frumentum militibus dimensus stipendiisque distributis Corintho cum sex millibus Macedonum, mille ducentis mercenariis profectus Patras appulit (Polyb. V, 2, 11.)

Iisdem temporibus Dorimachus, Aetolorum praetor, Agelaum et Scopam cum quingentis Neocretibus auxilio misit Eleis metuentibus, ne Philippus Cyllenen obsidione cingeret. Quapropter Philippus collectos Achaeorum mercenarios, Cretenses, quos secum habuit, nonnullosque Galatarum equites una cum Achaeorum electis bis mille peditibus in Dymaeorum urbe reliquit; ipse imperatis prius per literas Messeniis, Epirotis, Acarnanibus et Scerdilaida, ut suas quique naves paratas haberent sibique ad Cephalleniam obviam venirent Patris solvens die constituta ad Cephalleniae urbem Pramos (Promos, Pronnos) appulit. Ubi autem intellexit urbem hanc expugnatu difficilem angustamque esse regionem ad Palaeatarum oppidum cursum direxit. Hic quum multas reperisset opportunitates magnamque rei frumentariae copiam oppidum oppugnare aggressus est, illud in primis spectans, ut Aetolis necessarium admodum adimeret subsidium, quippe illi, quoties in Peloponnesum traiicere vel Epirotarum et Acarnanum oras depraedari vellent, Cephalleniorum navibus uti solebant. Quare et ad congregandos socios maxime opportunum et ad hostes detrimento afficiendos locum arbitratus, non solum urbem verum insulam totam in potestatem suam redigere constituit (Polyb. V, 3, 4.).

Sub idem tempus, dum rex his occupatus erat rebus, quindecim a Scerdilaida lembi pervenerunt, plures enim quominus mitteret seditio ipsum in Illyria exorta prohibuit. Acarnanes quoque, Epirotae, Messenii quae fuerant imperatae naves miserunt. Messenii enim capta Phigalensium urbe palam participes belli erant facti. Admotis deinde omnibus oppugnationis machinis, muris deiectis, igneque in urbem iaculato, quum cives pacem tamen cum rege inire nollent, primos Macedonum cetratos Leontio duce per cohortes divisos immisit. Sed Leontius coniurationis cum Apelle memor segniter rem suscepit ac quavis ratione ne urbs expugnaretur impediebat. Quam ob rem Philippus ubi ignave duces se gerere multosque iam vulneratos animadvertit missa obsidione, quid deinceps facto opus esset, cum amicis deliberabat (Polyb. IV, 5.).

Eadem tempestate et Lycurgus, Lacedaemoniorum rex, in Messeniam et Dorimachus cum dimidia Aetolorum parte, alteram enim satis idoneam fore existimans adversus incertos casus et urbibus et agris tutandis (Polyb. V, 6.), in Thessaliam expeditionem fecerant, uterque ratus hac re Philippum necessario esse remissurum ab obsidione Palaeatarum. Quam ob rem legati ab Acarnanibus et Messeniis ad ipsum venerunt, illi quidem petituri, ut rex in Aetolorum fines impressione facta totam eorum regionem depopularetur ad Dorimachum, ne in Macedoniam irrumperet retrahendum, hi vero ut Philippus Messeniis auxilio subveniret, praesertim quum Etesiarum flatu vel uno die navigatio in Messeniam perfici posset. Leontius etiam propositum sibi consilium

observans Gorgum, is enim a Messeniis missus erat, summo studio sustentabat, sperans, fore ut, si rex in Messeniam traiecisset ventoque adverso flante quominus rediret impeditus esset, Aetoli Thessaliam Epirumque impune incursandi vastandique potestatem nanciscerentur. Aratus autem regi suasit, ut in Aetoliam potius expeditionem faceret ac, quoniam Leontius segnitate, qua Palaeae expugnationem impediverat, iam in suspicionem inciderat, eo regem promovit, ut suam potius sententiam amplecteretur. Quam ob rem Eparatum, Achaeorum praetorem Messeniis suppetias ferre iussit, ipse autem Cephallenia relicta biduo post Leucadem appulit nocte, indeque per sinum Ambracicum navigans Limnaeae portum cepit, unde explorato regionis situ pedestri progredi constituit expeditione (Polyb. V, 5.).

Quibus peractis Aristophantus, Acarnanum praetor, cum omnibus suae gentis copiis ad regem pervenit in primis cum illo sese coniungere cupiens, quoniam per ista tempora graves perpessi erant ab Aetolis iniurias. Nec minor erat Epirotarum amor, quo regis adventum amplectebantur ob similes fere causas, neque tamen propter regionis amplitudinem tum celeriter copias contrahere poterant. Relicto deinde praesidio Limnaea circa vesperam profectus stadia fere sexaginta ab urbe castra posuit. Unde recreatis et ducibus et militibus Acheloum transiit fluvium iuxta Conopen et Stratum subita irruptione Thermum occupare festinans.

Quum vero Leontius animadvertisset Aetolos plane esse imparatos ad pugnam in illis locis conserendam regemque munitissimos fere quosque locos summa vi oppugnantem auctor est, coniurationis haud immemor, ut ad Acheloum castris munitis rex militem retineat, ratus breve saltem tempus fore Aetolis ad opem illis regionibus ferendam. Aratus autem cum suis et tempus maxime opportunum existimantes ad oppugnanda oppida et Leontii malitiam perspicientes contrariam plane proposuere sententiam. Qua etiam approbata Philippus inceptum iter exsequi perrexit intra urbes Stratum, Agrinium, Thestias ad sinistram, ad dextram vero sitas Conopen, Lysimachiam, Trichonium et Phoeteum. Deinde Metapam ad Trichonium lacum sitam ab Aetolis desertam quingentorum militum praesidio munivit, quae per fauces ingredienti exeuntique munimento esset, praesertim quum tota regio ista montibus arduis consita et silvis arcto admodum transitu excelleret. Praemissis inde mercenariis, quos Illyrii et cetrati cum Macedoniae phalangis legionariis sequebantur inque extremo agmine collocatis Cretensibus ad latera vero Thracum equitibus levisque armaturae militibus distributis per angustias illas profectus est (Polyb. V, 6. 7.).

Confecto ibi itinere ad vicum nomine Pamphiam pervenit, eaque munita per loca angusta et difficilia Thermum brevi tempore accessit. Ibi milites dimisit ut populabundi per agros et ur-

bis domos vagarentur, unde non solum necessarias ad victum res convehebant, sed etiam supellectiles pretiosissimas. Urbs enim illa et mercatu et ludis celeberrimis, qui quotannis ibi agebantur, nobilissima et conventu Aetolorum ditata rebus abundabat pretiosissimis. Collatis igitur undique rebus in primis necessariis et maxime pretiosis, reliquae supellectiles, prae ceteris autem arma quina dena millia et amplius congesta cremabantur. Nec tamen his contenti etiam templum et statuas heroum, deorum vero non sunt ausi, incenderunt recordati illorum, quae Dii Dodonaeque fecerant Aetoli. (Quam Philippi immanitatem Polybius (V, 9—13.) licet sit Aetolorum acerrimus inimicus (cf. Lucas p. 112—114.) merito vituperat (cf. Librum meum p. 82. Folardii Interpretationem Polybii V. p. 254. sq.)

Hinc Philippus assumtis rebus omnibus, quaecunque assumi poterant, Thermo quam celerrime profectus est, veritus ne Aetoli approperantes agmen novissimum invaderent, quod tamen prohiberi non potuit. Aetolorum enim ad auxilium ferendum circa tria millia congregata duce Alexandro Trichoniensi, quamdiu Philippus in altis montibus versabatur non apparuere sed in locis quibusdam occultis manserunt; ubi vero acies postrema coepta est moveri, Thermum statim invaserunt novissimumque agmen sunt adorti. Quae quum Philippus e loco quodam celso animadvertisset Illyrios statim cetratorumque expeditissimos in eos misit, qui hostem levi proelio in fugam converterunt. Centum ibi et triginta caesi sunt, nec pauciores capti. Illi deinde ex agmine novissimo, qui hostem fuderant, Pamphium cremant et secure per angustias itinere facto cum reliquis Macedonibus sese coniungunt. Philippus vero interea ad Metapam castra posuerat novissimum agmen ibi exspectans.

Postridie autem, diruta Metapa, ad urbem, quae Acras nuncupatur, progressus est populabundus agros transiens positisque ad Conopen castris proximum quievit diem. Insequenti deinde die ad Acheloi ripas Stratum usque processit amneque traiecto milites extra teli iactum collocavit, prius quae intus agerentur, exploraturus. Audiverat enim Stratum convenisse Aetolorum pedites circiter tres mille, equites quadringentos ferme, quingentos Cretenses. Quum autem exire nemo auderet primam aciem progredi Limnaeam ad naves contendens iussit. Sed dum extremi agminis milites ab Aetolorum et Cretensium equitibus lacessebantur levis ibi pugna exorta est, ac quum ex acie prima suppetias suis venissent nonnulli Aetolos, quorum centum fere sunt occisi, in fugam converterunt. Rex deinde diis sacrificabat gratias pro felici expeditionis eventu agens militumque praefectos convivio excepit (Polyb. V, 13. 14. Plut. Arat. 48.).

Quum vero omnes duces praeter Megaleam et Leontium, qui ab Apellis partibus stabant, gaudio de rebus feliciter gestis exsultarent, statim isti duo in suspicionem regi ceterisque venere. Dein-

de etiam quum poti e coena redirent, Aratum, cuius auctoritati obsequi regem sciebant, non solum conviciis verum etiam verberibus invasere; itaque accurrentibus ab utraque parte multis ad opem ferendam Leontius inter strepitum tumultuantium elapsus est, Aratus autem in tabernaculum se recepit. Megaleam vero et Crinonem quos rex increpatos non submissos sed feroces adeo quum videret in carcerem duci iussit multa viginti talentorum imposita (Plut. Arat. 48.). Aratum quoque bono esse iussit animo auxilium ei contra inimicos dignitatemque priorem, promittens, at Leontium qui quaerere e rege ausus erat, quis in vincula Megaleam coniecerit, rex responso, suo hoc factum esse iussu ita terruit, ut suspirans ira repressa discederet. Deinde vero Leucade in concilio Arati inimici regis iudicio condemnati sunt; Megaleam tamen Leontius pecuniis, quae tanquam multa erant statutae, solutis e vinculis exemit; Crinon vero in carcere detentus est (Polyb. V, 15. 16.).

Sub idem tempus Lycurgus iterum Lacedaemone profectus Tegeam oppugnavit. Sed quum nihil proficeret Spartam redire coactus est (Polyb. V, 5, 1. 17, 1.). Elei vero Dymaeorum agros populati sunt atque equites, qui subsidii causa venerant, in fugam converterunt, in quo proelio Polymedes Aegiensis, Agesipolis et Megacles Dymaei occubuerunt. Dorimachus etiam, quem cum Aetolorum copiis in Thessaliam expeditionem fecisse supra diximus, ratus, impune se hanc terram devastaturum, regemque ab obsidione Palaeatarum avocaturum esse iam celeriter suis opem ferens advenit, quum regem Aetoliam ingressum esse animadvertisset. Sed ne hic quidem quidquam peregit, serius enim advenit, quum iam rex Aetolia relicta Oeanthensium agros depopulatus classe Corinthum appulisset. Hic itaque navibus in Lechaeum portum subductis copiisque in terra expositis per literas certiores fecit Peloponnesi civitates, qua die praesto eas adesse cum armis in Tegeatarum urbe vellet.

Inde per Argos profectus Tegeam pervenit. Assumtis ibi Achaeorum copiis per loca saltuosa exercitum in Laconiam duxit ut inopinatis Spartanis superveniret, quartoque deinde die ad Amyclas accessit Menelaium ad dextram in itinere habens, castraque circa Carnium metatus est. Quod quum comperissent Spartani magno admodum timore perculsi sunt, quia nec exercitum in urbe habuerunt Lycurgo Aetolis opem ferente, nec regis adhuc iuvenis tam inopinatum adventum expectavere. Philippus contra mira celeritate omnia gessit ut ubique maxima admiratione dignus haberetur. Carnio inde profectus Asinam duxit, sed quum oppidum illud frustra oppugnare conatus esset, omnem Laconiam usque ad Taenarum depopulatus est. Unde conversus per navale Lacedaemoniorum, XXX stadia a Gythio, profectus circa Helos consedit copiisque pabulatum dimissis usque ad Boeas omnia loca

hostiliter sane tractata maximo affecit detrimento (Polyb. V, 17, 8. 18, 1—3. 19.).

Sed etiam ubi τὸ σημαινόμενον quidem tenorem non erigit, versus autem conformatio pronomini primum hexametri locum assignavit, ubi inclinationem locum non habere alibi docebitur, ἦμῖν *et* ὑμῖν *semper utramque syllabam producunt.* Ἡμῖν cum undecies ita legatur, novem locis nullam de productione ultimae syllabae naturali admittit dubitationem, bis dativi exitus littera consonante, quae sequitur, longus reddi potest videri. *Prioris generis* haec sunt exempla: *Od. III*, 55. VII, 207. VIII, 565 et XIII, 137. — IX, 52. XVI, 311. XXI, 364. XXIII, 133. XXIV, 169. — *Consonante* excipitur ἡμῖν his duobus locis: Il. XV, 720. Od. XXIV, 126. — *Pronominis* ὑμῖν *exitus*, quod sensu absoluto bis in versus exordio legitur, altero loco aperte natura producitur. *Il. VII*, 31. ἐπεὶ ὣς φίλον ἔπλετο θυμῷ Ὑμῖν ἀθανάτῃσι: altero alii fortasse hac de re propter consonantium positionem dubitabunt. *Od. IX*, 17. ἐγὼ δ' ἂν ἔπειτα φυγὼν ὕπο νηλεὲς ἦμαρ Ὑμῖν ξεῖνος ἔω. — Cum ita orthotonumenas formas ultimam semper producere iamiam viderimus, ad enclíticas contemplandas nobis est transeundum.

§. 4.

Ἡμῖν *et* ὑμῖν ἐγκλιτικῶς *posita ultimam apud Homerum semper corripiunt.*

Secundae personae dativus pluralis in carminibus Homericis *forte* (veram enim causam paullo infra cognoscemus) *numquam enclitice scribitur:* idem casus *primae personae* undecies, et quidem ita, ut *octo* in locis, cum necessario trochaeum faciat, recte perispomenos scribatur; *bis* in fine versus pronomen sit collocatum, recte tamen *in penultima circumflexo notetur**): *uno* tan-

*) Bekkerus in censura Homeri Wolfiani Ephem. Jenens. 1809. 2. 248. ἦμιν, ὦμιν in ultima versus regione scribi vult: quamquam Aristarchum ipsum ἦμιν praetulisse concedit.

tum loco, Il. I, 379, encliticum pronomen vocabulo excipiatur, quod *a consonante exordiatur:* (*ὄφρα μὴ αὖτε*) *Νεικείῃσι πατὴρ, σὺν δ' ἦμιν δαῖτα ταρύσσῃ:* ubi Wolfius acutum in priore syllaba nostra quidem sententia minus recte posuit: Sch. A. de enclisi tantum monet in universum.

Προπερισπωμένως scribitur *ἡμῖν Od. VIII*, 569. et XIII, 177. — XI, 344. X, 563. (cf. Eustath.) XVII, 375. XX, 272. (cf. Eust.) Il. XVII, 415. 417.

Ultima versus parte pronomen continetur *Od. I*, 166., ad quem locum Eustathius de sola inclinatione, nihil de correptione monet; Il. VII, 352. Videmus igitur dativum pronominis pluralem ab Homeri editoribus solum iis in locis inclinari, in quibus *ultima syllaba necessario sit correpta*, et semel tantum, quamquam consonantium positura extremam reddat longam, acutum in principium esse retractum. At restat permagnus versuum numerus, in quibus pronomen vulgo *ὀρθοτονούμενον*, cum nulla orthotoneseos causa appareat, inclinandum esse existimamus: qua in sententia nonnumquam Scholiastarum auctoritate sumus confirmati, quod singulis locis monebimus. Inter omnia, quae diximus, exempla commune aliquid, quo editores in errorem videntur inducti esse, intercedit: nullo enim loco vocalis sequitur pronomen, *quod semper aut in fine versus aut ante consonantem positum est. Decies ἡμῖν* vocabulo, quod a consona incipit, antecedit: fere toties extremum versus locum obtinet. Ex priore genere sunt *Od. II*, 30. (*ἠέ τιν' ἀγγελίην — ἔκλυεν.*) *Ἦν χ' ἡμῖν σάφα εἴποι.* 94. *ὕφαινεν Λεπτὸν καὶ περίμετρον ἄφαρ δ' ἡμῖν μετέειπε*, quae repetuntur XXIV, 129. — II, 325. *ἦ μάλα Τηλέμαχος φόνον ἡμῖν μερμηρίζει.* VIII, 246. (*οὐ γὰρ πύγμαχοι εἰμὲν ἀμύμονες —*) *Αἰεὶ δ' ἡμῖν δαὶς τε φίλη.* XIII, 182. *αἴ κ' ἐλεήσῃ, Μηδ' ἡμῖν περίμηκες ὄρος πόλει ἀμφικαλύψῃ* (Harlei. *βαρυντέον*, inquit, *τὴν ἡμῖν.* cf. §. 177. ubi recte *μέγα δ' ἦμιν ἄρος* etc.: ne quis vero altero loco propter relationem ad enunciati primarii subiectum orthotonesin esse necessariam, alio tempore efficiemus.) *XVIII*, 48 *αἰεὶ δ' αἰθ' ἡμῖν μεταδαίσεται XX*, 245. *ὦ φίλοι, οὐχ ἡμῖν συνθεύσεται ἥδε βουλή*, quo loco nulla est oppositio, qualis *non nobis*, sed aliis: *ἐν ὑπερβατῷ* enim *κεῖται* negatio. *Il. III*, 160. *μηδ' ἡμῖν τεκέεσσί τ' ὀπίσσω πῆμα λίποιτο* (nulla enim est *συμπλοκή:* cf. Heyn. ad h. l. „Voluere *ἦμιν* scribi veteres apud Schol. A. B. L.“—) *XV*, 719. *νῦν ἡμῖν πάντων Ζεὺς ἄξιον ἦμαρ ἔδωκεν.* — *Novem illa alterius classis exempla* leguntur: *Od. III*, 173. *ἠτέομεν δὲ θεὸν φῆναι τέρας αὐτὰρ ὅγ' ἡμῖν Δεῖξεν. IV*, 776. *Μῦθον, ὃ δὴ καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶν ἤραρεν ἡμῖν. XIII*, 279. *σπουδῇ δ' ἐς λιμένα προερέσσαμεν οὐδέ τις ἡμῖν Δόρπου μνῆστις ἔην.* XXIII, 109. *Γνωσόμεθ' — ἔστι γὰρ ἡμῖν Σήματα. XXIV*, 400. *ἐπεὶ νόστησας ἐελδομένοισι μάλ' ἡμῖν. Il. I*, 214. *σὺ δ' ἴσχεο, πείθεο δ' ἡμῖν*, quo loco Aristarchus *ἦμιν* legi iubet 583. *Ἴλαος*

Ὀλύμπιος ἔσσεται ἡμῖν. II, 339. πῇ δὴ συνθέσιαί τε καὶ ὅρκια βήσεται ἡμῖν: ubi ἦμιν praeferendum esse, et alii loci et omnium simillimus Apoll. Argon. IV, 358. ostendunt, ποῦ τοι Διὸς ἱκεσίοιο Ὅρκια. XXII, 489. ἔρρ' οὕτως, οὐ σός γε πατὴρ μεταδαίνυται ἡμῖν, quamquam ab hoc loco propter antithesin orthotonesis non prorsus aliena videtur esse.

Τμῖν octo locis ante *consonantem*, tribus in *exitu versus positum* minus recte ab editoribus ὀρθοτονεῖται. Od. I, 372. καθεζώμεσθα κιόντες Πάντες, ἵν' ὑμῖν μῦθον ἀπηλεγέως ἀποείπω. Codicis August. ὔμμιν ad ὔμιν ducere, infra videbimus. II, 43. ἦν χ' ὑμῖν σάφα εἴπω IV, 415. καὶ τότ' ἔπειθ' ὑμῖν μελέτω (al. ὔμμιν). XV, 452. ὁ δ' ὑμῖν μύριον ὦνον Ἄλφοι. XX, 328. ὄφρα μὲν ὑμῖν θυμὸς ἐώλπει. XXII, 65. νῦν ὑμῖν παράκειται ἐναντίον ἠὲ μάχεσθαι. Il. XIV, 482. φράζεσθ', ὡς ὑμῖν Πρόμαχος — εὖδει. XXI, 129. ὑμεῖς μὲν φεύγοντες — Οὐδ' ὑμῖν πόταμός περ — Ἀρκέσει. — Ultimam versus regionem occupat ὑμῖν Od. IV, 94. καὶ πατέρων τάδε μέλλετ' ἀκούειν, οἵτινες ὑμῖν Εἰσίν (al. ὔμμιν) X, 464. αἰεὶ — μεμνήμενοι, οὐδέ ποθ' ὑμῖν Θυμὸς ἐν εὐφροσύνῃ. Il. XXIV, 336. σχέτλιοί ἐστε, θεοί... οὔ νύ ποθ' Ἕκτωρ, μηρί' ἔκηε; ad quem locum Schol. A. „ἐγκλιτικῶς τὴν ὔμιν ἀναγνωστέον· ἔστι γὰρ ἀπόλυτος."

Posteaquam ita apud Homerum pronomina orthotonumena semper ultimam producere, enclitica corripere vidimus*), reliquum iam est, ut locos nonnullos, in quibus dativi inclinati ultimam producere videantur, in iudicium vocemus. Homerica carmina perlustrans omnia in unum modo locum incidi, quo pronomen *enclitice scriptum* sequente vocali *ultimam producit*. Il. I, 147. ὄφρ' ἦμιν Ἑκαέργον ἱλάσσεαι ἱερὰ ῥέξας, nisi forte ad litteram Aeolicam confugere vis. At ne causae nostrae metuentes iis exemplis, quae contra nos facere possint, lectores fraudasse videamur, etiam illos locos, in quibus pronominum ἦμιν et ὑμῖν ultima syllaba longa, accentus autem, quamquam ab editoribus ὀρθοτόνως scribuntur, inclinandus videtur esse proferemus. Huius autem generis quinque reperi exempla, etsi in plerisque inclinatio in dubium vocari potest. Od. XV, 431. ἦ ῥά κε νῦν πάλιν αὖτις ἅμ' ἦμιν οἴκαδ' ἔποιο: sed, quia dativus cum adverbio, quod praepositionis vicibus fungitur, est coniunctus, pronomen proprium accentum retinere potest. XVI, 426. οὕνεκα λῃστῆρσιν ἐπισπόμενος Ταφίοισιν Ἦκαχε Θεσπρωτούς· οἱ δ' ἦμιν ἄρθμιοι ἦσαν: a quo loco personarum oppositio non prorsus est aliena. Il. I, 67. (αἴ κέν πως ἀρνῶν) Βούλεται ἀντιάσας, ἦμιν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι. Sic Wolfius locum distin-

*) De ceterorum epicorum usu alio tempore videre est animus: Apollonium Rhodium ab Homerica consuetudine non declinasse, iam nunc confirmare queo.

guit: tum orthotonesis, quam Bekkerus l. l. a Scholiis verborum ordine defendi dicit, recte se habet. At, cum infinitivus ἀμῦναι a verbo βούλεται pendeat, interpunctio est tollenda: et hoc loco pronomen vere encliticum ultimam non corripit. Ὑμῖν ita nobis occurrit *Od. XII*, 271. κέκλυτέ μευ μύθιον — Ὄφρ' ὑμῖν εἴπω, ubi forma enclitica, etiam Harleiani ὔμμιν comprobata, nisi littera Aeolica positionem effici credas, alteram syllabam per se producit. *XVI*, 387. εἰ δ' ὑμῖν ὅδε μῦθος ἀφανδάνει —, quo loco tamen de tenoris retractione dubitari licet. — Quae exempla si inter se comparaveris, *quatuor* ita comparata invenies, ut in secundam pronominis syllabam arsis incidat, unde productionem ortam esse sine cuiusquam offensione contendi posse crediderim: ut de littera Aeolica, quam duobus in locis fortasse aliquis odorabitur, et de maiore vi, qua pronomen in uno illorum exemplorum esse praeditum videtur, nihil dicam. *Duo* restant versus, in quibus ultima pronominis syllaba in thesi posita producitur, Od. XV, 431 et XVI, 426.: at in priore ex his exemplis dativum ob additum adverbium, altero ob σημαινόμενον inclinatum non esse, iam supra demonstrasse videmur.

Sic in omnibus carminibus Homericis locum, quo in encliticis dativorum formis ultimae syllabae productio esset necessaria, nullum nobis licuit indagare.

§. 5.

De accusativis ἡμᾶς, ὑμᾶς, σφᾶς.

In transcursu etiam de usu formarum ἡμᾶς, ὑμᾶς, σφᾶς Homerico aliquid nobis fuit monendum: quamquam de iis, cum plerumque dissolutae formae in εας appareant, certi aliquid constituere nondum nobis contigit. Ἧμας uno tantum loco invenimus *Od. XVI*, 372. μηδ' ἧμας ὑπεκφύγοι, quod eo loco etiam Apoll. de pron. p. 127. legit. σφᾶς in editione Wolfiana prorsus non apparet: est autem restituendum Il. V, 567. μέγα δέ σφας ἀποσφήλειε πόνοιο, cum longior forma σφέας metrum corrumpat. Heynius recte recepit σφᾶς (cf. T. V, p. 108 et suppl. p. 712.) laudatus eo nomine a Buttmanno Lexil. T. I, p. 61. (cf. Gr. Gr. I, p. 296. adn. 17.). Et ne quid dubii hac de re relinquatur, Apollonii auctoritate efficitur, qui de pron. p. 127. ἡ σφᾶς, inquit, ἔσθ' ὅτι συστέλλει τὸ ᾱ κατ' ἔγκλισιν, συζύγως τῇ „μηδ' ἧμας" ἐν τῷ „μέγα δέ σφας ἀποσφήλειε πόνοιο (cf. Thiersch. Gr. Gr. p. 328.). Etiam *Od. VIII*, 315. idem Apollonius (p. 128) σφας legi iubet σαφές ἐστιν, inquit, ὡς ἐν τῷ Οὐ μέν σφας ἔτ' ἔολπα περιεγράφετο*) τῆς περισπωμένης. At quod σφας encliticum h. l.

*) Σφᾶς personale a possessivo ita differre dixerat, ut alterum acueretur, πρωτότυπον et circumflecteretur et Ionicam diaeresin admitteret:

producitur, eius rei causa e legibus metricis est repetenda: quemadmodum etiam dativi ἦμιν ultimam syllabam ob arsin longam esse vidimus.

Quibus causis adductus Bekkerus l. l. ὔμας, quod alibi nusquam apud Homerum reperitur. Od. XII, 163. αἰ δέ κε λίσσωμαι ὑμέας, λῦσαί τε κελεύω pro ὑμέας receperit, equidem assequi nequeo.

§. 6.

De usu formarum ἄμμιν, ὔμμιν etc. Homerico.

Priusquam ab epicis ad tragicorum fabulas nos convertimus, de dialecticis pluralium pronominum formis aliquid commemorare constituimus. Homerici sermonis cognitio nostra tam est exigua, ut, quam sibi legem poeta in usu plurium formarum, quae nunc diversis dialectis assignentur, praescripserit, plerumque ignoremus. At nemo profecto invenietur, qui, ut exemplum proferam, Homerum dativi formis ἡμῖν et ἄμμιν, ὑμῖν et ὔμμιν promiscue usurpasse, serio contendat: quamquam in vulgaribus libris, quos his de rebus accuratius egisse exspectaveris, de ἄμμιν et ceteris eius generis formis nihil adnotatur, nisi quod Aeolicis et Doribus epicisque in usu fuisse dicuntur. Ne Bekkerus quidem, cum ceteras res, quae huc pertinent, l. l. optime illustravit, de horum pronominum diversitate accurate loqui est dignatus. Nostris conatibus qui fuerit eventus, aequi iudices diiudicabunt: ceterum rem ipsam, cum accentus viam nobis monstrassent, ab hoc loco non prorsus alienam esse existimavimus.

Quum ἡμῖν et ὑμῖν, quando recto accentu utantur, ultimam numquam corripere sciamus, formae ἄμμι et ἄμμιν, ὔμμι et ὔμμιν commodissimae fuere epico poetae, ubi dativos pronominum trochaico numero volunt pronunciare, accentum inclinare non potuit. Et hunc formarum, quibus littera ν addita est, usum in Homericis carminibus unicum esse crediderim, *ut, quando tenore non inclinato pronominis ultima sit corripienda, ante vocales ponantur.* Alium atque illa pronomina usum habebant dativi ἄμμι et ὔμμι: usurpabantur enim accentu *et inclinato et erecto, ubi trochaicum numerum formarum* ἦμιν, ὦμιν, ἄμμιν, ὔμμιν *sequens littera consona perderet.* Formas autem illas dialecticas accentu non immutato et ἐγκλιτικῶς et ὀρθοτόνως proferri, Apollonius de pron. p. 123 docet. Αἰολεῖς ἄμμι· ἀλλά τις ἄμμι δόμων τοῦτο ἦν καὶ τὸ Ἄμμι δ' ἀρήγει (Il. XV, 493.) ὁμόλογον ὅτι κἂν ὀρθοτονῆται μίαν καὶ τὴν αὐτὴν

---

in illo igitur exemplo οὐ μέν σφας ἔτ' ἔολπα aperte σφας circumflexo esse privatum. Eadem significatione περιγράφεσθαι legitur de synt. p. 162, 16. ἡ ὁμοφωνήσασα γενικὴ τῇ κτητικῇ ἀντωνυμία περιγράφεται τῆς κτητικῆς συντάξεως. cf. ibid. p. 120 et 122 ab init.

τάσιν ἔχει. Quibus verbis ne quis contra nostram sententiam, quam de Homerico pronominum ἄμμιν et ὔμμιν usu pronunciavimus, abutatur, non est quod extimescamus. Nam cum has formas ab Homero semper ὀρθοτονεῖσθαι dixerimus, nihil contra Apollonii, qui utramque pronunciationem probet, auctoritatem nos egisse arbitramur, quippe quod ille et de ἄμμι nec de solo Homerico, sed etiam Aeolum usu dicat. Sed ne temere garrire videamur, necesse est, quam sententiam sine ullo auctore pronunciaverimus, exemplis certe confirmemus. Ἄμμιν apud Homerum *quinquies* legitur et *semel* quidem ita, ut sententiae nostrae faveat: *Il. XIV*, 84. αἴθ' ὤφελλες ἀεικελίου στρατοῦ ἄλλου Σημαίνειν μηδ' ἄμμιν ἀνασσέμεν: *tum* in fine versus positum ἡμῖν vel ἦμιν loco videtur movisse *Od. II*, 334. οὕτω κεν καὶ μᾶλλον ὀφέλλειν πόνον ἄμμιν (pro ἦμιν). *XXII*, 262. ὦ φίλοι, ἤδη μέν κεν ἐγὼν εἴποιμι καὶ ἄμμιν (pro ἡμῖν: cui non in mentem venit similis exitus in exordio Odysseae τῶν ἀμόθεν γε θεὰ — εἰπὲ καὶ ἡμῖν?) *Il. XIII*, 379. εἴ κε σὺν ἄμμιν | Ἰλίου ἐκπέρσῃς — πτολίεθρον. *Semel* ἄμμιν *enclitice* legitur sequente vocali, ubi ἦμιν locum habere debuit: ἔνθα γὰρ αἰνότατον κακὸν ἔμμεναι ἄμμιν ἔφασκεν. At rem meam male obtinere videri possumus, cum unus tantum locus iudicium nostrum confirmet, quatuor eidem adversentur. Sed noli oblivisci, quam facile grammatici metri necessitate non impediti ἄμμιν invehere potuerint, praesertim cum ἄμμι tam frequenter apud Homerum legatur, ἄμμιν, si lex nostra vera sit, semel tantum occurrat: formas vero illas vulgares et dialecticas saepenumero commutari, ὔμμιν et ὑμῖν, ad quas nunc transeamus, optime declarabunt. Υ̓́μμιν *undecies* in Homericis carminibus legitur: sed duobus locis varia lectio ὑμῖν praebet.

Tribus in locis, ut sententiam nostram comprobet, *maiore cum vi ante vocalem positum est. Il. XIII*, 95. αἰδὼς Ἀργεῖοι κοῦροι νέοι! ὔμμιν ἔγωγε Μαρναμένοισι πέπονθα. *Od. II*, 320. (οὐ γὰρ νηὸς ἐπήβολος οὐδ' ἐρεταίου) Γίγνομαι ὥς νύ που ὔμμιν ἐείσατο κέρδιον εἶναι (Schol. σὺν βαρύτητι εἴρηται, unde ὀρθοτόνησις sequi videtur) *XI*, 336. Φαίηκες, πῶς ὔμμιν ἀνὴρ ὅδε φαίνεται εἶναι: sic saepe post vocativos orthotonumena pronomina ponuntur. *In reliquis octo locis encliticum* ὖμιν *Aeolica forma expulsum esse videtur:* his autem argumentis sententiam nostram fulciri arbitramur. Primum quod hoc modo Homero restituitur encliticum ὖμιν, quae forma alioquin apud eum non legitur, quod casu factum esse non potest: deinde quod ὔμμιν, si in undecim illis locis retinetur, *multo frequentius legitur, quam* ἄμμιν, cum ὔμμι et ὑμῖν usu rariores sunt, quam formae primae personae, quae iis respondent: tum, quod quatuor in locis Var. lectio ὑμῖν pro ὔμμιν, aliis Od. I, 373 et XII, 272, ubi ὖμιν legendum esse vidimus, ὔμμιν pro ὖμιν praebet: denique quod in tribus exemplis ὔμμιν ante consonantem positum est,

quod formae ἄμμιν numquam accidit. Sed iam singula exempla contemplemur. *Il. IV*, 249. (Num Troianos exspectabitis) ὄφρα ἴδητ' αἴ κ' ὔμμιν ὑπέρσχῃ χεῖρα Κρονίων: nisi forte maiore cum vi est pronunciandum, utrum vos an Troianos defendat. *Od. XV*, 505. ἠῶθεν δέ κεν ὔμμιν ὁδοιπόριον παραθείμην. In fine versus legitur *Od. IV*, 94. καὶ πατέρων τάδε μέλλετ' ἀκουέμεν, οἵτινες ὔμμιν Εἰσίν: nunc vulgo legitur ὑμῖν: sed illa lectio indicio est, solam encliticam formam, quam iam supra huic loco adiudicavimus, recte sese habere. — *XI*, 340. μηδὲ τὰ δῶρα Οὕτω χρηΐζοντι κολούετε. πολλὰ γὰρ ὔμμιν Κτήματ' ἐνὶ μεγάροισιν (quo loco aeque bene ὑμῖν ferri potest.). XX, 367. τοῖς ἔξειμι θύραζε, ἐπεὶ νοέω κακὸν ὔμμιν Ἐρχόμενον. Ante consonantem ὔμμιν positum est *Il. X*, 380. τῶν κ' ὔμμιν χαρίσαντο πατὴρ ἀπερείσι' ἄποινα, quo loco in incerto sum, utrum ὑμῖν an ὔμιν sit praeferendum: *Od. I*, 376, qui versus II, 141. repetitur, et Od. IV, 415. nunc quidem ὑμῖν legitur: cum autem plures codices ὔμμιν exhibeant, tertia lectio, nostra quidem sententia verissima, ὔμιν effingi potest: εἰ δ' ὔμιν δοκέει τόδε λωΐτερον καὶ ἄμεινον et *IV*, 415. καὶ τότ' ἔπειθ' ὔμιν μελέτω κάρτος τε βίη τε.

Sub finem huius quaestionis, quam de dativorum formis epicis instituimus, exempla dativorum ἄμμι et ὔμμι et ἀπολύτως et maiore cum vi usurpatorum sine ulla adnotatione recenseamus. Ὀρθοτόνως legitur ἄμμι Il. I, 384. II, 137. IV, 197. 207. IX, 427. XI, 714. XV, 493. XX, 140. Od. I, 123. VII, 203. sensu *enclitico* Il. XVIII, 279. XXIII, 160. Od. IV, 770. VI, 205. — Semel tantum vitiose pro ἦμιν, quod restituendum esse existimamus, in fine versus collocatum est: Il. X, 70. ἀλλὰ καὶ αὐτοί περ πονεώμεθα· ὧδέ που ἄμμι Ζεὺς ἐπὶ γεινομένοισιν ἴει κακότητα. Pro *orthotonumena* forma ὔμμι positum est Il. VI, 77, pro *enclitica* Il. VII, 387. XIII, 625. XV, 109. Od. II, 316. *Utroque* sensu etiam formae, quae vocalem ῑ elidunt, usurpantur: ἄμμι tantummodo enclitice legitur Il. VII, 77. ὔμμ' eadem ratione nobis occurrit Il. X, 537. XXIII, 787. Od. XXII, 62. ὀρθοτόνως dictum invenitur Od. XVII, 41.

§. 7.

De tragicorum usu pronominum pers. pluralis numeri.

At iam videamus, num, quam sententiam de productis et correptis ultimis pronominum pluralium syllabis pronunciavimus, a tragicorum quoque usu confirmetur. Qua in quaestione ad unius Sophoclis fabulas nobis est respiciendum: nam neque Aeschylus neque Euripides horum pronominum usum encliticum videntur recepisse. Quam sententiam, nisi ad veterum librorum auctoritatem confugere velis, quibus argumentis comprobem,

equidem nescio: neque enim, si ἡμῖν, ὑμῖν, ἡμᾶς, ὑμᾶς, σφᾶς ultima correpta nusquam apud illos scriptores inveniri confirmo — quod optimo iure confirmare queo, cum singulos locos accuratissime notaverim — iam quidquam de usu enclitico probari, quoniam, correptionem cum enclisi semper fuisse coniunctam, adhuc nobis est ostendendum et in hac ipsa re fere summa totius causae versatur. Apud Euripidem uno loco (Phoen. 778.) ἡμῖν sensu enclitico ultimam corripit Ἐν δ' ἡμῖν ἀργόν ἐστιν —: sed lectio variat et editores nonnullos Codd. secuti verbis translocandis locum sanaverunt: cf. Matth. et Porson. ad l. l. Alibi (Hec. 511.) Hermannus retracto accentu ἧμας scribit (μετῆλθες ἧμας): sed Matthiae vulgarem consuetudinem servavit, idque his verbis defendit: „nullus locus est in Euripide (qui multi sunt in Sophocle) ubi metrum ἧμας encliticum postulat, multa, ubi ne recipit quidem." Ex quibus verbis, virum doctissimum sententiae nostrae de ultima encliticarum syllaba favere, colligi posse videtur.

Σφᾶς, quod apud Euripidem quinque locis apparet, semper aut ante consonantem legitur aut tali loco, quo longa syllaba aeque bene ac brevis admittitur. *Bacch.* 212. (caperem eas). Καὶ σφᾶς σιδηραῖς ἁρμόσας ἐν ἄρκυσι etc. 915. καὶ μὴν δοκῶ σφᾶς ἐν λόχμαις — 918. Λήψει δ' ἴσως σφᾶς, ἢν σὺ — *Med.* 1375. (Elmsl. 1345.) οὐ δῆτ' ἐπεὶ σφᾶς τῇδ' ἐγὼ θάψω χερί — *Orest.* 1125. ἐκκλήσομεν σφᾶς ἄλλον ἄλλοσε στέγης. Equidem his locis omnibus pronomen inclinandum esse arbitror, quamquam apud prosaicos scriptores σφῶν, σφᾶς semper ὀρθοτονεῖσθαι contendit Buttmannus (Gr. Gr. I, p. 296. Lexil. I. p. 61. n. 20.) qua de re nunc nihil affirmare queo. Apud tragicos poetas editiones veteres non consentire, iam ex adnotatione Elmsleii ad Eur. Med. 1375. (45.) elucebit: „Rom. A. ante corr. ἐπεί σφας. Rom. C. Lasc. ἐπί σφας. Rom. A. a Corr. B. ἐπεὶ σφᾶς quod admisi. Sic etiam Zimmermannus. Ὀρθοτονεῖσθαι σφῶν, σφίσι, σφᾶς secus ac σφε, σφιν monent veteres grammatici*). Aldus in hac re parum sibi constat. Nam σφᾶς dedit apud Soph. Oed. T. 1470. Eur. Or. 1127. Bacch. 231. 955. 958. σφᾶς apud Soph. Oed. T. 1508. σφᾶς apud Aesch. Prom. 442. σφας apud Soph. Oed. C. 486. Antig. 128. Ai. 839. Idem σφίσιν apud Aesch. Prom. 480: apud Soph. Oed. C. 59. El. 1070. — " Quibus praemissis continuo, qua ratione ultima pronominum personalium et rectorum et inclinatorum apud Sophoclem sit pronuncianda, videbimus.

---

*) Nisi forte haec verba ad vulgarem pedestris orationis usum pertinent aut utrumque pronunciandi modum illis pronominibus a grammaticis addici significant, Elmsleius errorem commisit: (cf. Herm. ad Oed. C. 487.) nam aliud fuisse de hac re grammaticorum praeceptum, alio loco monebimus.

§. 8.

Ἡμῖν et ὑμῖν, ἡμᾶς et ὑμᾶς tenore non inclinato ultimam apud Sophoclem semper producunt.

Eundem ordinem atque supra secuti primum terminationem pronominum *ὀρθοτονουμένων* semper produci ostendemus. *Ἡμῖν*, cum vel in initio senarii sit collocatum, vel aliis personis per particulas *μέν — δέ* aliove modo opponatur, vel cum praepositione sit coniunctum, *decem et octo locis ὀρθοτονεῖσθαι est necesse. Nulla* de extremae syllabae natura admittitur *dubitatio duobus in locis.* Elect. 453. (ed. Brunck.) 1380. *Sequente consona undecies legitur* Ai. 331. El. 85. 1000. Oed. R. 404. 843. Antig. 681. Oed. C. 414. 1589. 1426. Phil. 247. 1057. *In prima pedum imparium parte*, ut de mensura ultimae syllabae ambigere liceat, *quinquies invenitur* Elect. 1431. Oed. C. 633. Trach. 589. Phil. 1333. (ubi Porsonus vitiose *τῶν παρ' ἡμῖν* scribit). Quo etiam retulerim Trach. 1273., ubi *ἡμῖν* in fine dimetri anapaest. legitur: *τὰ δὲ νῦν ἑστῶτ', οἰκτρὰ μὲν ἡμῖν, Αἰσχρὰ δ' ἐκείνοις — Orthotonumenon ὑμῖν* ultimam aperte producit Ai. 689 et Oed. C. 826: *octo in locis* ante *consonantem* legitur. Ai. 43. 566. Oed. R. 223. 252. 273. Trach. 554; ubi propter distinctionem, quam Hermannus rectissime posuit, orthotonesis necessaria est: ibid. 675. Phil. 938. *Quinquies* ὑμῖν in talem versus partem incidit, ut, utrum longa sit an brevis extrema syllaba, dubitare possis: Oed. R. 382. Oed. C. 99. 1126. Phil. 743. In fine numerorum anapaestorum legitur Oed. C. 1774. — *Accusativus ἡμᾶς* accentu recto sine ulla controversia spondeum facit: Ai. 1232. Elect. 975.: ubi recte se habet orthotonesis, cum pronomen maiore cum vi sit pronunciandum. Phil. 528. *Decem et septem* locis ante litteram consonam pronomen est positum: Ai. 273. 775. 1309. 1362. Elect. 24. 598. 1010. Oed. R. 331. Oed. C. 798. Trach. 91. 872. Phil. 92. 588. 995. 1221. 1364. Rarius ὑμᾶς orthotonumenon legitur: nam *semel* tantum ante vocalem occurrit Phil. 230. *quater* ante consonantem Ai. 47. Oed. R. 1574. Antig. 164. Trach. 533. — Itaque *ultimam syllabam pronominum*, de quibus dicimus, orthotonumenon *usquam correptam esse nego:* nam Trach. 320. verba aut aliter esse explicanda aut transponenda arbitror. Deianira enim, cum ei, num captivus nomen sciret, quaerenti Lichas respondisset "Ηκιστα· σιγῇ τοὐμὸν ἔργον ἤνυτον, hisce verbis ad captivam sese convertit: εἶτ', ὦ τάλαιν', ἀλλ' ἡμὶν ἐκ σαυτῆς· ἔπει Καὶ ξυμφορά τις μὴ εἰδέναι δέ γ' ἥτις εἶ. Unde haec verba omnia alia, quam „dic nobis certe tua sponte," significare mihi quidem videntur: ἀλλά enim aut ἐν ὑπερβατῷ positum, id quod praefero, cum ἐκ σαυτῆς est coniungendum: si Lichas respondere non vult, tu ipsa nobis dicas: aut ad εἰπέ est referendum et tum verba melius ita transponuntur: ἀλλ', ὦ τάλαιν', εἶπ' ἡμὶν ἐκ σαυτῆς. Sed ut

ut res est, recte se habet encliticum pronomen et προπεριισπωμένως est scribendum. — Ex iis, quae de Homerico et Sophocleo pronominum orthotonumenon usu diximus, iam, quod Buttmannus Gr. Gr. T. I, p. 296. ἡμάς, ἡμῖν etc. a poetis scribi dicat, ad illos quidem poetas non pertinere, per se apparebit.

§. 9.

Formae pronominum pluralis numeri encliticae apud Sophoclem ultimam semper corripiunt.

At iam alteram disputationis nostrae partem absolvamus, et num pronomina pluralis numeri accentu inclinato apud Sophoclem semper corripiantur, videamus*). Ἥμῖν accentu inclinato *viginti sex locis ultimam* aperte corripit: leguntur autem *Ai.* 216. 733. *El.* 17. 41. 272. 357. 496. 877. 898. 1318. 1372. *Oed. R.* 39. 42. 86. 103. 242. 765. 921. *Antig.* 253. *Oed. C.* 549. 1038. 1201. (ubi ἀλλὰ ad verbum pertinet.) *Trach.* 873. *Phil.* 8. 465. *Triginta quatuor* locis utrum pronominis enclitici ultima longa sit, an brevis non patet; et quidem *semel et vicies*, quia in ea trimetri sede collocatum est, in qua et iambus et spondeus admittitur. Huius autem generis exempla, in quibus omnibus iambum praeferendum esse arbitramur, haec sunt: *Ai.* 679. (ubi Lobeck. recte properispomenos scribit: Hermannus accentum non inclinat; alibi autem in talibus exemplis priorem syllabam plerumque circumflectit) 826. 898. *El.* 311. 656. 948. 1443. 1454. *Oed. R.* 306. *Antig.* 734. 1016. *Oed. C.* 25. 34. 81. 556. 723. 1156. 1249. *Trach.* 201. *Phil.* 1337. *Tredecim locis* ἡμῖν *encliticum ante litteram consonam collocatum ultimam per se brevem producit:* *Ai.* 233. 283. 789. (in his duobus exemplis etiam Hermannus priorem encliticae circumflectit:) 1224. *Elect.* 1173. 1202. *Oed. R.* 52. *Antig.* 486. (cf. Herm.) *Trach.* 541. *Phil.* 12. 739. 1078. 1180. *Secundae personae dativus pluralis numeri ultimam tenore inclinato sine ulla controversia his decem locis corripit:* *Ai.* 864. 1241. 1264. 1282. *El.* 804. *Oed. R.* 991. 1402. 1484. *Antig.* 308. (οὗ enim ἐν ὑπερβατῷ κείμενον cum verbo est coniungendum). *Tredecim* locis *de ultimae enclitici* ὑμῖν *natura dubitari licet*, cum *novies* in imparibus trimetri sedibus, *quater*

*) Quod singulis locis, quomodo ab Hermanno et Schaefero pronomina scribantur, non indicavimus, nonnulli fortasse vitio nobis vertent. Sed hos admonitos velim, Hermannum alias in pronominibus pluralibus scribendis rationes, de quibus ipsi infra demum diximus, esse secutum: Schaeferum autem parum sibi constare, ut, utrum ab Hermanni partibus stet, an eius auctoritatem non sequatur, diiudicari nequeat. Melius igitur, ubi de pronominum usu enclitico agitur, quando Schaef. et Herm. accentum etsi ex ipsorum legibus liceret, inclinare sint obliti, animadvertendum esse arbitror.

ante vocabulum, quod a consonante incipit, sit collocatum. Ob priorem caussam, num altera syllaba sit corripienda, non patet *El.* 1328. 1332. *Oed. R.* 1482. *Oed. C.* 1167. 1408. *Antig.* 1035. *Phil.* 531. In fine numerorum ὑμῖν legitur *ibid.* 1154. Vocabulum, quod *a consonante incipit*, dativus encliticus secundae personae pluralis antecedit: *Oed. R.* 755. *Oed. C.* 1205. 1612. *Phil.* 1030. Antequam de iis locis, quibus ultima enclitici dativi produci videatur, disseramus, accusativi exempla cum lectoribus communicabimus. Neque ἡμᾶς neque ὑμᾶς ultimam accentu inclinato manifesto corripit, sed aut in *imparibus trimetri sedibus, aut ante consonantem* positum est. Priore *ratione* ἡμᾶς *decies legitur*: *Ai.* 125. (ubi cum verbum eiusdem ac pronomen sit personae, ἡμᾶς nonnullis fortasse accentu recto scribendum esse videbitur: quamquam in talibus etiam tenoris inclinationem admitti alio loco ostendemus. Quod si etiam in aliis exemplis accidet, ut de scribendi ratione ambigatur, caussae nostrae non obesse arbitramur. Nam si quis pronomen ὀρθοτονεῖν praeoptet, ei ultimam pronominis syllabam producere licebit.) *ibid.* 142. 1244: (ubi cur Hermannus pronomen παροξυτόνως scribat, assequi nequeo, cum alibi, ut Elect. 949. Oed. R. 306. Antig. 1016 etc. pronominis eodem loco positi priorem syllabam recte circumflectat: sed eundem errorem commisit Ai. 738 et Oed. R. 256. cf. quae §. seq. de hac re diximus) *ibid.* 738. 1400. *Elect.* 1005. Oed. R. 15. 1255. (ubi melius pronomen, distinctione post γάρ posita, ὀρθοτονεῖται.) *Antig.* 1087. Oed. C. 1142. — *Literam consonam idem casus fere toties antecedit: Ai.* 21. (Herm. ἡμᾶς). 588. (Herm. ἧμας) *Elect.* 1403. (Herm. ἧμας) *Oed. R.* 96. (H. ἡμᾶς.) 131. 1404. *Oed. C.* 1101. 1769. Phil. 635. — Ὑμᾶς tenore inclinato *quater in sedibus imparibus* legitur: Ai. 1274. Oed. R. 256. (Herm. ὗμας). 1499. *Oed. C.* 729. *Toties ob consonantem*, qua vocabulum, pronomini postpositum incipit, utrum ultima pronominis syllaba longa an brevis sit, aliis fortasse dubium erit: *Oed. R.* 1502. *Oed. C.* 275. 324. Phil. 1426. — Σφᾶς *encliticum* ante consonantem legitur Ai. 839 et Oed. C. 486. (cf. Herm. not): utrobique etiam Hermannus pronomen sine accentus nota exarandum curavit. Ob alteram caussam de pronunciatione pronominis diiudicare nequimus Oed. R. 1470 et 1508. ubi Hermannus, ut nobis videtur, minus recte περισπομένως scribit. — Haec exempla omnia nobis ultimam pronominum pluralis numeri encliticorum semper corripi dicentibus favere apparet: at extant versus nonnulli, qui minus bene cum sententia nostra conciliari posse videantur. Cum vero veritatem magis, quam sententiam nostram diligamus, ne hos quidem locos, nobis fortasse infestos, suppressuri potius, quomodo litem e re nostra componamus, videbimus.

Ἧμῖν encliticum semel tantum, idque *in melicis et loco haud incorrupto*, ultimam videtur producere: *Phil.* 826. Ἧτιν'

ὀδύνας ἀδοής, Ὕπνε δ' ἀλγέων, Εὐαὴς ἡμῖν ἔλθοις, ubi numeris non commutatis verba ultima transponi queunt. Ὑμῖν eadem ratione bis legentibus sese offert *El.* 255. εἰ δοκῶ Πολλοῖσι θρήνοις δυσφορεῖν ὑμῖν ἄγαν, ubi Porsonus*) in praef. ad Eur. Hecub. p. 34. (s. 37.) de verbis transponendis cogitat, Hermannus vulgarem ordinem servat. *Oed. R.* 631. παύσασθ' ἄνακτες καιρίαν δ' ὑμῖν ὁρῶ. — *Accusativi* enclitici *quinque* locis ultimam producunt: ἡμᾶς Phil. 963. τί δρῶμεν· ἐν σοὶ καὶ τὸ πλεῖν ἡμᾶς, ἄναξ, Ἤδη 'στὶ, καὶ τοῖς τοῦδε προσχωρεῖν λόγοις. ὑμᾶς *Antig.* 900. (φίλη μὲν ἦξειν πατρὶ, προσφιλὴς δὲ σοί etc.) Ἐπεὶ θανόντας αὐτόχειρ ὑμᾶς ἐγὼ Ἔλουσα. — *Phil.* 222. ποίας πάτρας ὑμᾶς ἂν ἢ γένους ποτὲ Τύχοιμ' ἂν εἰπών; 1039. εἰ μή τι κέντρον θεῖον ἦγ' ὑμᾶς ἐμοῦ. Σφᾶς ita occurrit in versibus anapaestis *Antig.* 128. (Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους) Ὑπερεχθαίρει· καί σφας ἐσιδὼν: quo loco pronomen ob ictum produci persuasum mihi habeo. Si igitur calculos subducimus, *sex* tantum *locis formae pluralis numeri encliticae ultimam producunt:* nam Antig. 128. σφᾶς per se breve ob aliam caussam produci ostendimus: *Phil.* 826. autem, cum versus e lyrica fabulae parte depromtus et fortasse depravatus sit, sine noxa omittere possumus. At quantus contra versuum est numerus, quibus pronomina illa sensu enclitico ultimam aperte corripiunt! nam, nisi in computando lapsi sumus, sexies et tricies pronomina enclitica numerum trochaicum exhibent, ut de iis locis, in quibus ob caussas saepe commemoratas de fine pronominum ambigi licet, taceamus. Itaque quemlibet, qui sine ira et studio ad rem diiudicandam accesserit, nostrarum partium fore arbitramur. At quid illis locis, quibus enclitica forma ultimam producit, faciamus? Num forte cum Porsono statim de corruptela cogitabimus. At licet nonnumquam verba facillime transponi queant, tamen alia est nostra sententia. Diligentissima enim tragicorum usus observatione, hos metricis necessitatibus adductos — ποιητικὴν ἄδειαν in caussis orthotoneseos frequenter commemorat Apollonius — saepenumero sensu non cogente orthotonumenis formis ἐμοῦ, ἐμοὶ, ἐμέ uti cognovimus: qua de re alio tempore dicere constituimus. Idem cur iis in formis pluralibus non licuerit, nemo sine dubio dicere poterit: et exempla, nisi versus illos huc referas, nulla extant. Arbitramur igitur *omnibus in locis, quibus pronomina pluralia ἀπολύτως usurpata spondeum faciant, formas ἡμῖν, ὑμῖν etc. accentum in priorem syllabam retrahere non posse, sed pro veris orthotonume-*

*) Num Porsonus dativos et accusativos pronominum pluralis numeri omnes apud Sophoclem trochaico numero pronunciandos esse credat, mihi quidem non patet: sed ad orthotonumenas formas iudicium illud pertinere non posse, satis, opinor, manifeste iam supra ostendimus.

nis accipiendas esse. Qua in opinione etiam ea re confirmamur, quod pronomina ita usurpata fere omnibus in exemplis, quae supra proposuimus, quintum trimetri pedem efficiunt: quo loco etiam pronomina singularis numeri ob *ποιητικὴν ἄδειαν* orthotonumena plerumque poni observasse mihi videor. Neque silentio praetereundum, duobus locis, Antig. 900 et Phil. 1039.; *ὑμᾶς* iuxta aliud pronomen esse positum: qua ratione pronomina absoluta accentum erigere solere, hoc quidem loco uno tantum verbo indicare nobis licuit. — Num in sententia nostra defendenda prorsus causa ceciderimus, viris doctioribus et sagacioribus diiudicandum relinquimus: adhuc quidem persuasum nobis habemus, *dativos et accusativos pronominum pluralis numeri apud Homerum et Sophoclem orthotonumenos spondeum, encliticos trochaeum facere**).

§. 10.

Utrum pronomina pluralia tenore inclinata παροξυτόνως an προπεριισπομένως sint scribenda.

Cum hac quaestione alia de accentu in prima pronominis syllaba ponendo arcte est coniuncta: in praegressum enim vocabulum, etiamsi pronomen *τρίχρονον* fiat, tenorem non reiici grammatici docent omnes. Hermannus (l. l. p. 79 sq.), quando ultima corripiatur priorem semper esse circumflectendam idque Grammaticorum testimoniis constantibus comprobari affirmat. Cuius sententiae altera pars ut vera sit, vehementer vereor: nam mihi quidem veteres technici de hac re videntur dissentire. *Apollonius probat circumflexum*, de pron. p. 123 et 124., quos locos iam Hermannus protulit. Huic testi adiungimus Eustathium ad Odyss. XVII, 376 et XX, 272. *Etym. M.* s. v. *ἄμμι οἱ Ἴωνες συστέλλουσι τὸ ῑ καὶ προπεριισπῶσιν, ἦμιν:* altero loco p. 432, 31. nil comprobatur. *Acutum videtur praeferre Charax* (p. 1150.) *ἰστέον δὲ, ὡς ταῦτα τὰ τετράχρονα καὶ εἰ συστέλλουσι τὸ τέλος καὶ γίνονται τρίχρονα οὐκ ἀναβιβάζουσι τῇ πρώτῃ λέξει, ἀλλὰ φυλάττουσι τὸν αὐτὸν τόνον, ὡς ἦσαν ἀπ' ἀρχῆς ἐγκλινόμενα· οἷον δέδωκεν ἦμιν* (scrib. *ἦμιν*)· *συστεῖλαν τὸ ῑ παρ' Ἴωσιν οὕτως ἔμεινεν ἐγκλινόμενον. ὕβρισεν ἦμας· ὃ συστεῖλαν τὸ ᾱ κατὰ διάλεκτον ἐφύλαξεν ἐν αὐτῇ τῇ συλλαβῇ τὸν αὐτὸν τόνον.* Neque enim cum Hermanno Characem hic de sede tantum non mutata loqui crediderim. Ceterum Apollonio et Eustathio obsequendum esse arbitror: et quoniam cum inclinatione pronominum pluralis numeri etiam ultimae syllabae correptionem apud Homerum et Sophoclem coniunctam esse ostendimus, *encliticas formas ἦμιν, ὦμιν etc. certe apud hos scriptores ubique προπερι-*

*) Inde etiam factum, ut *σφίν*, quod semper tenorem inclinat, numquam producatur.

σπωμένως *scribendas esse contendo. Wolfius*, quando littera consonans pronomen sequitur, priorem pronominis syllabam acuto tenore notavit: sic Il. I, 379. σὺν δ' ἧμιν δαῖτα παράξῃ. *Hermannus* in his formis scribendis sibi non constat: nam *dativum* encliticum, etsi ultima eius syllaba in initium tertii vel quinti pedis incidit vel ante consonantem posita est, *semper* προπεριισπωμένως *scribit:* sic ἦμιν El. 948. Oed. R. 306. Antig. 734. 1016. Oed. C. 81. ὑμῖν El. 1328. 1338. Oed. R. 1482. Oed. C. 1168. 1408. Antig. 1634. Phil. 531.: ante consonantem ἦμιν edidit Ai. 283 et 789. Antig. 487. *Accusativum vero encliticum ubique* παροξυτόνως *scribit:* sic in sedibus imparibus ἧμας legitur Ai. 1244., ὕμας Oed. B. 256: Eodem accentu accusativos ante consonantem notavit: ἧμας Ai. 588. et Elect. 1403., ὕμας Phil. 1462. Caussas autem — nam temere dativum et accusativum ab Hermanno diversa ratione scribi non crediderim, — cum ipse eas non aperuerit, equidem afferre nequeo. —

§. 11.

In inclinandis pronominibus pluralibus vocabuli antecedentis ratio habenda est nulla.

Eidem Hermanno, *in inclinatione pronominum pluralis numeri rationem vocis praegressae eandem atque in ceteris encliticis habitam esse, affirmanti non magis assentiri possum* *): cum et loci, quibus nitatur, sint corrupti et alibi correcti prorsus alium sensum praebeant, et nos ipsi alia indicia, quibus contrarium comprobetur, invenisse videamur. Nam verba Aelii Herodiani, quae

*) Etiam leges, quas Hermannus de vulgaribus encliticis contra grammaticorum auctoritatem sanxit, non prorsus esse probandas, alio loco ostendere conabimur. Nunc ne quis Hermanni rationem, ex qua enclitica μοῦ, σοῦ, οὑ, οἵ, quando aut paroxytona aut perispomena antecedant, tenore acuto notat, grammaticorum, de quibus Charax p. 1156 dicit, auctoritate comprobari credat, in transcursu efficiamus. Charax enim grammaticos nonnullos non quantitate encliticarum offensos, sed quod monosyllabarum inclinatio nonnumquam prorsus non indicaretur, encliticas accentibus non notasse, sed pro his veras orthotonumenas post paroxytona elegisse dicit: ipse tamen vulgarem scribendi modum retinet: οἷον ἀνθρώπου μου, ἄδει εἶναι ἀνθρώπου ἐμοῦ. μέλει μοι· ἄδει εἶναι μέλει ἐμοί. ὅμως μονοσυλλαβοῦντα οὔτε ἀνεβίβασαν οὔτε ἐφύλαξαν, ἀλλ' ὡς μιᾶς λέξεως οὔσης ὁ τόνος ἐτέθη. Nec Romani, de quo idem Charax l. l. dicit, auctoritas praetendi potest: nam etiam hic καλοῦ μοῦ scribit, non quia μοῦ longum sit, sed ἄφατον illam σύγχυσιν encliticarum unius syllabae veritus: eumque eodem modo καλοῦ τέ scripsisse, verba ipsa, quae apposuimus, docebunt: Ἄλλοι τινὲς συγχέουσιν, ὡς καὶ Ῥωμανὸς λέγων, εἰ περισπωμένη προηγεῖται, οὐ παρέχουσι τὸν τόνον αὐτῇ, οἷον καλοῦ μοῦ. εἰ δὲ ἄλλος τόνος εἴη, παρέχουσι τὸν τόνον οἷον πόθεν τις, ὅθεν με (scribendum πόθέν τις, ὅθέν με): qui grammatici iure a Charace vituperantur. Sed de tota hac disciplina, si haec non prorsus displicebunt, alio tempore fusius dicemus.

Herm. de emend. rat. p. 78. profert, prorsus aliter leguntur *apud Arcadium p.* 145. τὰ μὲν οὖν ἐγκλινόμενα μόρια ταῦτά ἐστιν οὐχ ὡς ἔτυχε δὲ ἐγκλίνονται, ἀλλὰ κατά τινα παρατήρησιν τῆς πρὸ αὐτῶν λέξεως· αἱ μὲν οὖν τετράχρονοι τῶν ἐγκλιτικῶν ἐπὶ τὴν πρώτην συλλαβὴν ἑαυτῶν τὴν ἔγκλισιν ἀναπέμπουσιν, ὡς μηδεμιᾶς δεόμενα παρατηρήσεως τῶν πρὸ αὐτῶν λέξεων. Hoc igitur loco aperte contrarium, atque Hermannus voluit, monetur: alteri autem testimonio, quod apud Arcadium p. 140. legitur, cum exemplum corruptum videatur, non multum est tribuendum: pro μεταμέλει ἡμῖν, quod ibi proponitur, μεταμέλει τινὶ vel simile quid restituendum esse arbitror, praesertim cum in ceteris exemplis dictiones vulgo encliticae legantur. — Aliae caussae, quibus commotus pronomina pluralia post unamquamque vocem inclinari posse puto, hae sunt: *primum, quod exempla a grammaticis allata Hermanni sententiae adversantur:* et hanc rem pro nobis proferre eo minus dubitavimus, quod Hermannum ipsum eodem argumento uti paullo supra vidimus. Sic *Apoll. de pron. p.* 124. post iambum pronomen inclinari iubet, ὅσαις ὔμιν αἰνέσω: iidem etiam post apostrophum accentum retrahi dicunt: *Apoll. l. l. p.* 127. μηδ' ἧμας· ὑπεκφύγοι. cf. Schol. ad Il. I, 147. (Heyn. p. 58.) ad vs. 214. 517. (p. 154.) ad III, 160. (p. 481.). — Tum Hermanno, *quod eius praecepta iusta videntur ratione carere, adiicere nequeo:* cui argumento Vir doctissimus ipse plurimum debet concedere, cum, nisi caussam probabilem excogitare potest, grammaticorum testimonia diserta deserere non dubitet. Nam ut in vulgarium encliticarum inclinatione praegressi vocabuli ratio habeatur, sequitur e principalibus, quae de accentu valent, regulis: sed cur in pronominibus pluralis numeri inclinandis, quae ἀπολύτως usurpata accentum in antecedentem vocem non reiiciunt, idem fiat, nemo unquam extricabit. Nihil aliud igitur Hermannus efficere videtur voluisse, quam ut in inclinandis ἡμῖν, ὑμῖν etc., quamvis res diversa esset, eadem atque in ceteris encliticis ratio observaretur. —

Graecorum poetae tragici deminutivis plerumque abstinuerunt.

Scripsit

Dr. Ludov. Janson,

Gymnasii regii Gumbinnensis praeceptor.

Spohnii *) opera factum est, ut quae nomina Homero usitata speciem deminutivorum qualemcunque prae se ferre putantur, ex eorum ordine moveri sciamus. Ea autem norma, licet ad epicos Romanos dirigi posse non videatur num tragicorum fuerit, quo melius, cur epici deminutivis abstinuerint, pateat ratio, inquirendum est. Epici enim poetae et Romani et nostri talia nomina quamquam raro posuerunt, non ubique sprevisse reperiuntur. Nomen cymbium (*κυμβίον*) quo Homerum et tragoedos abstinere oportebat, usurpavit Virgilius Aen. III. v. 66 et v. 267. Ioannes Henricus Vossius, optimus ille operum veterum interpres, si Apollonii Rhodii versum 869 libri IV. ad Cereris hymnum p. 44 vertit:

Salbt um des *Knäblein* Wuchs sie Ambrosia

et fragmentum Sophoclis (*Ῥιζότομοι*) ad eundem hymnum p. 70:

— — — — *αἱ δὲ καλυπταὶ*
κίσται ῥιζῶν κρύπτουσα τομάς
— — Nun bergen umhüllt
Kästlein der Gewürz' Abschnitte geheim.

et hymn. ad Cerer. v. 349. *τέκνον Töchterchen* etc. etsi nostratibus in verborum continuatione minus displicebit interpretatio, in carminis tamen epici tragicique tenorem peccasse iudicandus foret. Sermonis namque potissimum quotidiani fuisse scimus deminutiva habere quam plurima, unde accidit, ut peculiaris eorum usus apud comicos poetas deprehendatur. Sed tragicos de industria vitasse deminutiva inde credibile est, quod sat creber eorum usus offenditur in fabulis satyricis; Homerum vero et vetustiores epicos hanc formandi rationem ignorasse non facile persuadebitur. At latuisse eas, quas Graecitas posterior frequentavit formas, ut opinemur, eo ducimur argumento, quod apud Homerum et Hesiodum inveniuntur voculae, quibus non propter terminationem, sed propter sententiam exprimatur hypocorismus **), ut *ἄττα*,

---

*) In libro illo: de extrema parte Odysseae p. 115 et sq.

**) Aristoteles in libro de rhet. III. c. 3. (ed. Buhle) *ἔστι δὲ ὑποκορισμὸς ὃς ἔλαττον ποιεῖ, καὶ τὸ κακὸν καὶ τὸ ἀγαθόν.* cf. Spohn. l. l. p. 109.

πάππα μαῖα (cf. Eurip. Hippolyt. v. 245. Alcest. v. 400). Duplex est enim existimanda deminutio: una dominatur in terminatione, altera in toto nomine, et Grammatici veteres, qui etiam τὸ τέκνον appellaverunt ὑποκοριστικὸν, ad utriusque generis discrimen non satis videntur attendisse. Itaque si quidem constat fuisse deminutivorum formationem Homeri aevo ignotam, stilo sermonisque epici colori convenire deminutiva, erunt forsitan qui inde concludant, quod ea Latinorum et inprimis Germanorum poetae non prorsus respuerint. Certo tamen non affirmaverim, quid sit magis decorum decentiusque, quum clarissimos poetas, quae essent apta, sensisse oporteret. Haec denique superest quaestio, num inveniatur, ubi apud epicos et tragicos desideraveris deminutiva. Copiam quidem etiam a tragicis esse factam quum ex iis, quae paulo post luculentius exponam, tum inde etiam apparet, quod eorum interpretes *) multa nomina et quidem saepe inepte exposuerunt per deminutiva. At mirum est, quod nomina, quorum terminatio hypocorismum indicare videtur, si in epicorum tragicorumque fabulis offenduntur, quam apud hosce poetas, tam apud alios scriptores deminutivorum significatione prorsus carent. Hinc sua sponte offertur quaestio, quid de huiusmodi vocabulis sit statuendum, num forte deminutivorum exuerint sententiam, an umquam sint pro iis habita. Nominibus igitur, quorum quum significatio tum terminatio similitudinem quandam exhibet deminutivorum, prolatis, disserendum est et diiudicandum, quid fuerit, quod nomina in ιον et in ις terminantia, quorum et ipsa primitiva reperiuntur, usurpata fuerint poetis, qui genus dicendi grandibus in rebus sublime adhibere studebant. Etenim sublimis spiritus attollit orationem, et magna et sublimia sermone nimis vulgari et trito infirmantur **).

Blomfieldius quidem ad Aeschyli Agamemn. v. 53 ὀρτάλιχος, deminutivum, inquit, provocans Eustathium ad Iliad. I. p. 753, 54. dicentem: οἱ δὲ παλαιοὶ γράφουσι καὶ οὕτως. Ὄρνίθων τὰ ἐν ὀψει ἤδη ὄντα νεοττοί. κατὰ δέ τινας ὀρτάλιχοι· et cf. Schol. ad Theocr. idyll. XIII. v. 12. ὀρτάλιχοι δὲ νεοσσοὶ μικροὶ, μηδέποτε πετόμενοι. Idem scholiastes ad idyll. IV, 20. τοὺς οὖν

*) Unius fabulae scholia praeter alia haec offerunt deminutiva: ad Eurip. Hec. v. 14. ἔγχος exponitur per κοντάριον. v. 59. παῖδες per παιδίσκαι — apud scriptores licet Atticos nominis ἡ παιδίσκη usus constet: vide Reisk. ad Isae. περὶ τοῦ Κίρων. κλ. p. 72, 39. — ad v. προτόνοις per σχοινίον. ad v. 508. ἐφθάρης appositum est ὦ παιδίον, et cur ad v. 573. κόσμον ἀντὶ τοῦ κόσμιον dictum sit, non pervideo; namque non exstat deminutiv. sed potius adject. κόσμιον, nisi forte apud recentiores Graecos. ad v. 1053. κρόκη exp. per ὑφάδιον et ad v. 1061.: ἔνθα κεῖταί μου τὰ παιδία τεθνηκότα etc. etc.

**) Sua cuique proposita lex, suus cuique decor est. Nam comoedia non cothurnis assurgit, nec contra tragoedia socculo ingreditur. Quintil. instit. X, 2. §. 22.

Αἰολέας (scr. οἱ οὖν Αἰολεῖς) μάλιστα τῷ ὑποκορισμῷ εἰς ιχος ἐχαρίσαντο. cf. Koen. ad Greg. Corinth. p. 290. ed. Schaef. At quemadmodum genitivum ὄρνιθος Dorienses mutaverunt in ὄρνιχος, sic etiam Aeolenses pro ἡ ὀρταλὶς, ὀρταλίδος dixisse putandi sunt ὁ ὀρτάλιχος, quum sciamus Aeolicae potissimum fuisse dialecti genitivi forma uti pro nominativo. Huc accedit, quod ὁ ὀρτάλιχος apud Boeotos significavit gallum gallinaceum (vide Bergl. ad Aristoph. Ach. v. 871.). Atque si illic significantur aviculae, res non ex terminatione sed ex nomine ipso, ubi dicitur deminuta, est intelligenda. Idem etiam valet de vocabulo ἀρύστιχος *), quod Hesychius profert e Sophocle deminutivum lexicographis nostris vocatum. Pariter significatione magis quam terminatione inducti videntur grammatici, quum τὸ ὀβρίκαλον appellant deminutivum, quo utuntur Aeschylus in Agam. v. 140. (ed. Blomf.) et secundum Aelianum in N. A. VII, 47. Euripides ἐν Πελείασι. Quocum nomine comparari potest τὸ κνώδαλον, quod praeter Homerum etiam Aeschylus habet in Prometheo vincto v. 471. Blomfieldius scholiastem in Plat. p. 251. allegat: κνώδαλα κυρίως τὰ θαλάττια θηρία· κινώδαλα γάρ ἐστι τὰ ἐν ἀλὶ κινούμενα. Ὅμηρος δὲ ἐπὶ χερσαίου φησί κ. τ. λ. quae descripsit Hesychius. Reliquarum, quibus videtur indicari hypocorismus, terminationum primo proponenda sunt nomina, quae exeunt in ιον et ις, tum erit de vocabulis ceteris, quae aut deminutiva aut ampliativa apud poetas tragicos obvia putari possunt, disputandum.

Hermannus quidem ad Sophoclis Antig. v. 344. in choro cantico commendat lectionem iam ab Erfurdtio receptam: καὶ θηρῶν ἀγρίων ἔθνη, „plane a poesi alienum esse, inquiens, θηρίον.“ At apud Aeschylum qui alibi frequentavit primitivum, in Choeph. v. 230.

ἰδοῦ δ' ὕφασμα τοῦτο, σῆς ἔργον χερός
σπάθης τε πληγὰς εἰς δὲ θηρίων γραφήν.

et Clemens Alexandrinus strom. VI. et Eusebius praeparat. evang. XIII, 13. fragmen nobis servaverunt, quod Pauw. quidem Archilocho, alii Aeschylo tribuunt a Butlero p. 188. (ed. Schütz.) sic ordinatum:

Ὦ Ζεῦ, πάτερ Ζεῦ, σὸν μὲν αἰθέρος κράτος
Σὺ δ' ἔργ' ἐπ' οὐρανοῦ τε κἀνθρώπων ὁρᾷς
Λεωργά, κἀθέμιστα· σοὶ δὲ θηρίων
Ὕβρις μέλει τε καὶ δίκη.

quae verba theologum sapiunt magis Christianum quam gentilem. Fortuito autem potius esse quam de industria factum, ut τὸ θη-

*) Lexica quidem nostra praebent genitivum ἀρύστιδος. Sed pluralem ἀρύστεις citat idem Hesychius ex Sophocl. (fragm. XLV.); de quo flectendi modo incerto vide Lobeckium ad Phrynichum p. 326.

ρίον apud tragicos perraro inveniatur, facile quispiam ex derivatis colligat. Nam apud Euripidem in Bacch. v. 1325. (ed. Herm. ἐκθηριωθεῖσ' et apud eundem in Oreste v. 517. θηριῶδες, de qua formandi ratione alias luculentius disputabo. Idem autem Hermannus in libro suo de element. art. metr. p. 756. invexit talem formam in Ionis Euripidis chorum canticum (v. 1439.) ita corrigendo

παρθένια δ' ἐμᾶς ματέρος
σπαργάνι' ἀμφίβολά σοι τάδ' ἐνῆψα κερ-
κύδος ἐμᾶς πλάνους.

ipse autem emendatione sua non contentus: „In undecima, inquit, σπαργάνια scripsi: quod sat scio vituperabunt, qui talia auctore indigere existimant."

Reperiuntur quidem deminutiva in tragicorum fabulis integris et fragmentis, at sunt perpauca atque ita comparata, ut iis significationem certe abrogaveris deminutivam. Bis usurpavit Euripides τὸ χλανίδιον, quod omnium iudicio existimabitur deminutivum, in Oreste v. 42.:

χλανιδίων δ' ἔσω κρυφθείς

et Supplic. v. 112.

σὲ, τὸν κατήρη χλανιδίοις, ἀνιστορῶ.

et tragoedus quidam apud Plutarchum in symposio:

λεπτοσπαθήτων χλανιδίων

scholiastes ad Orest. l. c. χλανιδίων, τῶν ἁπαλῶν σκεπασμάτων τῶν ἐπὶ κοίτης exponens manifesto declarat: vocabuli significationem ab omni deminutione abhorrere. Nam fuit inter primitivum et derivatum discrimen, quum hoc non tam laenulam significaret, quam vestem stragulam, atque ita intelligendum est Hesychii interpretamentum: ἱμάτιον λεπτόν quod et Pollux confirmat. Hinc Aristophanes in Lysistrata v. 1189.

στρωμάτων δὲ ποικίλων καὶ χλανιδίων καὶ ξυστίδων

etsi pro laenula quoque usurpari potuit, ut ab Herodoto I. c. 195 —: ἐσθῆτι δὲ τοιῇδε χρέωνται, κιθῶνι ποδηνεκεῖ λινέῳ· ἐπὶ τοῦτον ἄλλον εἰρινέον κιθῶνα ἐπενδύνει, καὶ χλανίδιον λευκὸν περιβαλλόμενον,

et ab Eubulo comico apud Athenaeum deipn. XII, 78. p. 533. a. (ed. Schweigh.)

Παρθενικὰ τρυφερὰ χλανίδια μαλακὰ κατάθρυπτοι
τὸν πόδ' ἀμαρακίνοισι μύροισι τρίψουσι τὸν ἐμόν. —

Certissimum est igitur, nomina deminutiva vitari a tragicis ob significatum quidem, non tamen ubique ob formam, certari licet possit de iis, quae sermonis pedestris maxime sunt, num umquam fuerint probata cothurno Attico. Unde sat dubium videtur, num Butlero ad Aeschyli fragmenta sit assentiendum, putanti, si Aristophanes Thesmophor. v. 141. videretur Aeschylum perstrinxisse:

καί σ' ὦ νεανίσχ' ἥτις εἶ κατ' Αἰσχύλον
ἐκ τῆς Λυκουργίας ἐρέσθαι βούλομαι

Aeschyli esse verba: καί σ' ὦ νεανίσχ' ἥτις εἶ, etsi exstitit fabula, ut videtur satyrica, Aeschyli quae Νεανίσκοι inscripta erat ab Athenaeo deipn. lib. XI. 109. p. 503. d. citata. Imo tragici ab usu eorum nominum, quorum formae, non significatio deminutiva est, plerumque pedem retulisse cernuntur, ut vix putaverim inveniri in tragoedia τὸ σιτίον *). Nihilominus legitur in Sophoclis fragm. VIII. ab Athenaeo deipn. XI. 49. p. 475. a. ἐν Τυροῖ prolata:

— προστῆναι μέσην
τράπεζαν ἀμφὶ σιτία τε καὶ καρχήσια.

At σῖτα legendum esse ex metro evincitur, quamvis Athenaeus illam lectionem tueatur sic locutus:

πρὸς τὴν τράπεζαν, φάσκων, προσεληλυθέναι τοὺς δράκοντας, καὶ γενέσθαι περὶ τὰ σιτία καὶ τὰ καρχήσια.

Hinc permirum esse debet, Dionysium Halicarnasseum artis rhetoricae auctorem p. 301. (ed. Reiske) Euripidis fabulam citare Menalippen, ubi ipsa sic fata inducitur:

— τίς τὰ παιδία
ἐξέθηκεν εἰς τὰ τοῦ πατρὸς βουφόρβια

ubi fortasse sic scribendum est:

— τίς τὰ παιδί' ἐξ —**)
ἔθηκεν εἰς τὰ τοῦ πατρὸς βουφόρβια

et paulo post p. 357. ex eadem alius affertur versus vehementer corruptus:

— εἰ δὲ πάρθενος
φθαρεῖσα ἐξέθηκε τὰ παιδία

neque licuit mihi nunc maxime inspicere fragmenta, quae haud dubie VV. DD. emendationes experta sunt.

Minus difficultatis exhibet τὸ ψυκτήριον quod excitat ex Euripidis fabula Phaetonte Athenaeus XI. 109. p. 503. d. (ed. Schwgh.)

— ψυκτήρια
δένδρεα, ψίλαισιν ὠλέναισιν δέξεται.

ibidemque profertur Aeschylus ἐν Νεανίσκοις

Αὔρας ὑποσκίοισιν ἐν ψυκτηρίοις.

Nomen τὸ ψυκτήριον lexicographi vocent licet deminutivum, significationis et maxima quidem e parte formae expers est demi-

*) Hunc singularem offendi dubitat Stephanus in thes. Gr. L. s. vv. at crebro invenitur, ut apud Platonem Phaedr. 241. c. apud Xenophontem bis memorabil. Socrat. III, 8, 2. et anabas. I, 10, §. 58. Tum apud Plutarchum in vit. Sullae c. 36. et Coriolani c. 3. Postremo apud Lucianum in libr. II. de ver. histor. conscrib. c. 1. et c. 44. amor. 41. (ed. Hemsterh.)

**) Et ne hanc quidem, verbo ultimo mutilato, versuum distinctionem approbamus.

nutivae. Est enim proprie adiectivum quod non modo vas, in quo vinum refrigeratur h. e. *frigidarium*, sed etiam *umbraculum* significat. Neque Athenaeus neque Eustathius id vocabulum vocant ὑποκοριστικόν. Hic p. 1632 ait: οὕτω δὲ ποιά τινα ποτήρια καὶ τὸ ψυκτήριον παρὰ τῷ Δειπνοσοφιστῇ καὶ τὸ ψυκτηρίδιον καὶ ὁ ψυκτηρίας ὡς κοιλίας. Apud Athenaeum lib. XI, 37. p. 4690. ubi Epigenes ἐν Ἡρωΐνῃ citatus est, nunc legitur ψυκτῆρα, κύαθον, κυμβία, ὀυτὰ τέτταρα (vulgo ψυκτήρια) et apud eundem Athenaeum:

λοιπή τις ὀξὶς ἐστι καὶ ψυκτήριον
τῆς εὐπαρύφου λεπτότερον

quo ex loco erit, qui sapiat hypocorismum, quum significetur tenue frigidarium. At apud eundem XI, 109. p. 503 d.

Νίκανδρος δ' ὁ Θυατειρηνὸς καλεῖσθαί φησι ψυκτῆρας καὶ τοὺς ἁλσώδεις καὶ συσκίους τόποις τοῖς θεοῖς ἀνειμένους, ἐν οἷς ἐστιν ἀναψύξαι.

ubi si Hesychii notam: ψυκτηρίαι οἱ ἁλσώδεις καὶ σύσκιοι τόποι spectaveris, corriges forsitan ψυκτηρίας, quamquam secundum ms. A. ψυκτῆρα aptior evadit lectio ψυκτήρια, quae suffulcitur locis quoque illis, quorum supra mentio facta est Euripidis et Aeschyli, quo loco praeterea leguntur verba: καὶ ὁ τὸν Αἰγίμιον δὲ ποιήσας, εἴθ' Ἡσίοδός ἐστιν, ἢ Κέρκωψ ὁ Μιλήσιος·

Ἔνθα πότ' ἔσται ἐμὸν ψυκτήριον, ὄρχαμε λαῶν

quibus ex locis quivis perspexerit, multum abesse, ut τὸ ψυκτήριον iudicetur deminutivum.

Possem hoc loco demonstrare, nulla exstare deminutiva in ηριον terminantia; at haec quaestio quum sit a proposito aliena, ad tragicos nobis est redeundum contendentibus, frustra quaeri ex eorum fabulis deminutiva. Haec autem sunt, quae vulgo existimantur deminutiva: τὸ ἀμφίον quod Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 28 in deminutivis ponit, usurpasse Sophoclem ἐν τῷ Μώμῳ testatur Hesychius per τὸ ἀμφίεσμα ἔνδυμα interpretans nomen. Huic autem voci quamquam ex fabula, ut videtur, satyrica petitae omnis est vis deminutiva plane aliena non magis propter sententiam, quam quod non habeat, ad quod referatur, primitivum *).

Tum profertur a Polluce X, 134. τὰ ὁλκία dicente τὰ ὁλκία Σοφοκλῆς ἐν Ναυπλίῳ τὰ πηδάλια. Iam ex accentus inconstantia perspicitur vis non deminutiva. Pollux enim id vocabulum alibi παροξυτόνως notat, alibi προπαροξυτόνως, ὅλκιον dicens ἀγγεῖον ὑγρῶν τε καὶ ξηρῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ χαλκοῦν — atque ipse hunc ex Menandro citat versum:

ἢ χαλκοῦν μέγα ὅλκιον

*) h. e. nomen: etenim verbum ἀμφίεννυμι peperisse videtur hocce voc. cf. p. 20.

et ex Philemone: ὅλκιον ἐπὶ τραπέζης κείμενον, πυρῶν τε μεστόν. Tum significat craterem magnum λουτῆρ, ut Hesychius exponit. Athenaeus deipn. libro V. ἐν τῷ γυμνασίῳ πάντες ἐκ χρυσῶν ὁλκίων ἠλείφοντο κροκίνῳ μύρῳ. Hoc vero nomen etiam tenui scribi spiritu et ex Hesychio et Athenaeo comperi, sicut et ὁλκὰς et ὁλκός; nec ubique firma est lectio, quum tam ὁλκήϊον quam ὁλκαῖον inveniatur. Porro τὸ δελήτιον quod etymologici magni auctor citat e Sophocle: "Εχε τὸ δελήτιον. Brunck. in lexico Sophocleo magis esse dicit Sophronis quam Sophoclis. Fuisse autem etiam Graecis nomina, quae proprie deminutiva potestatem eorum amiserint, per se est credibile, et ex aliarum linguarum comparatione liquet. Sed talia num Attico cothurno fuerint decora, si pauca exceperis, dubitaverim. Buttmannus in ampl. Grammat. T. II. B. p. 334. not. 31. in eorum ordinem etiam τὸ ὅρκιον recensere videtur, quod ne formam quidem habet deminutivam. Forma enim est adiectivum, idque apud tragicos nonnisi bis legitur: Eurip. Suppl. v. 1238.

στείχωμεν "Αδρασθ'
ὅρκια δῶμεν
τῷδ' ἀνδρί κ. τ. λ.

et Aeschyl. Agam. 1430.

καὶ τήνδ' ἀκούεις ὅρκιον ἐμῶν θέμιν.

reliquorum scriptorum non est quod afferam locos, quum eiusdem nominis in ordinibus nominum in ιον exeuntium disponendis alibi mentio sit facienda.

Hoc cum vocabulo apte comparari potest τὸ ὅριον, quo bis Euripides, semel Sophocles est usus, nec ulla ex eo nomine cognoscitur deminutio. Eurip. *Troad.* v. 379.

'Επεὶ δ' ἐπ' ἀκτὰς ἦλυθον Σκαμανδρίους
ἔθνησκον, οὐ γῆς ὅρι' ἀποστερούμενος.

Euripid. *Heracl. Fur.* v. 82.

ὡς οὔτε γαίας ὅρι' ἂν ἐκβαῖμεν λάθρα

et Sophoclis fragment. I. Phrixus a Stephano Byzant. in "Αστυ servatum

"Ορια κελεύθου τῆσδε γῆς προαστίας.

Hanc adiectivi naturam contestantur etiam loci, quos alias in medio proponam, ex scriptoribus prosaicis collecti. Huic vocabulo adiungas τὸ μόριον, τὸ στόμιον, τὸ φρούριον, τὸ κλυδώνιον, quorum singulis sententia attribuitur deminutiva. Usum esse vocabulum τὸ μόριον primitivo ὁ μόρος, ex utriusque nominis significationis discrimine negandum est. Verisimilius esse videtur, antiquissimos Atticos, veluti Lacedaemonios, etiam ἡ μόρα dixisse pro μοῖρα, cuius vicibus, quum usu excidisset vulgari, illud fungebatur. Semel tantum in tragoediis, quae ad nostrum pervenerunt aevum, reperitur τὸ μόριον apud Euripidem Andromach. v. 542.

τοῖς γὰρ ἐμοῖς γέγον' ὠφέλια
σοὶ δ' οὐδὲν ἔχω φίλτρον, ἐπεί τοι,
μέγ' ἀναλώσας ψυχῆς μόριον
Τροίαν εἷλον, καὶ μητέρα σήν.

Iam totius orationis concinnitas verbis quanta insit elegantia, ostendit, quum ut verbis τὰ γῆς ὅρια terra ipsa eleganter describatur, sic hac eiusdem poetae sententia μέγα ψυχῆς μόριον anima animusve ipse. Atque nomen τὸ μόριον fuisse ita usurpatum, ut primitivi potius, quam derivati speciem denotaret, nisi alias perhiberem exempla, facile foret demonstratu.

Deinde τὸ στόμιον, cuius proparoxytonesin praestant Pollux et etymologici magni auctor p. 530, 23 *) (ed. Schaef.), accentu in secunda notavit Passovius, a lexicographis nominatur deminutivum, a cuius non modo sententia, verum etiam forma **) multum abest verus hypocorismus. Tragici enim huic nomini saepissime indulgentes nullam sunt impertiti deminutionem, ut Aeschyl. Prom. vinct. v. 287:

Ἥκω δολιχῆς τέρμα κελεύθου
διαμειψάμενος πρός σε, Προμηθεῦ
τὸν πτερυγωκῆ τόνδ' οἰωνὸν
γνώμῃ στομίων ἄτερ εὐθύνων.

ubi Oceanus ut suam Prometheo exponeret celeritatem, se caruisse, ait, habenis, quemadmodum Soph. Oed. Colon. v. 900. σπεύδειν ἀπὸ ῥυτῆρος. In frenorum sententia plus semel a tragicis positum est hoc nomen, ut ἀναφορικῶς a Sophocle in Electr. v. 1462.

σιγᾶν ἄνωγα, κἀναδεικνύναι πύλας
πᾶσιν Μυκηναίοισιν Ἀργείοις θ' ὁρᾶν,
ὡς εἴ τις αὐτῶν ἐλπίσιν κεναῖς πάρος
ἐξῄρετ' ἀνδρὸς τοῦδε, νῦν ὁρῶν νεκρὸν
στόμια δέχηται τἀμὰ μηδὲ πρὸς βίαν.

cf. Eurip. Iph. Aul. v. 219.

Hinc fortasse intelligitur, qui factum sit, ut τὸ στόμιον etiam de expeditionis apparatu, vel potius de universo exercitu diceretur, ut apud Aeschylum Agam. in chor. cant. v. 133.

οἷον μήτις ἄτα
θεόθεν κνεφάσῃ
προτυπὲν στόμιον μέγα Τροίας
στρατευθέν, ubi cf. Blomfieldius.

Ergo τὸ στόμιον, quum significaret frena, etiam pro freni parte, quae ori equi inditur (cf. Hemsterh. ad Pollucem X, 56.)

---

*) — τα γὰρ διὰ τοῦ ῑ παρώνυμα τριβραχέα προπαροξύνεται, στόμα, στόμιον.

**) Ex analogia enim a στόμα per deminutionem deducendum esset στομάτιον.

lupi a Romanis vocata accipiebatur, ut Aeschyl. Prom. vinct. v. 1008.

— δακὼν δὲ στόμιον ὡς νεοζυγὴς
πῶλος, βιάζει καὶ πρὸς ἡνίας μάχει.

cf. Eurip. Hippolyt. v. 1237. Iph. Taur. v. 942. et sensu pariter tralaticio, ut apud Soph. Trachin. 1263. Heracles suam alloquens animam prae doloribus exclamat:

ὦ ψυχὴ σκληρὰ, χάλυβος
λιθοκόλλητον στόμιον παρέχουσ'
ἀνάπαυε βοήν.

Hac significatione etiam Xenophonti fuit acceptum nomen ut de re eq. 6, 1.

ἡνίας περιβαλὼν περὶ τὴν κεφαλὴν — τὸ δὲ στόμιον τῇ ἀριστερᾷ προσφερέτω. et ex §. 9.: ὃ ἄγαν εἰς ἄκρον τὸ στόμα καθιέμενος ἐξιουσίαν παρέχει συνδάκνοντι τὸ στόμιον μὴ πείθεσθαι probari potest, ab Atticis τὸ στόμα dici posse de equi ore, nec tamen de lupis, quos appellant Romani. Hoc vero concedendum est, non tam tragicos, quam ceteros scriptores τὸ στόμιον et τὸ στόμα significatione principali saepenumero non distinxisse, id quod multis comprobari potest locis: Sophocl. Antigon. v. 1217. ubi nuntius enarrat: Creontem poenitentia arreptum cognatae filiique interemti his erupisse verbis:

ἴτ' ἄσσον ὠκεῖς καὶ παραστάντες τάφῳ
ἀθρήσαθ' ἁρμὸν χώματος λιθοσπαδῆ
δύντες πρὸς αὐτὸ στόμιον, τὸν Αἵμονος
φθόγγον ξυνίημ', ἢ θεοῖσι κλέπτομαι.

et sic Bassus Lollius in Anthol. Pal. (ed. Iacobs.) VII. ep. 391. τὰ στόμια de sepulcrorum *orificio*; et de *ostio* Plato rep. X, 619 d:

ἐπειδὴ ἐγγὺς τοῦ στομίου ἦμεν μέλλοντες ἀνιέναι. et Timaeus Locr. de anima mundi p. 101 d: Ἁ δ' ἀνάπνοια γίνεται μηδενὸς μὲν κενεῷ ἐν τᾷ φύσει ἐόντος, ἐπιῤῥέοντος δὲ καὶ ἑλκομένω τοῦ ἀέρος ἀντὶ τῷ ἀποῤῥέοντος διὰ τῶν ἀοράτων στομίων, δι' ὧν καὶ ἁ νοτὶς ἐπιφαίνεται, τινὸς δὲ καὶ ὑπὸ τᾶς φυσικᾶς θερμότατος ἀπαναλουμένω. et orificia aurea poculorum apud Aeschylum χρυσᾶ στόμια vocantur, cuius *Περῤῥαίβοι* citantur ab Athenaeo XI, 51. p. 476 c. nec quidquam quod ad deminutionem pertinet, ex praedicatis appositis elici potest, ut apud Strabonem Tom. III. p. 358. (ed. Tschuck.)

λόφος δ' ἐστὶν ὁ Μουνυχίᾳ χερῤῥονησίζων· στομίῳ δὲ μικρῷ τὴν εἴσοδον ἔχων.

et Diod. Sic. lib. XIX. c. 94. (ed. Wessel.)

τῆς γὰρ οὔσης τῆς μὲν ἀργιλλώδους, τῆς δὲ πέτραν ἐχούσης μαλακὴν, ὀρύγματα μεγάλα ποιοῦσιν ἐν αὐτῇ, ᾧ τὰ μὲν στόμια μικρὰ παντελῶς κατασκευάζουσι. — quae ipsa τὰ στόματα infra vocantur et Lucianus Necrom. 21 d. fin. (ed. Hemsterh.) χαλεπῶς μάλα διὰ τοῦ στομίου ἀνερπύσας. ac similiter idem

in dialogo mort. III, 2: τί φής; εἰ μὴ ἐς Λαβάδειαν· ὅταν γὰρ παρέλθω καὶ ἐσταλμένος ταῖς ὀθόναις γελοίως μᾶζαν ἐν ταῖν χεροῖν ἔχων ἐσερπύσω διὰ τοῦ στομίου τοῦ ταπεινοῦ.

His omnibus locis monstratum ivi, τὸ στόμα numquam dici de frenis et lupis; tum τὸ στόμιον pro *ore* et *osculo* proprio, ut aiunt, sensu non poni; unde Casaubonus optime correxit στόματα apud Athenaeum IX, 19. p. 377 a. in Posidippi Saltantibus, ubi coquus discipulos suos alloquens praeter alia haec dicit:

Ὅπερ οὖν ὑπεθέμην, τῷ κενῷ χώραν δίδου
καὶ τὰ στόμια γίνωσκε τῶν κεκλημένων

τὰ στόματα esse scribendum etiam sequentia commendant:

ὥσπερ γὰρ εἰς ταμπόρια, τῆς τέχνης πέρας
τοῦτ' ἔστιν, ἂν εὖ προσδράμῃς πρὸς τὸ στόμα.

Contra τὸ στόμα saepius idem significat quod τὸ στόμιον i. e. oram sive tralaticia sententia *os*, *orificium* et *ostium*, quae vocabula sibi esse cognata nemo non videbit; et ubi latinum nomen *auriga* respexeris, prior significatio (i. e. freni) unde originem habuerit, non latebit. Nam de cratera Aetnae Strabo Tom. II. p. 273. (ed. Tsch.) τὰ στόμια, veluti idem Tom. II. p. 274. τῷ στομίῳ τοῦ κρατῆρος et Tom. V. p. 34. variat lectio inter στόματος et στομίου. Sic de crateris in insula Aeolidarum Vulcani Diodor. Sic. V. c. 7. τὰ στόμια, neque minus de ora foveārum apud Polybium XIV, 11. §. 2. (ed. Schwgh.): — καὶ παρέβαλε παρὰ τὰ στόμια τῶν ὀρυγμάτων et τὰ στόμια τῶν διωρύχων apud Strabonem T. VI. p. 261. et similiter Diodorus Siculus IV. c. 11. qui et ipse fragm. XXIV. p. 335. (ed. Wessel.) τὸ γὰρ στόμιον τοῦ λιμένος cf. Lucian. dialog. mort. XIII, 3. XXI, 1. XXVII, 3. et quemadmodum idem Lucianus Ner. 10. Πυθικὸν στόμιον, sic Strabo Tom. III. p. 502. ὑπερκεῖσθαι δὲ τοῦ στομίου τρίποδα ὑψηλόν.

Quodsi quaeritur primitivum, equidem putaverim στόμος fuisse, unde etiamnunc derivata exstant. Huius nominis obsoleti loco illud successisse, inde persuasum habeo, quod Graeci consueverunt in usum vocare nomina derivata, quorum primitiva vel singulae fuerunt dialecti (ut εἶμα, quo antiquissimi Attici, ut poetae tragici, et Iones utuntur) vel quum usu excidissent vulgari, videntur periisse, ut στλέγγος, pro quo ἡ στλεγγίς in usum venit, et alia, de quibus alio tempore luculentius tractabimus, nomina.

Tum de vocabulo φρούριον, cuius primitivum Buttmannus l. c. φρουρά nuncupat, dicendum est. Rectius vocis originationem destinat etymologus s. v.

φρουρὸς, ὁ προορῶν· παρὰ τὸ προορᾶν· φρούριον δὲ

σημαίνει τὸ κάστρον· φρουρεῖον *) γὰρ ἂν ἦν, ὡς ἰατρὸς ἰατρεῖον· ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ φρουρῶ.

Qui igitur hoc scripsit, agnoscit nomina, ut aiunt, verbalia in ιον terminantia. Scimus quidem in editionibus passim παροξυτόνως scribi φρουρίον, ut in epistola duodecima, quae Aeschini attribuitur (p. 698. ed. R.) φρουρίον — μικρόν —; at inde nequit repeti hypocorismus. Apud Aeschylum certe in Prom. vinct. v. 807.

τοιοῦτο μέν σοι τοῦτο φρούριον λέγω

et apud Euripidem in Oreste v. 751.

οὐχ ὁρᾷς; φυλασσόμεσθα φρουρίοισι πανταχῆ.

ubi praesidia significantur, non est positum deminutivi instar. Reliquum est igitur τὸ κλυδώνιον, quod omnes ad unum clamabunt esse deminutivum. Nec prorsus refragatur scholiastes ad Euripid. Hecub. v. 48. κλυδώνιον, inquit, τὸ κῦμα τῆς θαλάσσης ὃ παρὰ τῷ αἰγιαλῷ εὐδίας οὔσης ἐπικλύζεται.

At abhorret ab hoc nomine, ut etiam e prosaicorum usu liquebit, omnis deminutio: Aeschyl. Sept. c. Theb. v. 794.

πόλις δ' ἐν εὐδίᾳ τε καὶ κλυδωνίῳ
πολλαῖσι πληγαῖς ἄντλον οὐκ ἐδέξατο.

ubi nil differt nomen a suo primitivo κλύδων, quo ipsi tragoedi utuntur (Soph. Oed. Colon. v. 1686. in chor. cant. Eurip. Phoen. v. 853. Aeschyl. Pers. v. 605.) neque ullum statui posse utriusque vocabuli discrimen, ex his locis videbis: Aeschyl. Choeph. v. 180.:

κἀμοὶ προέστι καρδίας κλυδώνιον
χολῆς κ. τ. λ.

ubi cordis, ut dicam, motus cum maris undatione vel fluctibus quam turbulentissimis comparantur; et apud Euripidem Hecub. v. 48.:

φανήσομαι γὰρ, ὡς τάφου τλήμων τύχω
δούλης ποδῶν πάροιθεν ἐν κλυδωνίῳ.

quo loco Polydori spectrum dicit de unda, quae quum ipsum litori alluerit, sat ampla esse debebat; et ultimus, qui tragicorum est locus, invenitur apud Euripidem Helen. v. 1229. Postquam Theoclymenus interrogavit, quam tandem mortem obierit Menelaus, respondit Helena l. c.

„οἰκρότατον, ὑγροῖσιν κλυδωνίοις ἁλός."

unda vero, ut fiat naufragium, quanta sit, verbis non est necesse demonstrare. Poetas autem tragicos metro se cogi non esse passos, Thucydides testatur et Strabo. Ille enim idem nomen accepit de turbulentis fluctibus lib. II. c. 80:

καὶ τὰς κώπας ἀδύνατοι ὄντες ἐν κλυδωνίῳ ἀναφέρειν

*) Supple: εἰ παρὰ τὸ φρουρὸς παραγωγὸν ἦν. Non aliter res se haberet, si pro φρουρὸς substitueres φρουρά.

ἄνθρωποι ἄπειροι τοῖς κυβερνήταις ἀπειθεστέρας τὰς ναῦς παρεῖχον.

Strabo T. VI. p. 495. (*ed. Tsch.*)

πρὸς δὲ τῇ στεινότητι τοῦ μεταξὺ πόρου καὶ πέτραι εἰσὶν, αἱ μὲν ὕψαλοι, αἱ δὲ καὶ ἐξέχουσαι τραχύνουσαι πᾶσαν ὥραν τὸ προσπῖπτον ἐκ τοῦ πελάγους κλυδώνιον. ubi latinus sic vertit interpres:

„accedit ad angustias portus, quod in intermedio freto aquis apertae, partim eminentes, continue occurrentes ex pelago fluctum exasperantes."

Quo autem acciderit, ut nomen derivatum primitivi sententiam aequiparaverit, si inquiremus, ab adiectivi potius, quam deminutivi notione petendam esse significationem contenderim. Hinc amplior derivati, quam primitivi significatus declarabitur. Haec fere sunt nomina, quae poetis tragicis concessa nos reddere possint dubios, verumne sit praeceptum: abesse ab eorum fabulis deminutiva. Sed multa praeterea supersunt vocabula in ιον exeuntia, quae licet non sint vocata ὑποκοριστικά, propter terminationem tamen videntur indigere expositione. De quibus in universum hoc statuendum est: alia per se esse existimanda substantiva, quae quum non habeant, ad quae revocentur, nomina, vocare iuvat primitiva; alia etsi substantivorum naturam receperint, ab adiectivorum tamen notione profecta. Substantiva sunt τὸ ψάλιον *) (Aeschyl.). Quod a verbo ψάω sive ψέω unde duplex forma ψάλιον et ψέλιον — aeque deducendum est ac τὸ ἐρείπιον (Soph. Eurip.) ab ἐρείπειν — ut apud Romanos *ruina* a ruere et *cadaver* a cadere — et τὰ δέμνια **) a δέμειν et τὰ ἱστία (Eurip.) ab ἱστάναι, a quo etiam τὰ στάδια (Aesch. Soph.) proficiscitur et τὰ ὄργια (Soph. Antig. v. 1012.) ab ἔοργα et τὰ ἑδώλιον (Aesch. Soph. Eurip.) ab ἕζεσθαι (cf. Etym. m. 317, 5.) et alia ab aliis. cf. Et. m. 135, 7. (ed Schaef.). Alia deinde nomina assumsisse vidimus terminationem ιον, qua primitivi sententia ita fieret, ut quod ex primitivi significatu consequeretur, exhiberetur ut τὸ ἄθλιον. Ab hac re nonnihil distat ratio, qua nomina in ιον desinentia adipiscantur τῶν περιεκτικῶν ***) naturam ut τὸ στρατήγιον apud Sophoclem in Aiace v. 721. et τὸ γυμνάσιον, cuius plurali usus est Eurip. in Phoen. v. 379. Cum nomine τὸ στρατήγιον apte comparari possunt τὸ ποιμανόριον apud Aeschylum in Pers.

---

*) Cf. Schaefer. ad Dion. comp. p. 253.

**) Singularis τὸ δέμνιον offenditur apud Athenaeum qui poet. quend. citat. lib. XIV, 14. p. 673 b.

***) Terminationem ειον periecticis assignatam esse omnes sciunt. Invenitur autem, ubi nomina in ιον legantur pro nom. in ειον, ut in fragm. Sophoclis τὸ γραφίον et τὸ κουρίον.

v. 76. τὰ βουφόρβια (Eur. Alc. v. 1052.) et τὸ αἰπόλιον (Soph. Ai. v. 365.). In his quidem primitivi et derivati significationum diversitas facile ostendit, quem voluerint Graeci exprimere typum per terminationem ιον. Plus autem faciunt difficultatis nomina, quorum primitiva non multum, quod ad significationem attinet, differunt a primitivis. Namque reperiuntur nomina in ιον, quae non multum differunt a nominibus fem. *) in ια quae cave primitiva voces. ut τὰ ναυάγια (Sophocl. El. 1444. Eurip. Troad. 442. Hel. 418.) τὰ μαρτύρια (Aesch. Eum. 796.). Sic τὰ ἁμάρτια apud Aeschyl. Agam. v. 520. quocum nomine comparavi τὸ ἀδίκιον apud Herodotum V. c. 89. et ἀπάρτιον (ut ἀπ. προγράφειν auctionem bonorum proscribere) apud Plutarchum in vit. Ciceronis c. 27. — Etym. m. p. 118, 42. — — ἀπάρτια τὰ ἐπίπλα. — et τὸ δοκίμιον apud Platonem Tim. 65. c. pro quo Bekkerum δοκιμεῖον recepisse equidem non probaverim. Namque imitatus est Platonem in vocabuli usu Dionys. Hal. in arte rhet. T. V. 396. (Reisk.).

Forma magis quam significatione differunt τὰ μῆρα et τὰ μηρία, neque quidquam discriminis habent τὸ πεδίον **) et τὸ πέδον, praeterquam quod hoc non minus de campis, numero tantum singulari, quam de humo dicitur, ita ut Sophocles Antig. 441. σὲ δή, σὲ τὴ νεύουσαν ἐς πέδον κάρα dicere non potuisset πεδίον, quamquam etiam a tragicis τὸ πέδον περιφραστικῶς veluti πεδίον ponebatur: ut Euripides *in Orest. v.* 515.

Οὐδ' ἂν προσείποιμ' οὐδὲ σὲ ζηλῶ, κακῆς
γυναῖκος ἐλθόνθ' οὕνεκ' εἰς Τροίας πέδον

idem in Androm. v. 11.

ἐπεὶ τὸ Τροίας εἶλον Ἕλληνες πέδον

cf. Helen. v. 2.

Hac periphrasi significatur plerumque τὸ πεδίον et τὰ πεδία ut a Sophocle in Oed. Col. v. 1313. τὸ Θήβης πεδίον, et ab eodem Τροίας πεδία in Philoctete (cf. v. 1435. ibid.). Hunc interpretandi modum iam exhibuit Strabo Tom. V. p. 280. (ed. Tsch.): —

ἐκαλεῖτο δ' ἡ χώρα αὕτη Ἀδράστεια, καὶ Ἀδραστείας πεδίον κατὰ ἔθος τι οὕτω λεγόντων τὸ αὐτὸ χωρίον διττῶς ὡς καὶ Θήβην καὶ Θήβης πεδίον καὶ Μυγδονίαν καὶ Μυγδονίας πεδίον. cf. Schol. Eurip. Hec. v. 137. (ed. Matth.)

Haec vero nomina ab adiectivorum sententia non videntur profecta. Fuisset tamen, quae adiectivorum specie sint praedita,

*) De nom. talibus cf. Lobeck. parerga ad Phryn. p. 519.

**) Ab utroque nomine derivata repetiverunt tragici: πεδοστιβὴς Aeschyl. Pers. 105. in chor. πεδοβάμονα Aeschyl. Choeph. V, 591. in chor. et πεδινόμοις Aesch. sept. c. Theb. v. 272. et ἀμπεδιήρεις Aesch. Pers. 566. in chor. et pro πεδιοπλόκτυπος Aesch. sept. c. Th. 83. in chor. scripsit Seidl. in libr. de vers. dochm. πεδί' ὁ πλόκτυπ'.

nomina, etiamsi secundum usum, quem obtinent, ea substantivorum instar sint usurpata, vel ex aliorum nominum analogia concludi potest. Adiectivi naturam tribuere nominibus τὸ σισσίτιον (Eurip. Ion. 1179.), τὸ ἐφόλκιον (apud Eurip.), τὰ προστόμια (Aeschyl. Suppl.) iure dubitabis. At vix poterit adiectivi species detrahi nomini τὸ ποίμνιον, ubi constat exstare adiectivum ποιμένιος, unde ποίμνιον ex ποιμένιον, per syncopen factum. Nulli dubitationi obnoxia sunt τὸ αὔλιον (Soph. Philoct. v. 19.), τὰ ἀκροθίνια (Aesch. Soph. Eur.), τὰ θέσμια (Soph. Ai. v. 693.), τὰ λόγια (Eurip. Heraclid. 406.), τὰ πρυμήσια (Eurip. Iph. T. v. 1363.), τὰ σφάγια (Soph.) et τὰ χρηστήρια (Soph. Ai. v. 218.). Quibus addas τὸ φροίμιον i. q. προοίμιον (Aesch. Prom. v. 807. et Eurip.), τὰ ἐπιτίμια (cf. Blomfield. ad Aesch. sept. c. Th. v. 1023.), τὸ προάστιον (apud Soph. El. v. 1431. Eur. Alc. v. 848.) et τὰ προνώπια apud Eurip. Bacch. v. 632. Difficile denique est expositu τὰ ἴτρια quo usum esse Soph. in Iride testatur Athen. XIV. p. 646.: ἴτριον, inquit, πεμμάτιον λεπτὸν διὰ σησάμου καὶ μέλιτος γενόμενον. Σοφ. Ἰριδι·

Ἐγὼ δὲ πεινῶσ' αὖ πρὸς ἴτρια βλέπω.

cf. Aristoph. Ach. 1092. Haec quantum scio, sunt omnia, quae apud tragicos inveniuntur nomina in ιον exeuntia.

Itaque iam restat, ut de reliquis, quorum terminatio habetur deminutiva, nominibus disputemus. Vocabulorum in ις ne unum quidem apud tragicos offenditur nomen sententia deminutiva praeditum. Neminem hic desideraturum arbitror ἡ εὐμαρίς, ἡ κηλίς, κερκίς, κρηπίς, πατρίς a quibus saltem sunt distinguenda, quae primitivum possidere videntur, ut ἡ μερίς apud Euripid. in *Suppl.* v. 240. obvium:

τρεῖς γὰρ πολιτῶν μερίδες· οἱ μὲν ὄλβιοι.

Huic adiungas ἡ ἀμὶς *), quod duco posse referri ad ἡ ἄμη apud Aeschyl. *Suppl.* v. 840.

σοῦσθε, σοῦσθ' ὀλόμεναι, ὀλόμεν' ἀπ' ἀμίδα.

„Properate, properate perditae in navem.“

cf. Hesych. qui id nomen per σταμνίον exponit, etsi scimus ex etym. m. ἀμάδα nuper fuisse receptum. Graecos ceterum habuisse terminationem ις, qua significarent instrumentum eius rei, qua vel verbum vel nomen, unde illud ipsum originem traheret, esset insignitum, ita ut etiam adiectiva eodem exitu affecta fieri possent substantiva, non tam ex ἡ κοπίς, quod utrum ab ἡ κοπὴ an a κόπτω repetas, nil refert apud Euripidem apposito nomine μάχαιρα obvium, quam ex ἡ γλυφίς (cf. Etym. m.

*) Quemadmodum ἄμη per spiritum asperum scribebatur — sint licet qui eam scribendi rationem vituperent, vide Bremi ad Aeschin. Ctes. 122. — sic ab antiquis Atticis aspiratum fuisse ἁμίς tradit Eustathius.

p. 235.) patet, quod praeter Homerum etiam Euripides habet in Oreste v. 268.:

οὐκ εἰσακούετ', οὐκ ὁρᾶθ' ἑκηβόλων
τόξων πτερωτὰς γλυφίδας ἐξορμωμένας.

et cf. Etym. m. p. 676, 25. ubi ἡ πλημμυρὶς a πλημμύρω derivatum dicitur, quod voc. apud Aesch. Choeph. 183. Eurip. Alc. 181. Suppl. 715. reperitur. Certam autem significationem haec terminatio cuivis nomini num attribuerit, nondum habeo exploratum. Id quidem per se clarum est terminatione ις non tantum adiectiva, ut πύλαι στρατηγίδες apud Soph. in Aiace, sed substantiva quoque formari potuisse, et haec quidem etiam a nominibus propriis orta, ne deesset, quo typo significarentur appellativa, ut ἡ νοτὶς a Νότος (apud Euripid.). Hinc intelligitur, cur nomen ἡ συνωρὶς secundum originem suam non modo apud Aesch. Choeph. v. 979. significet *vinculum*, sed etiam apud Euripidem (vid. Valck. ad Phoen. v. 331.) *bigam*.

Non prorsus declinat ab hoc formandi modo ἡ πορθμὶς quod idem ac τὸ πορθμεῖον significans Euripidi in Iph. T. v. 344. et Cycl. v. 362. est usurpatum. Ab adiectivo autem exiit ἡ ἐφολκίς, quod nomen substantivi vim videtur debere terminationi, veluti ex scholiaste ad Aristophanis Vesp. v. 288. videre licet —: ἐφολκίς, inquit, κυρίως λέγεται ἡ λέμβος, ἤτοι ἡ μικρὰ ναῦς ἡ ὑφ' ἑτέρας μεγίστης νεὼς ἑλκομένη, διὰ βραδυτῆτα — hinc *Euripid. Herc. fur. v.* 633.

ἄξω λαβών γε τούσδ' ἐφολκίδας χεροῖν
ναῦς δ' ὡς ἐφέλξω. — cf. Androm. v. 200.

Eandem speciem habere videmus ἡ ἁλουργίς, quod apud tragicos plus semel invenitur cum quo nomine componantur ἡ νεβρίς apud Eurip. in Bacch. et Phoeniss. v. 803. et ἡ αἰγίς (Aesch. Choeph. 591.) quod sunt qui deducant ab ἀΐσσω. Probabilius ab αἴξ eadem ratione qua τὸ βοάγριον pro clypeo. At pro ἡ βουνίς acuto scribendum est βοῦνις gravatum contra Passovium illud scribendi genus in lexico tuentem. Nam apud Aeschylum legitur Suppl. v. 117.

ἑλέσθαι μὲν Ἀπίαν βοῦνιν

quem locum videtur testari Hesychius et sic Etym. m. p. 208, 3. βοῦνις, καὶ βουνίτες, ἡ γῆ. εἴρηται δὲ παρὰ τοὺς βουνούς. βουνοὶ δέ εἰσιν οἱ ὑψηλοὶ καὶ ὀρώδεις καὶ γεώλοφοι τόποι.

Hoc nomen ne commemorandum quidem fuit, ut ἡ βᾶρις, ιδος apud Aeschylum et similia, quae nihil habent cum deminutivis similitudinis. Pauca sunt, quae in ις exeunt, nomina poetis maxime concessa masculorum feminina, ut a δμὼς ἡ δμωΐς et ἡ δμωὴ (apud Aesch. Choeph. v. 805. et Eurip. Bacch. v. 507. et ἡ βασιλίς (Soph. Ant. v. 941.). Hoc ex usu vel est perspicuum, qui fieri potuerit, ut ἡ εὐνίς apud Euripidem Iph. A. v. 397. *pro uxore* diceretur. Tragici inde poetae hanc formandi

rationem ad alia quoque direxerunt nomina, ut ἡ βαθμίς apud Aeschyl. Suppl. v. 861. cf. Meleager in Anth. Pol. VII. epigr. 428. pro ὁ βαθμός et ἡ περονίς i. q. ἡ περόνη apud Soph. Trach. v. 925. et accentu in primam migrante ἡ ἑορτίς i. q. ἑορτὴ apud Euripidem El. v. 620. ed. Seidl., quo de nominum genere disserit etymologus p. 153, 23. et p. 379, 31. (ed. Schaef.).

Sed plus negotiorum facessunt nomina ἡ στροφίς, ἡ στολίς et ἡ κρηνίς, quae a lexicographis vocantur deminutiva.

Ἡ στροφίς legitur apud Euripidem in Androm. v. 719.

ἔπαιρε σαυτὴν, ὡς ἐγὼ, καίπερ τρέμων
πλεκτὰς ἱμάντων στροφίδας ἐξαρνήσομαι.

a primitivo, quod editur, masculo duci nequit deminutivum femininum; indeque vox, quum habeat sententiam non deminutivam, proprium illum per terminationem accepisse significatum, putanda videtur, quae res non cadit in nomina ἡ στολίς et ἡ κρηνίς, quippe quae utantur primitivis femininis. Nomen ἡ στολίς Euripides saepius repetit, — qui et ipse utitur (in Bacch. v. 980. Ion. 1010.) primitivo ἡ στολή, — ut *in Bacch. v.* 929. (*ed. Herm.*).

ζῶναί τέ σοι χαλῶσι, κοὐχ ἑξῆς πέπλων
στολίδες ὑπὸ σφυροῖσι τείνουσιν σέθεν.

et *in Phoeniss. v.* 1505.

στολίδα κροκόεσσαν ἀνεῖσα τρυφᾶς
ἀγεμόνευμα νεκροῖσι πολύστονον.

et *in Helena v.* 1379.

μέγα τοι δύνανται νεβρῶν
παμποίκιλοι στολίδες.

et Antipater Sidonius in Anth. Pal. VII. ep. 27. et IV. ep. 176. (ed. Iac.) ubi ex λεπταλέας στολίδας nominis deminutio non potest concludi. Verbum στολιδοῦν, quo usus est Euripides in Phoen. nos dubitare non facit, quin ἡ στολίς e deminutivorum ordine excludatur. Veterum testimonia magis ad seriorum scriptorum usum spectant, quam ad tragicos. Pollux libro VII. στολίδας dici scribit τοῖς χιτῶσιν ἐπιπτυχάς· μάλιστα ἐπὶ λινῶν χιτωνίσκων: unde στολιδωτοὺς χιτῶνας· Idem Pollux libro II. de fronte loquitur (μέτωπον Graeci vocant) αἱ δὲ ἐν αὐτῷ γραμμαὶ, στολίδες καὶ ἀμαρυγαί. Quid autem fuerit, quod sibi nomen derivatum, a qua primitivum abhorret, significationem vindicaverit, maxime ex terminatione coniici debet. Eam autem efficere posse, ut nomen certam quandam acciperet sententiam, etiam pluribus locis explanarem, nisi alias de eadem re luculentius tractarem. Talis vero, ut dicam, metaschematismus non debet tribui nomini ἡ κρηνίς, cuius ultima producitur syllaba (cf. Draco p. 23, 14. et Spohn. de extr. parte Odyss. p. 171.). Haec autem vocalis, quae in nominibus vere deminutivis corripitur, productio effecit, ut id nomen e deminutivis, a quorum sententia prorsus abhorrere cernitur, eximendum putemus. Semel tantum apud Euripidem legitur in *Hippolyt. v.* 210.

πῶς ἂν δροσερᾶς ἀπὸ κρηνῖδος
καθαρῶν ὑδάτων πόμ' ἀρυσαίμαν;

Doctiorum vero iudicio opus est, ut hoc nomen, quod ad terminationem attinet, exponatur.

Quum haec sint omnia fere, quae in ις terminantia apud tragicos inveni nomina, de ceteris vocabulis terminatione vel deminutiva vel ampliativa praeditis disserendum est. Cicero ad Atticum II, 16. ita scribit:

„Cnaeus quidem noster plane quid cogitet nescio:
φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι
ἀλλ' ἀγρίοις· φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ."

Hos versus, inquit Brunckius, quorum auctorem Cicero non laudat, Sophoclis esse compertum est ex Longino περὶ ὕψους p. 7. editionis Toupii:

Γελᾶται ἔτι μᾶλλον τὰ Κλειτάρχου· φλοιώδης γὰρ ὁ ἀνήρ, καὶ φυσῶν, κατὰ τὸν Σοφοκλέα·
οὐ σμικροῖς μὲν αὐλίσκοις, φορβειᾶς ἄτερ.

At vereor equidem, ne scriptoris nomen — nisi fabula, unde haec sumta sunt verba, fuit satyrica — sit corruptum.

Tum citanda certe sunt ὁ σκύλαξ et ὁ λεῖμαξ, quorum illud deminutivum vocatur (vide Spohn. l. l. p. 144.), hoc varie exponitur. At ὁ σκύλαξ neque apud Homerum, neque apud Sophoclem (Trachin. v. 1100.) et Euripidem (Bacch. v. 324.) deminutivi habet sententiam, qua etiam caret ὁ λεῖμαξ, quo bis usus est Euripides *Phoeniss. v.* 1586.

εὗρε δ' ἐν Ἠλέκτραισι πύλαις τέκνα
λωτοτρόφον κατὰ λείμακα, λόγχαις κ. τ. λ.

et *Bacch. v.* 867. *chor. cant.*

ἆρ' ἐν παννυχίοις χοροῖς
θήσω ποτὲ λευκὸν
πόδ' ἀναβακχεύουσαι
δέρην εἰς αἰθέρα δροσερόν
ῥίπτουσ', ὡς νεβρὸς, χλοεραῖς
ἐμπαίζουσα λείμακος ἡδοναῖς κ. τ. λ.

Scholiastes ad Phoen. l. c. λείμακα dicit λείμωνα. Hesychius in maius accepit nomen, λεῖμαξ, dicens, non solum esse λειμών, sed etiam χωρίον ἐν ᾧ λειμών, χωρίον ἐπίπεδον: Suidas autem σύμφυτος τόπος, κῆπος. Hinc fortasse ampliativa intelligetur significatio, quae inde praeterea sumi possit, quod exstitit comparativus λειμακέστεροι, qui apud Suidam dicuntur loci arboribus consiti: οἱ σύμφυτοι καὶ σύνδενδροι τόποι. Nomina vero ampliativa grammatici veteres per ὑποκοριστικὰ interpretari solent, eorumque usus rarenter offenditur apud poetas tragicos. In eorum numero posueris κολπίαν (Aeschyl. Pers. 1061.). κυματίας (Aeschyl.) γεροντίας (Sophocl. fragm. ab Hesych. servat, s. n. Ἱερόλας et ὁ στόμις (cf. Lobeck. ad Phryn. p. 186.),

quod vitandum non est visum Aeschylo secundum Eustathium ad Odyss. ε. v. 313. p. 1538. sic dicentem: *Ἔνθα (ἐν Ἰλιάδι) ὡς ἐπὶ πολὺ λέξις ἱππικὴ τὸ ἐλάσειν. Ὅθεν ἀνήλατόν φησι — παρὰ Ἀνακρέοντι ὁ ἀπειθής. Ἀπὸ ὑποζυγίων· ὡς καὶ στόμις παρ' Αἰσχύλῳ ὁ ὥσπερ στόματι ἀντερείδων.*

Carmen Sophoclis fuit satyricum *Ἴναχος*, ex quo scholiastes ad Arist. Plut. v. 727. citans: *Πλούτων* sic ait: *Τὸν Πλοῦτον, Πλούτωνα εἶπε παίζων· ἢ ὅτι καὶ Πλούτωνα αὐτὸν ὑποκοριστικῶς ἐκάλεσεν, ὡς Σοφοκλῆς Ἰάχῳ Πλούτωνος δ' ἐπείσοδος· καὶ πάλιν·*

Τοιόν δ' ἐμὸν Πλούτων' ἀμεμψίας χάριν.

At terminatio *ων* ampliativorum potius videtur esse, quam deminutivorum; quod nomen cum ex fabula satyrica sit desumtum, nos non minus moratur, quam *ὁ κέντρων*, quo usum esse Sophoclem in fabula *Κηδαλίωνι* satyrica, testatur Athenaeus p. 164.: *κατὰ γὰρ τὸν Σοφοκλέα, ἐστὲ*

Μαστιγίαι, κέντρωνες, ἀλλοτριοφάγοι.

Nam alioquin proferenda forent *ἀνθρωπίσκε, δεσποτίσκε, Κυκλώπιόν, χρυσίον*, quae omnia in Cyclope fabula sat. apud Euripidem inveniuntur. Ex nominibus igitur, quibus prius significatio deminutiva est abrogata, facile perspicitur, quantum referat, ut ratio habeatur non tam terminationis qua vocabulorum ordines destinentur, quam significationis. Ac mihi quidem est propositum opusculum conscribere de nominibus non tantum vere deminutivis, sed de iis quoque quae terminationis causa in deminutivorum classe vulgo posita, propter significationem ex iis eiicienda sunt. Opus est autem incipiamus a scriptoribus, qui huiusmodi nominum usum consilio vitaverunt, quo aptius intelligamus, nomina specie quadam deminutivorum notata, quae epicis et tragicis sint usurpata, quam apud hosce poetas, tam apud reliquos scriptores sententia deminutiva prorsus carere.

Gumbinnae Idib. Septbr. MDCCCXXXII.

De Horatii epistola Quintio inscripta lib. I, 16.

Nosse homines, ad quos Horatius suas dederit epistolas, itemque cognitum habere tempus, quo eas conscripserit, quin plurimum faciat ad recte intelligendum, nemo omnium hodie negabit. Sed sunt multa in his rebus opinabilia, quae nituntur coniecturis, ultra quas progredi non licet. Quodsi Wielandius noster, inge-

niosus ille quidem in vero investigando atque in dubitatiunculis excogitandis, sed saepe etiam in iudicando nimium acutus et subtilis, ita ut parum suis se finibus continuerit, si igitur Quintium hunc, ad quem scripta est haec epistola, eundem putat Quintium Hirpinum, cui Oda II, 11. inscripta legitur, si hominis, de quo aliunde nihil constat, vitam moresque artificiosissime contexit, haud scio an haec omnia argutius, quam verius dicta sint. Mirari sane licet, si ad res tantummodo externas respicias, quod ne ullus quidem liber manu scriptus hoc loco cognomen Hirpini servat, quodque Scholiastae, usi saepe eorum opera, qui de Horatianis personis scripserunt, ne verbum quidem de una eademque persona addiderunt, quod alibi, ut ab Scholiasta Cruquii ad Ep. 1, 5, 1. = Od. 4, 7. 12, 23. = Od. 2, 16. cf. Vanderb. I. p. 375. 12, 1. = Od. 1, 29., Ep. 2, 2. = Ep. 1, 3., 18, 1. = 1, 2. [?!], 10, 1. = Sat. 1, 9, 61. Od. 1, 22. modo tectius, modo apertius factum videmus. Quis est, qui, cum illud lyricum et hoc epistolare poema inter se ex interna rerum, quae ibi commemorantur, natura atque indole contulerit, utrumque ad unum eundemque hominem scriptum esse nobis persuadeat? Nam quae utriusque communia esse videntur, vita studio habendi aliena paucisque contenta, attingunt locum satis late patentem, ut sinistre iudicet, qui inde ad concludendum aliquid sumat. Nonne Poeta ipse, ne hic, ad quem utpote omnibus notum literas dedit, cum vetere illo sodali confunderetur, addito cognomine *Hirpini* Od. 2, 11., cavere voluit? Sed missam faciamus istam sententiam, quae, si non funditus tolli, at certe labefactari iis, quae diximus, facile potest. Nam praeter illum Hirpinum, quem in gentem Quintiam receptum cognomen suum a patria duxisse crediderim (de qua nominum ratione erudite disputat *Weichertus* in Poet. latin. reliq. p. 242.), memoria huius quidem aetatis nobis nullos alios Quintios prodidit, nisi *Tit. Quintium Crispinum* agnomine *Valerianum*, eumque tamen magis incertae aetatis, in marmore apud Gruter. 200, 6. atque in nummo, quem affert *Raschius* (Lexic. univ. rei num. vet. T. 4. P. 1. p. 651. nr. 34.), et *Tit. Quintium Crispinum* a. u. 745. consulem. Rodellius, quod sciam, primus hic intellexit T. Quintium Crispinum, qui a. u. 745. cum Druso functus est consulatu. Quod pauci interpretes eius amplexi sunt sententiam, id inde factum arbitror, quod vir ille doctus sat habuit, sententiam suam proponere non confirmatam exquisitioribus argumentis. Eum prae ceteris secuti sunt Sanadonus, Dorighello et Bothius. Novissimus Horatianarum epistolarum interpres elegans, Theodorus Schmidius, de hac re sibi non liquere ingenue fatetur. In tanta igitur rerum difficultate si intelligamus T. Quintium Crispinum, de quo antea dixi, si epistolae tempus quo scripta sit, in annum 732. conferamus, multa, opinor, explicatu erunt faciliora. Hoc enim tempore Quintius, si ad eius consulatum computemus, erat adolescens atque haud dubie Au-

gusto carus acceptusque *); quapropter adducor, ut credam, eum hoc anno vel proximo, qui antecesserat, honore magistratus cuiusdam ampliore ornatum fuisse. Huc omnium maxime facit, quod Quintius idem videtur esse, qui in nummis Triumvirum monetalium sub Augusto procusis T. Crispinus T. F. plerumque addito Sulpiciani (—tiani) agnomine obsignatus reperitur. Consulem fuisse eundem Triumvirum monetalem opinati quidem sunt Norisius in Epistol. Consular. (Graev. Thes. Antiq. Rom. XI. p. 414.), Goltzius in Fast. ad a. u. 743. (quanquam id non ipsis verbis dicit) p. 216. coll. Indic. in Fast. Tab., Vaillant. in Nummis Famil. Rom. p. 325. atque Havercampus ad Morell. Thes. II. p. 362., licet hic etiam de filio adoptivo cogitet, cuius rei fidem tollere videntur rationes chronologicae. Nummos illos recenset Raschius l. l. T. 4. P. 1. p. 649., cf. Impp. Roman. Numism. curante Phil. *Argelato* Bononiensi. Mediol. 1730. p. 43 sqq. et *Eckhel.* doctr. num. vet. T. 5. p. 290. T. 6. p. 123. Num Sulpicianus unus et idem Valerianus fuerit, de quo supra diximus, iudicent huius rei intelligentiores. Ex illo nummorum numero et genere facile colligitur, Quintium Crispinum per hoc fere tempus fuisse Triumvirum monetalem. Nummi enim, qui Qu. Cr. nomen exhibent, quique Augustum tum hostium victorem, tum civium servatorem perpetuum (corona quernea inter duos lauri ramos cum epigraphe: *ob civis servatos*) declarant, ex Augusti septimo consulatu (a. u. 727.) annisque subsequentibus sese excipiunt. Hoc aliove publico officio et munere qui rite perfungebatur, is in populi conspectu constitutus eo magis in se, utpote adolescentem, converteret omnium ora necesse erat, quo verior est illa Ciceronis (de Legg. 1, 11, 32.) sententia: *propter honestatis et gloriae similitudinem beati, qui honorati sunt, videntur.* Inde forsitan explicandus erit huius epistolae versus 18., quem Wielandius reliquit intactum, quemque Wetzelius ita interpretatur, ut Quintius (Hirpinus ille quidem) iam rem insignem collegisse videatur, quod interpres cetera doctissimus ex Od. 2, 11. perspici sibi persuadet. — Alios T. Crispini magistratus ac res gestas ignoramus, nisi quod a. u. 745. Calend. Januar. iniit consulatum cum collega *Nerone Claudio Druso*, quod praeter alia antiquitatis monumenta testantur marmor Gruteri p. 61, 1., Verrius in Fast. Praenest. ed. Rom. 1779. p. 17. et Foggin. p. 105. (Sueton. ed. Wolf. IV. p. 322. 335.), Fast. magistr. Rom. a Pigh. restitut. in Graev. Thes. Antiq. Rom. XI. p. 214. cf. ibid. p. 254. 351. 414., Fast. Consul. ed. ab Almelov. p. 107., Dio Cass. 55, 1., Freinsh. Fragm. Liv. 140, 1. Pigh. Annal. III. p. 524. Quodcunque horum monumentorum cognominis mentionem facit, consulem hunc cognominat Crispinum, qua re

*) Quintium istum cum Augusto fuisse familiariter iunctum opinatur etiam Weichertus in Commentatione III. de Lucio Vario poeta p. 29.

Dorighello (III. p. 233.) manifesti arguitur erroris, quod Quintio consuli cognomen Hirpini fuisse dicit. In alio versatur errore Cruquius, qui ob T. Quintii Crispini consulatum cum Druso Nerone gestum pro *Hirpino* Od. 2, 11. p. 109. legendum censet *Crispinium*. De vita huius Quintii atque moribus nil certe nobis innotuit, praeterquam quod in numero eorum, qui cum Iulia Augusti filia rem habuerant, deprehensus est. Errat tamen Rodellius, quod eam ob causam tribus post consulatum annis capitis poenam subiisse dicit, cum hoc sit incertum atque eius in insulam quandam relegatio verisimilior. Vid. Dio Cass. 55, 10. et Vellei. 2, 100. ibique Boecler. At fortasse assensu dignior multis videri poterit eiusdem viri sententia, qua de Quintio consule hic agi, quod non solum nomen, verum etiam mores convenirent, cum Sanadono opinatus est. Sed haec sane est res lubrica, quam defendendam suscipere nolim. Omnino plurimi interpretes hunc Quintium sibi finxerunt hominem vafrum et insipientem, quocum Poeta pro lubitu agat, quemque acerba obiurgatione castiget. Versus 53., quem huius rei testem citant, nihil probat, ut iam recte vidit doctissimus Th. Schmidius. Sed dicam, quod sentio. Quintius, magna familiaritate cum Horatio, quanquam natu maiore, iunctus illo bonae famae consensu, quo, ut ante dixi, eum aura popularis prosequebatur, ad maiorem sui fiduciam haud dubie elatus fuit, et ita, ut in multitudinis iudicio nimium ponere atque extrinsecus bene aut male vivendi suspensas habere rationes videretur. Amico igitur amicissimus Poeta, quae fuit eius dicendi libertas, meliorem monstrat viam, imperitae multitudini ne quis in utramque partem multum tribuat cavens et laudem veri sapientis eam statuens, qua quis totus aptus sit ex sese atque in se uno sua ponat omnia. Horatius, omnium horarum, ut ita dicam, homo, nullum praetermittebat tempus, quo tum familiaribus tum aequalibus suis salubriter praeciperet atque ea, quae in vita aut privata aut publica agerentur, ad rem suam scite accommodaret. Inde in hanc de viro bono, in quo nomine largiendo nimius et tanquam prodigus erat populus levis, exspatiatur elegantem disputationem, in quam tanquam in speculum vitas omnium inspicere iubet. Cuius rei praeterea causam dedisse videtur Licinii Murenae, quem in amicorum numero habuerat cuique amicissimo monitu paucis abhinc annis acclamaverat: *Rectius vives Licini* etc. (Od. 2, 10. cf. 3, 19, 11. Sat. 1, 5, 38.) atque Fannii Caepionis tristissima sors atque fatalis exitus. Ille enim vir, principibus viris imprimis Maecenati ob Terentillam coniugem, Murenae sororem, carus atque acceptus populoque ob dignitatem, qua gaudebat, probatus, hoc ipso anno i. e. 732. u. c. antiquos exuerat mores, vel potius talem, qualis erat, se ostenderat inita cum Fannio Caepione in Augustum conspiratione. Et sane id ideo Licinium fecisse multi et veterum et recentiorum opinati sunt, quod statu rerum mutato pristinas se recuperaturum opes proscriptione amissas atque in al-

tiorem dignitatis atque honoris sedem ascensurum esse credidisset. Sed turbulentus homo cum Caepione nefario gravissimas sui facinoris dedit poenas. Vid. Dio Cass. 54, 3., Freinsh. Fragm. Liv. 136, 11. et qui laudantur, imprimis Sueton. in Aug. c. 19. Adde Strab. 14, 5. p. 223. ed. Tauchn., Mitsch. et Vanderb. ad Od. 2, 10. Bene de eo Velleius 2, 91.: *Murena sine hoc facinore potuit videri bonus, Caepio et ante hoc erat pessimus.* Quid, si ad hanc rem, quae omnibus recenti memoria haerebat, respexisse Horatium dicamus? si, quae in Quintium acerbe dicta videntur, aliunde profecta credamus? Nihil dicam de Caepione, quem ante virum bonum a populo habitum esse neque affirmare neque negare ausim. Bene in hanc rem Zellius: „Addidit autem haec quidem praecepta, sive ut omnino hac opportunitate uteretur cum amico de re gravissima colloquendi, sive quod Q. H. fortasse hoc ipso vitio laboraret, ut videri bonus quam malus mallet.“ Sit sane hoc! Quis non videt rem asperam ac gravem coniectura nostra mitigatam? Attamen hos si dicimus, illam veterum scriptorum libertatem, quam multi nostrorum hominum pro protervitate atque asperitate agresti habent, a nobis sublatam existimari nolimus. Erat enim Romanae saturae lex, ut illa iis hominibus, quibuscum instituebatur sermo, liberrime proponeret quae cum ad alios, tum ad ipsos pertinerent. Cf. annot. ad Ep. 1, 1, 94. p. 81., Schell. ad A. P. p. 5. et Both. ad Sat. 1, 2, 48. ed. F. Profecto huic, quam posuimus, coniecturae si quis indulgeat, multos huius epistolae locos explicatu faciliores habebit atque haud scio an inde clarior lux affulgeat versibus 67 — 69. 73 — 79. Hoc tamen ad vivum resecare nolo, cum Poeta hic ut alibi ex propriis ad communia transeat, ea tantum significans, quae sapienti sat sunt. Sed quo tectius rem concinnatam videas et summo quasi digito tactam, eo magis mirabere artem. At si quis Poetam in aliis omnibus idem atque in Murena et Caepione pessimum simulationis exemplum videre potuisse dicat, ei non valde repugnaverim, cum tales viri, qui boni audiunt, quanquam sunt mali, ubique terrarum reperiantur; quilibet tamen hoc mihi dabit, ex iis rebus, quas supra commemoravi, saepe earum rerum, quas poetae aliique scriptores proponant, pendere haud dubia momenta, quod in Horatium prae ceteris cadere neminem fugit. Omnino poesis illa Veterum propius aberat a vita communi ad eamque magis pertinebat, quam nostrorum hominum, qui sola saepe animi quadam agitatione commoti ad altiora surgunt atque curant sublimia. Sed et alia res annum u. c. 732. indicare mihi videtur. [Sanadonus ex versu 29. epistolam post annum 726. scriptam putare sat habet, Daruius (IV. p. 261.) eam in incertum tempus confert.] Hoc enim anno summa erat caritas et iam fames, quia ob pestilentiam, quae in agrorum cultores saevierat, agri maximam partem inculti erant relicti; quam ob rem Augustus Tiberio quaestori curam rei frumentariae administrandam dedit, quam is et Ostiae et in urbe sapienter moderatus

est auctore Velleio 2, 94. cf. Dio Cass. 54, 1. Sueton. Tib. c. 8. Freinsh. Fragm. Liv. 136, 7. Quid, quod Lipsius (Elect. 1, 8.) eodem anno ab Augusto constitutos curatores annonae opinatur. Utcunque interpretari velis vv. 69 — 72. „*Vendere — penusque*," id equidem opinor apparere, illam servilium officiorum (per servos enim tum omnis fiebat agricultura) descriptionem, quam quo commode referrent, nesciverunt interpretes plerique omnes, non tam ex ornamento oratorio illatam, quam ex temporis ratione ortam haberi posse, ita ut ea huius anni non indubitatum prae se ferat vestigium et quasi testimonium. Fortasse etiam verba: *Vendere cum possis captivum* v. 69. ex re in facto posita suum traxerunt poeticum colorem. Vid. Freinsh. Fragm. Liv. 136, 17. Quae si vera sunt, quae hucusque disputavimus, facile intelligitur, hanc epistolam anno 732. Varr. et fortasse ipso mense Septembri esse scriptam; neque minus ex iis, quae supra diximus, diiudicare licebit, num Iul. Caes. Scaliger in Poetic. lib. 6. p. 808. ed. 4tae aequam de hac epistola fecerit sententiam, cum sic scriberet: „Ceterum in sexta decima, ubi rus descripsit, exilit temere ad discutienda praecepta sapientiae;" quacum conferatur Danielis Heinsii (in libro de Satir. Horat. p. 152. ed. Lugd. Bat. 1612.) notatu dignissima sententia: „Quotiescunque autem aliquem e philosophia locum diligenter tractat, facile persuadet, causas sibi esse cur nonnumquam desultorie hoc agat; nec scientiam deesse aut eruditionem. Legat ep. ad Quintium qui volet, in qua, quis sit vere vir bonus, disputatur. Nam praeterquam quod omnia, quae a sapientibus afferri aut opponi solent, excutiat, tot prope enthymemata complectitur quot verba. Etiam definitiones parum accuratas serio explorat. Primo enim vulgi opinionem proponit: deinde falsitatem eius arguit. — — — *vir bonus* — *pelle decora*. Denique, quicquid libera oratione dici a philosopho potest, hoc ligata est amplexus. Et quod est miraculi instar, sine taedio lectoris aut putitidate." — Ceterum villae describendae idoneam opportunitatem utrum Horatio dederit huius anni ratio, an alia res, quis est qui affirmet aut neget? Locus enim huius rei eximius legitur a v. 1. usque ad v. 16.; alios, in quibus Poeta villam Sabinam describit aut significat, locos indicavi ad Ep. 1, 10. p. 27. itemque scriptores, qui aut villae Horatianae aut vallis Sabinae mentionem fecerunt, itidem picturas interlineares per aeneas laminas expressas. *Eichholzii* itinerarium legitur in *Hauffii* quoque Philolog. II, 1. p. 153 sqq., quibus nunc adde: „Some Account of an Excursion from Rome to Horace's Sabine Farm" in Classical Journal Nr. LX. Decembr. 1824. p. 216 — 232., „Untersuchungen über das Landhaus des Horaz etc. aus dem Französischen des Herrn Campenon" — Lips. 1826., cf. Oeuvres d' Horace, traduites par Campenon et Després. Paris 1821. I, p. LXV — LXXXVII., Guil. Waiblingeri „Wanderung ins Sabinerland. Briefe an Theodor Hell im Wegweiser im Gebiete der Künste und Wis-

senschaften zur Abendzeitung" 1827. Nr. 70. p. 278 sqq. et conf. eiusdem „Sommerausflug nach Olevano — in Gubitz Gesellschafter" 1828. ch. 201. p. 1006. et quae paucis idem vir praematura morte nobis ereptus praefatur in: „Zeitung für die elegante Welt" 1828. Nr. 236. p. 1883., Ernestus de Houwald: „Bilder für die Jugend." Lips. 1829. I, Nr. 9.; „Dreissig Bilder zu Horazens Werken — Carlsr. im Kunstverl." 1829. tab. 4. 5. 6. cum Sickleri, V. d., „Erklärung der dreissig Bilder" ibid. p. 10—15. Formam quandam vallis Sabinae aqua tinta, quam dicunt, delineatam et depictam suppeditat Nibby quoque Viaggio etc. I. p. 194. Aliae horum locorum formae ad exemplar I. Phil. Hackerti adumbratae et communi Dunkeri, Eichleri al. opera aeneis tabulis incisae laudantur in bibliotheca Daehniana. Lips. 1830. p. 131, 3—9. De situ et natura loci conferendi etiam sunt Westphal: „Die Römische Campagne" etc. Berol. et Stett. 1829. p. 115 sq. et Mannerti Geogr. Ital. Lips. 1823. I. p. 527. De domo, quam Horatium prope Tibur habuisse aliquot docti dicunt, adde Sickler. l. l, p. 9. tab. 3. et Anonymi cuiusdam „Spatziergang nach Tivoli" in Kuhnii „Freimüthig." 1824. N. 201. p. 804., conf. Fr. Leop. Comitis de Stolberg Itinerarium patrio sermone eleganter scriptum IV. p. 316. et Kephalidis Itiner. I. p. 133., Vanderb. II. p. 612. Praeterea ad priorem huius epist. partem recte intelligendam plurimum faciunt qui de rusticatione et villis veterum Romanorum scripsere imprimis Ge. *Grenius* de villarum antiquarum structura apud Romanos in Sallengrii Nov. Thes. I. p. 731 — 768. et Ph. Lud. *Hannekenius* de cura domestica Romanorum Dissert. IV. p. 1313 sqq. ibid. Alii laudati sunt ad Ep. 1, 10. p. 9. a Rupertio ad Juv. 1, 91. et a Stieglitzio in: „Archaeologie der Baukunst" II, 2. p. 237 sq. quos vide et Guil. Mülleri „Rom, Römer und Römerinnen" etc. I. p. 155 sqq.

Restat, ut de tempore, quo Maecenas Poetam suum villa Sabina donaverit, pauca dicamus, quanquam veremur, ne omnis huius rei quaestio sit inanis. Dorighello (I. p. XXII.) et Mitscherlichius (I. p. CLXXI.) illud donationis tempus ad annum 716. referunt; quibus autem rebus suas hi viri docti superstruxerint rationes chronologicas, id me latere profiteor, quin imo, num haec sententia pro vera possit haberi, valde dubito, quod ne ullam quidem huius rei usquam fieri mentionem videmus in primo Satirarum libro ab anno 714. incepto et 723. absoluto. Neque minus mihi probatur Vanderbourgii sententia, qui ad Od. 2, 6. p. 232. illud Maecenatis beneficium paulo ante annum 720. i. e. 721. Varr. in vatem carissimum esse collatum propterea opinatur, quod Horatius in Sat. 2, 3. illo anno scripta primum mentionem iniecerit villae suae; at ex versu 185. nihil aliud meo quidem sensu sequitur, nisi hanc Satiram non ante annum 721. Varr. esse exaratam. Hoc enim anno populus Romanus magnifica Agrippae aedilitate delectatus erat. Quare, ut alia quae in hanc rem faciunt omit-

tam, libenter accedo ad *Iahnii* istud poema ad annum 724. referentis sententiam satis probabilem. Vid. Iahn. ad Sat. 2, 3, 4. p. 264. Attamen ab eodem viro doctissimo mihi discedendum est et eam ob causam, quod ad Od. 2, 18, 14. p. 331. Horatium anno 723. *post pugnam Actiacam* a Maecenate agro Sabino donatum esse annotavit; cui quidem sententiae adversatur Epod. 1, 25 — 34., ex quo carmine luce clarius apparet, Poetam illum agrum iam ante pugnam Actiacam d. 4. Non. Sept. 723. commissam possedisse; id quod Iahnius ipse aliis in locis recte observavit, vid. eiusd. Annal. Philog. et Paedag. 1827. II. (IV.), 4. p. 408. atque ibidem 1831. I, 2. p. 230., ubi optime disputat contra Toepferi progr. schol. Arnstad. 1829. „de Horatii consiliis in scribenda Satira lib. II, 6." Quod ad hanc ipsam Satiram attinet, in qua Hor. grata mente praediolum Sabinum a patrono munifico sibi donatum laudat celebratque, dubitari non potest, quin ea composita sit ante mensem Febr. 724. Cf. Iahn. ad v. 40. 55. Mitsch. ad Hor. Opp. I. p. CLXXIII. Si exceperis Odam 1, 17. Tyndaridi inscriptam, quae cui anno attribuenda sit, nil certi potest statui, reliqua carmina, quae quidem mentionem villae Sabinae faciunt, post annum 723. u. c. Varr. scripta esse inter omnes constat. Inde mihi rem accuratius intuenti ac reputanti nihil aliud exploratum est, quam illum *agrum Sabinum non ante annum quidem* 723., *at ante pugnam Actiacam Horatio esse dono datum.* Qua in sententia assentientes me spero gaudeoque habiturum esse illos viros, qui in hoc genere disputandi habitant, Iahnium et Weichertum. Vide huius Poetar. latin. reliq. p. 58. not. 44. Sed ut eo, unde egressa est, se referat oratio, dicetur de ea ratione, qua scribendum sit nomen *Quintii.*

Inscribitur haec epistola (in vett. edd. XVII.) in codd. manuscriptis Br. C. *ad quintium de situ agri*, Pr. B. φ. addunt: *sui*; *ad Quincium de situ agri sui* Ar. A., *ad Q „ntium desi tum agri* (lit. uncial.) Pr. E., *Quintium alloquitur de situ agri sui* Pr. W., *ad Quintinum* Pr. A., *ad Quintium* Ar. B. P. et Br. D. (ex argum.), ita etiam ed. Lips. 1492.; *Quintus Horatius Flaccus Quintio S.* ed. Mediol. princ. et 474. 476. (Lavagn.) 77. Venet. (Cond.) 477. 79.; similiter, sed scripsit *Quinto* ed. Venet. 481., *ad quintium amicum suum* ed. Cadom. 480., *ad Quintium* Flor. 482. Venet. 486., *AD INTIUM* Venet. 483. Hanc scribendi rationem comprobat optimorum codd. consensus (sic ad v. 1. *Quinti* exhibent Bernenss. omnes atque e Parisinis 13. a Ferdinando Hauthalio *) collatis omnes, Ar. A. B. C. D. H. N. O. et 4 mss. ap. Th. Schmidium, cf. Vanderb. ad Od. 1, 11. p. 421. 1, 18. p. 416.), cui quidem adversantur nummi *ct* exhibentes, vid. Rasch.

) Vid. Tabellarii huius fasc. 3. p. 461. De editt., quas supra indicavi, Ferd. Hauthalius alias dicet ipse.

l. l. cf. tamen Ryckius ad Tac. Annal. 1, 3. Sed quod ad hos attinet, eis in talibus rebus assensum praebere dubito, quippe qui ut cetera antiquitatis monumenta (interpp. ad Liv. 1, 30, 2.) veteris moris saepe tenacissimi sint atque ipsos archaismos, ut *Vaala*, *Feelix*, *Sula*, *Vaarus* et alia id genus servent; vid. Spanhem. de praestant. et usu numism. diss. 2. p. 79 sq. et Eckhel. V. p. 75. Sic *Quintius* hic, de quo nunc omnis institutus est sermo, scribitur literis *ct* in inscript. ap. Gruter. 61, 1.; sed eadem inscriptio etiam archaismum *Apsenti* retinet. Cf. Orell. Inscr. nr. 598. Quid, quod Raph. Volaterranus in Comment. urban. lib. 19. p. 686. ex marmore in Aventino reperto *Quincium* per *c* scribendum ait (sic legitur etiam in ed. Horat. Lips. 1514., ut mihi amicissime indicavit Th. Schmidius); eandem tamen inscriptionem Gruterus p. 200, 6. addita litera *t* exhibet. Utri horum virorum maior sit habenda fides, me nescire fateor. Quicquid est, ex his, opinor, satis apparet, quam incertum sit in hac re diiudicanda nummorum et inscriptionum, quas quidem multi pro foliis Sibyllae habent, testimonium. Politissimi autem scriptores iique Augusto aequales scribendi rationem ad leniorem pronuntiationis legem revocabant. Et quis eos tam inconstantes sibi credat, ut *Quintum*, *Quintium* et alia eiusdem originis vocabula alio modo scripserint? Quis denique nobis fidem praestet, elegantissimum poetam talibus archaismis inhiasse? Quin imo non desunt inscriptiones, quae in his nominibus emendatiorem orthographiam secutae sunt. Vide Gruter. in Ind. nom., Gorium in Polen. Thes. III. p. 54., Inscr. antiquar. c. 9. p. 860. in Sallengr. Nov. Thes. III., Orell. nr. 517. 3062. et Ald. Manut. Epitom. Orthogr. p. 99. Sic Graeci huius rei locupletissimi testes, ut Plutarch. Quaest. Rom. 7. p. 92. ed. R. *Κυϊντλίας εἰδοῦς*, Dio Cassius 56, 18. *Κυϊντίλιος* et Io. Lydus de Mens. 4, 63. eodem modo scribunt. Hinc non erat, quod Fea ad Od. 1, 18. et Niebuhrius in Mus. Rhen. 1827. III. p. 223. literam *c* in nomine *Quintii* servatam vellent. Cf. Conr. Schneider. Elementarl. p. 541. et Gernhard., V. doctiss., ad Quintil. Inst. I. p. XVI. Taceo de aliis aliorum scriptorum codicibus, quorum optimus quisque haec nomina sine litera *c* scripta exhibet.

Obbarius.

Aphthonii codex chartaceus, forma maxima, eleganter scriptus. praeter Aphthonii *Progymnasmata* continet Hermogenis *Artem rhetoricam*. asservatur in bibliotheca Universitatis Lips. Ms. 1245. inscriptio haec est: *ἀφθονίου σοφίστου προϋμνάσματα* rubrica, ut etiam singulorum capitum inscriptiones, scripta. collatus ad editionem Rhetorum Graecorum a Chr. Walzio curatam a. 1832.

Cap. I.

p. 59. *Ὅρος μύθου* deest.
p. 60. v. 1. *ἀμφοτέρων.*
9. *δὲ ἐπιγεγονότος.*

Cap. II.

15. *διενήνοχε δὲ διήγημα διηγήσεως.*
p. 62. v. 2. *διήλαττε.*
3. *ἀνελεῖν ἐπείγετο.*
4. *μὲν ὁ ἄρης.*
5. *ἀμύνειν ἔσπουδε.*
7. *προσέπτεσσε.*
9. *οἰκίαν.*
11. *μετῆλθεν.*

Cap. III.

περὶ χρείας· ὅρος χρείας.

p. 63. v. 1. *οἷον ὁ πλάτων.*
2. *ἱδρῶσι.*
4. *ὅσος.*
ὁ τῶν ἀνῶν βίος.
μικρόν τι φανεὶς.
5. *ποιησάμενος.*
9. *δ' αὐτὴν.*
14. *τὴν μὲν ῥίζαν ἔφη πικρὰν, τοὺς δὲ καρποὺς γλυκεῖς.*
19. *ὅσα τοίνυν.*
21. *ἀλλ' οἷα.*
p. 64. v. 1. *παραφραστικόν* deest.
φησὶν deest.
3. *τοῖς δ' ἑξῆς.*
τὸ τῆς αἰτίας deest.
7. *διαλειπεῖν.*
8. *περιγίγνεται.*

p. 65. v. 3. ἐκ τοῦ ἐναντίου deest.
4. φύγη.
ἀποδράσει.
6. τοῦ δέους τῶν λόγων ἀφήρηται.
9. Παραβολή. deest.
οἱ γῆν ἐργαζόμενοι.
11. συγκομίζονται μείζονι.
13. εἰλήφασι.
14. Παραδείγματα deest.
p. 66. v. 1. εὐκλεέστερον ῥήτορος.
καὶ τοσοῦτον.
2. πολλάκις om. paullo post ἡγησάμενος.
6. Μαρτυρία παλαιῶν deest.
7. δεῖ.
8. ἰσοκράτην.
p. 67. v. 1. Ἐπίλογος deest.

Cap. IV.
Περὶ γνώμης· ὅρος γνώμης.

5. ἔπί τι τρέπων.
9. παννύχιον ἄδειν.
15. εἷς κοίρανος ἔστω εἷς βασιλεύς.
17. τοιοῦτός τις.
p. 68. v. 1. ἐν οὐδενὶ.
13. καὶ εἰς μεγακήτεα.
17. γὰρ ποιητάς.
18. ζεῖν.
p. 69. v. 3. ἐπαινέσει.
4. περὶ πενίας.
5. Παραφραστικὸν deest.
8. τάδε.
9. Τὸ τῆς αἰτίας deest.
p. 70. v. 1. Ἐκ τοῦ ἐναντίου deest.
2. παῖδες γὰρ.
6. Παραβολὴ deest.
ὥσπερ γὰρ.
10. Παραδείγματα deest.
11. ἐγεγένητο.
p. 71. v. 4. τῆς αὐτοῦ γῆς.
8. Μαρτυρία παλαιῶν deest.
10. δὲ εὐγένειαν.
p. 72. v. 1. Ἐπίλογος deest.

Cap. V.
Περὶ ἀνασκευῆς, ceteris omissis.

9. εἶτα θεῖναι.
11. πρὸς τούτοις.

p. 72. v. 16. Ἐκ τῆς τῶν φησάντων διαβολῆς deest.
17. πρὸς ἑαυτούς.
p. 73. v. 1. πρότερον.
2. ποιεῖσθαι.
5. οἰκίας.
8. Ἔκθεσις deest.
φησὶ.
14. εἰς πύθιον τὸν τρίποδα.
κόρη θνητῆ.
p. 74. v. 1. μυθολογοῦσι.
3. Ἐκ τοῦ ἀσαφοῦς deest.
6. συνάπτεται γῆ.
7. ἐπωνομάζονται.
9. ἐξ ἀνθρώπου.
11. ποταμοῦ καὶ.
12. ὁ ὑμέναιος.
15. Ἐκ τοῦ ἀδυνάτου deest.
p. 75. v. 7. ἧς γὰρ.
8. οὐκ ἐδέχετο γένεσιν.
9. Ἐκ τοῦ ἀπρεποῦς deest.
βούλει om. εἰ.
12. μαρτυρεῖν.
13. νοσοῦσι.
p. 76. v. 1. Ἐκ τοῦ ἀκολούθου.
4. ὑπερέβαλλε.
5. φαῦλον om. τῶν.
9. Ἐκ τοῦ ἀσυμφόρου.

Cap. VI.

p. 77. v. 2. πράγματος βεβαίωσις.
5. ἅπασι χρῆσθαι.
9. καὶ δυνατῷ.
10. ἀνακολούθω.
καὶ τῷ πρέποντι.
11. ἀντὶ ἀναπρεποῦς.
καὶ τῷ συμφέροντι.
ἀντὶ ἀσυμφόρου.
12. αὕτη περιέχει.
15. Ἐκ τῆς τῶν φησάντων εὐφημίας deest.
17. τῇ μουσῶν.
18. πῶς οὐκ αὐταῖς ἀντιλέγεν ταῖς μούσαις.
19. τὰ ποιητῶν.
p. 78. v. 3. εἶναι om.
4. φησὶ γῆς.
6. Ἔκθεσις ἐκ τοῦ σαφοῦς deest, ut semper haec ascripta in margine non sunt.
10. πάντων.

p. 79. v. 1. ὡραιότερον.
5. πᾶν.
8. δωροῦνται.
τέρπουσιν ἅπαντας.
14. οὐ γῆν οὐ τὴν φύσιν τῶν θεῶν ἐλέγχοντες.
15. τὴν φύσιν τῆς ἀρετῆς.
ὑπαίτιον.
19. προῆλθεν — ἐπείγεται.
p. 80. v. 3. περὶ.
ἄνοι om. οἱ.
10. σωφρόνην.
11. ὀνομάζουσι.

Cap. VII.

18. τόπος λεγόμενος.
19. καλῶν ἢ κακῶν.
p. 81. v. 4. μὲν bis scriptum.
6. πρῶτον μὲν.
10. τῷ παραβαλλομένῳ τὸ μεῖζον.
11. διαβάλλον.
13. ἐλαίου.
14. θήσεις τὰ τελικὰ κεφάλαια.
p. 82. v. 1. κοινὸς τόπος κατὰ τυράννου ἐπ τοῦ ἐναντίου.
2. Προοίμιον α΄. deest, ut in seqq. quoque talia omissa sunt.
4. μηκέτι εἶναι.
8. ἀρχὴν τυραννίδος.
καταστῆσαι.
11. τύραννον δὲ ἀφεθεὶς.
16. ἡμῖν ὥσπερ.
20. τῶν ἀνῶν τὰς γνώμας καὶ μεταβάλλουσιν.
p. 83. v. 8. 9. ἴσον τοῖς ἄλλοις ἔχων καθάπαξ.
11. καὶ συνιόντες κρινοῦσι πένητες.
13. καταλείψομαι.
17. διεκώλυσε πρόνοια.
19. σήμερον.
p. 84. v. 1. τὰς πόλεως τύχας.
5. τοσούτω ἀνδροφόνος ἐπ' ἔλαττον.
6. ἀνθρώποις ἅπασιν.
7. κἂν δεινότατα.
τὴν γοῦν γνώμην.
8. μόνος δὲ τύραννος.
9. οὐκ ἔσχε.
11. βεβουλευμένως.
12. τὸ πρὸ τῶν ἔργων τῇ γνώμῃ γενόμενον.
p. 85. v. 1. παρ' ὑμῖν.
4. οὐκ ἤνεγκε.

p. 85. v. 7. λελύπηκεν.
8. ἐλέου ἐκβολὴ ἐκ τῶν τελικῶν ἐλέγχων.
αὐτῶν.
9. ὁπόταν.
12. ἡ τούτου τυραννὶς.
16. Νόμιμον deest, ut semper haec.
20. ἐν ὑμῖν.
24. Συμφέρον. Ἀναιτελήσει usque ad.
p. 86. v. 4. τὴν δύναμιν desunt.

Cap. VIII.
περὶ ἐγκωμίου.

7. ἀπὸ τοῦ ἐν ταῖς κώμαις ἄδειν.
8. γὰρ ἐκάλουν.
p. 87. v. 4. λίμνας ἢ κήπους.
5. ἄμπελον ἢ ἐλαίαν.
15. ἀνδρίαν.
καὶ τάχος.
25. τιμᾶν καλὸν.
μᾶλλον Θουκυδίδην.
27. ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχει κρεῖττον.
p. 88. v. 1. παρὰ.
ἔστιν εὑρεῖν.
3. ἢ βίον.
9. καὶ τὸ μὴ πλουτεῖν ἀδίκως.
21. οἰκείαν ἐποιήσατο.
p. 89. v. 5. μέχρι τούτου.
ἀμπρακιώτας.
9. παρὰ τοὺς ἀθηναίους.
10. σθενελαΐδης.
p. 90. v. 3. γραφῆς.
6. ὅσω δὲ.
7. τοσούτω ἡρόδοτος.
9. εἰπεῖν, εἰ μὴ τὸ πάντα διεξελθεῖν.
10. πλῆθος παρείλετο.
15. θεῶν ἐπησκήσατο.
p. 91. v. 1. σωφότερος ἄδεται.
3. καθειστήκεισαν.
6. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῶν πραγμάτων παρὰ
6. μόνην.
12. κατέσχεν.
20. τὰ τῶν θεῶν.
p. 92. v. 3. καθεστήκασιν εὑρέσεις.
4. καθ' ἑαυτὸν.
ὁ ἥλιος παρέρχεται.
5. ἕκαστον.
6. σοφία μόνη.

p. 92. v. 7. τὰ κατὰ γῆν σοφὸς οὐκ ἠγνόησε.
9. παρέσχε.
11. δι' ἑνὸς τοῦτο (scr. τούτου) κυροῦσα βουλεύματος.
14. παραβάλοι.
15. ἀνδρίας (sed supra recte scriptum ἀνδρείας).

Cap. IX.
περὶ ψόγου.

p. 93. v. 5. τῶν προσόντων κακῶν.
7. ψιλὴν ἔχειν μόνην.
11. εὔλογα ζῶα.
12. καὶ προοιμιαζομένοις μὲν.
13. καὶ διαιρήσεις.
18. ψόγων ἔξω.
ὅτι δι' ἀμφοτέρων ἓν περιλείπεται κέρδος.
20. ἅπαντα.
p. 94. v. 3. ὑπερέβαλε.
καταπεφεύγασι πρὸς ἣν ἔχουσι γῆν.
11. μακεδώνες (sic).
p. 95. v. 2. παρ' ἀθηναίοις.
7. γένεσιν.
καὶ πρῶτον μὲν.
p. 96. v. 2. προπαρακείμενα.
6. αὐτόνομα τοῖς ἔργοις.
12. μάγνησσαν.
ποιησάμενος.
p. 97. v. 10. τῶν ἄκρων.
12. ἅπαν ἢ μέρος.

Cap. X.

18. ἢ τὸ ἴσον.
22. ἐξ ἐγκωμίου καὶ ψόγου.
p. 98. v. 3. ὅσάπερ.
5. δεῖ δὲ συγκρίν. μὴ ὅλον κτἑ.
6. τοῦτο om.
7. ἀγωνιστικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον γεγένηται.
9. δὲ om.
11. ἡ μελέτη: σύγκρισις.
12. συγκρίναι.
13. καθ' ἑαυτὰς.
τυγχάνουσι τίμιαι.
14. ζηλοτώτεραι καθεστήκασι.
p. 99. v. 1. ὅσω δὴ.
2. οὐ χεῖρον.
5. γὰρ om.
10. γὰρ πατέρες om.

p. 99. v. 10. ὃν ὁ μὲν.
14. τὸ πρῶτον.
15. ὅσῳ δὴ.
p. 100. v. 1. ἀνδρίαν.
5. ἐπ᾽ ἀμφότερα.
7. προηγεῖτο.
8. καθίσταται.
11. κατηγονίζετο.
19. πλείω.

Cap. XI.

p. 101. v. 10. τεθνεὸς δὲ ὅμως.
ἐν δη- [sic].
11. ἔπλασσε.
16. μετὰ ἤθους τὸ πρόσωπον.
19. αἱ πάθος σημαίνουσαι.
p. 102. v. 2. τῆς πατρίδος [πρῖδος].
4. ἔχουσαι, καὶ ἦθος καὶ πάθος, οἷον.
6. μὲν om.
12. ἡ μελέτη παθητικὴ.
15. περιέστη μοι.
18. τεκόντων οἱ στερηθέντες εἰσὶν ἀτυχέστεροι.
21. μὲν θεοῖς.
p. 103. v. 1. τὴν om.
10. ἀνθέξομαι,

Cap. XII.

21. 22. ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ περὶ τοῦ Εὐρυβάτου om.
p. 104. v. 1. μελανόχροος.
2. καὶ om.
3. ἕως καὶ θέρος.
4. προέρχεται τῶν ἀνθέων.
11. καὶ ἐν αὐτοῖς ὑπαρχόντων om.
17. πῶς.
18. τόνδε.
21. ἔκφρασις τοῦ ἱεροῦ τῆς ἀλεξανδρείας μετὰ τῆς ἀκροπόλεως.
p. 105. v. 6. πρὸς γὰρ ἄκρον.
10. δι᾽ ἀμφοτέρων.
11. ἐν ἄκρῳ.
12. ἐπ᾽ αὐτὴν.
p. 106. v. 1. καὶ κοινῇ πρὸς ἅμαξαν.
7. μετρίοις.
10. μετρίας τινὰς.
χρείαν οὐχὶ μίαν.
11. ὀροφὴ [ὀρ··].
12. περὶ δὲ.

p. 106. v. 15. τέτρασι.
20. ἑκάστη μὲν στοὰ.
p. 107. v. 2. δὲ αὖ.
3. παρωκοδόμηνται μὲν των στοῶν σηκοὶ ἔνδοθεν. ταμεῖα.
16. εἰς om.
p. 108. v. 2. ὠνομάζοντο.
11. φερόμενος μέτρον.
12. παραλέλειπται.
παρενθήκη om. ἐν.

Cap. XIII.

18. ἢ πλευστέον ἢ τειχιστέον.
19. πάντα om.
20. μόνω θεωρούμεναι τῶ νῶ.
21. ταῦτα γὰρ.
p. 109. v. 6. βουλεύονται λακεδαιμόνιοι.
8. λακεδαιμονίους σκοποῦντας. τειχίσαι.
19. δέδοται.
22. οὐκ οἶδε.
αὐταῖς ταῖς διαδοχαῖς ἐχαρίσατο.
23. ἀνθρώπους εἰς ἀνδρίαν.
24. ἄγειν οἶδεν.
p. 110. v. 5. σοφρονεῖν.
6. καὶ τῆ φιλοτιμία.
7. σωφρονεῖν om. τὸ.
8. σωφροσύνη.
11. καθέκαστα.
15. Ἀντίθεσις om. ut reliqua huiusce modi ascripta. φησὶ.
23. δοίημεν γάμω τὰ φαυλότατα τῶν ἀνθρώπων.
p. 111. v. 2. πρόσεστι μὲν.
4. τὴν γῆν om.
5. πρὸς τὴν γῆν.
7. ἀτυχοῦσι πλέοντες ἄνοι.
12. διαφθείρουσι.
14. ἠγαπήκασι.
15. προσόντος.
20. τῶν σὺν αὐταῖς om.
21. φησὶ.
p. 112. v. 7. ὀρφανίαν om. καὶ. τέθνηκέ τω.
13. ἐκ τελευτῆς ἦγεν ἡ φύσις.
16. αὐτοῦ. ἠνέγκατο.
17. ἐπέδωκεν.

p. 112. v. 20. δεύτερος.
p. 113. v. 5. καὶ πρὸς ταῦτα καὶ κατηγορῶν.
10. λύειν ὁ γάμος.
11. πονεῖν.
p. 114. v. 5. περὶ πλείστων.

Cap. XIV.

11. ἢ ὑποθέσεως.
12. σχήματι.
κοινὴ δὲ συνθήκη πόλεως pro verbis δόγμα δὲ ἀνθρώπων φρονίμων.
p. 115. v. 2. οἷςπερ καὶ.
7. κτείνειν τὸν μοιχὸν.
15. κρίνεται.
20. πᾶσι προελήλυθε νόμοις.
22. παρ' ἡμῖν.
κρίνετε.
23. τὰ ψηφίσματα· πάντα ὀλίγου.
p. 116. v. 4. παρ' ἑτέραν.
6. ἅπαντα.
ἐξετάσοντας.
13. ὁ τούτων ἁλούς.
p. 117. v. 1. τι παθεῖν.
3. κρίνουσι.
4. ὡς ἕκαστον.
p. 118. v. 1. τύραννον μὲν ἀνελεῖν, ἀνελεῖν ὃν —
2. δῆμος μὲν γὰρ.
4. μοναρχία δὲ κολάζει μὲν οὐ συνεξετάζει δὲ.
5. δὲ om.
16. τὴν om.
19. ἀνταρότερον.
p. 119. v. 10. πεσοῦσι.
p. 120. v. 1. γενόμενον.
3. οἷς γὰρ.
4. κεκολᾶσθαι.

τέλος.

Reinholdus Klotz.

De loco quodam Luciani epistola Mauritii Hauptii Lusati scripta ad Reinholdum Klotzium, v. cl.

In perbona editione tua galli lucianei, quam dono mihi dedisti gratissimo, cum alia prudenter atque cogitate administrata animadverti, tum codicis gorlicensis auctoritate multos locos ad pristinam integritatem esse revocatos. Sed cum uni alicui dialogi illius loco vitium inesse arbitrarer, ad quod neque qui antecesserunt operam tuam critici neque tute ipse attendisse viderere, gorlicensem autem librum ne huius quidem vitii labe contactum esse animadverterem, putavi non iniucundum tibi fore, vir amicissime, si ea de re ad te perscriberem explicatius, quo aut meliora abs te edocerer, aut, si complaceret tibi opinatio mea, assensu tuo non leviter confirmarer. Nam quae sectione dialogi altera gallus ille sapientissimus, ut mitiget Micylli admirationem stupentis quod humana utatur voce, inter alia profert hoc modo: *καί τοι τί ἂν ἐποίησας, εἴ σοι ἡ τῆς Ἀργοῦς τρόπις ἐλάλησεν ὥσπερ ποτὲ ἡ φηγὸς ἐν Δωδώνῃ αὐτόφωνος ἐμαντεύσατο* et quae deinde sequuntur, ea inconcinnitate quadam laborare non exigua orationis sive potius cogitationis neminem puto fore quin semel monitus statim intelligat. Quercus enim dodonaeae comparatione neque explanatius fit Argus navis exemplum et ipsius dodonaeae arboris commemoratio perperam deprimitur et proba cogitatorum ratio pervertitur incredibiliter. Quid enim? nonne Argo navis quercusque dodonaea parili propemodum claritate innotuerunt omnibus, ut qui alterutrius miraculi habet notitiam, is ne alterius quidem carere putandus sit cognitione? Sin autem nihilominus quisquam tanta tamque mirabili excellat fabularum ignoratione, ut alterius rei omni destitutus sit scientia, nae ille ne de altera quidem fabula quicquam fando inaudivisse censendus erit. Itaque aut supervacanea aut vi omni atque utilitate cassa est Argus et quercus dodonaeae comparatio. Deinde per mihi mirum videtur, quid sit quod gallus, studiose anquirens quam potest plurima prodigiose locutarum rerum exempla, dodonaeae quercus insigne miraculum obiter tantum commemoret et quod pariter ac reliqua graviter inculcari accurateque enumerari oportebat nonnisi alius rei comparatione illustrandae gratia in secundaria enunciati parte collocet. Denique omnem illam comparationem praepostere conformatam esse contendo. Etenim si Argo non perhiberetur esse locuta, vel si commemoraretur aliud quidpiam, quod nemo humana voce usum esse narraret, tum sane rectissime consequerentur illa *ὥσπερ ποτὲ ἡ φηγὸς — ἐμαντεύσατο*. Itaque si tale quid diceret gallus quale hoc est: *quid fecisses, Micylle, si arbor istaec, quam vides, tecum esset collocuta, quemadmodum dodonaeam quercum locutam*

narrari probe nosti? nemo profecto in hoc sententiarum ordine quicquam merito reprehenderet. Atqui pervulgatissima est illa Argus vociferatio: quocirca, si uberius rem exponere Lucianus voluit, ita potius dicere debebat: *quid fecisses, si Argus carina tete esset allocuta, quam humanam olim edidisse vocem constat?* Uti nunc leguntur perscripta inconvenientia omnia sunt atque inconcinna. Itaque si coniectura haec essent emendanda, posset fortasse aliquis suspicari dodonaeam quercum ideo commemorari coniunctam cum Argo, quod αὐτόφωνον istud ξύλον de quercu illa desumptum ferebatur, possetque inde aliquid sagiciter atque ingeniose expiscari quo loci integritas restitui videretur. At quanto melius est quod missa omni suspicionum periclitatione codicis gorlicensis scripturam emendatissimam sequi possumus et vero debemus. In quo libro ita exaratus est hic locus: — ἐλάλησεν, ἢ δωδώνη αὐτόφωνος ἐμαντεύσατο et quae sequuntur. Sic remota inepta interpolatione omnia clara sunt et perspicua et summa concinnitate apta. Atque ita scriptum hunc locum legisse scholiastam existimo, cuius haec sunt verba: μαντεῖον δὲ λέγει τοῦ Διὸς ἐν Δωδώνῃ, ὅπου φηγός ἐστι δρῦς, εἰς ἣν ἐμαντεύοντο. Persentiscisne hanc explicationem magis ad genuinam gorlicensis libri scripturam pertinere, quam ad caeterorum exemplarium vitiositatem? Poeticam autem dicendi brevitatem, quia Lucianus usus est, satis habeo consimili illustrare exemplo Symmachi ep. 4, 33. *Non vides oracula olim locuta desiisse nec ullas in antro cumano litteras legi nec Dodonam loqui frondibus nec de spiraculis delphicis ullum carmen audiri?* Haec igitur habe, Klotzi amicissime, et vale.

Scribebam Zittaviae prid. Kal. novembr. a. CIↃIↃCCCXXXII.

Disquisitiones Homericae*).

Scr. Eduardus Geist.

DISQUISITIO I.

De vocabulo τηΰσιος.

Vocabulum τηΰσιος bis apud Homerum legitur Od. γ, 316. ubi Nestor Telemachum his verbis monet:

*) Has disquisitiones Homericas dignas illas quidem, quae ab omnibus, qui his litteris operam darent, cognoscerentur, sed Gissae primum editas 1832., in usum scholasticum, ut examina publica Gymnasii Academici Gissensis diebus XII. XIII. XIV. ms. April. MDCCCXXXII. instituenda indicerentur, hic duximus repetendas non invito auctore.

[R. Klotz.]

Καὶ σύ, φίλος, μὴ δηθὰ δόμων ἄπο τῆλ' ἀλάλησο,
κτήματά τε προλιπών, ἄνδρας τ' ἐν σοῖσι δόμοισιν
οὕτω ὑπερφιάλους· μή τοι κατὰ πάντα φάγωσι
κτήματα δασσάμενοι, σὺ δὲ τηὔσίην ὁδὸν ἔλθῃς.

et Od. o, 13. ubi Minerva Telemachum, ut domum redeat, iisdem verbis hortatur. Praeterea hoc vocabulum exstat Hymn. in Apoll. v. 540.

ἠέ τι τηὔσιον ἔπος ἔσσεται, ἠέ τι ἔργον,
ὕβρις θ', ἣ θέμις ἐστὶ καταθνητῶν ἀνθρώπων.

Apud seriores, quod sciam, non invenitur nisi uno loco Theocr. Id. XXV, 230.

καὶ βάλον ἆσσον ἰόντος ἀριστερὸν εἰς κενεῶνα
τηὔσίως· οὐ γάρ τι βέλος διὰ σαρκὸς ὄλισθεν
ὀκριόεν, χλωρῇ δὲ παλίσσυτον ἔμπεσε ποίῃ.

Iam audiamus veteres Grammaticos de potestate vocabuli. Apollon. Lex. haec habet: *τηὔσίην· ματαίαν.* Hesychius: *τηὔσίην· ματαίαν. σὺ δὲ τηὔσίην ὁδὸν ἔλθῃς. τινὲς ἀργίαν* (in Hesychii codice teste Schowio est *ἀρχίαν*)· *ἄλλοι, βλαβεράν, ἢ περιβόητον.* Eadem exhibent Scholl. Vulg. ad Od. o, 13. nisi quod pro *ἀργίαν* s. *ἀρχίαν* habent *ἀρχαίαν*, quod Barnesius mutavit in *ἀργήν.* Sed hic statim monendum est, in hoc vocabulo aliquid vitii latere, nam neque *ἀργίαν*, quod est in editionibus Hesychii, neque *ἀρχίαν*, quod legitur in eius codice, graeca vox est, *ἀρχαίαν* autem et *ἀργήν* tam parum aptae vocabuli *τηὔσιος* explicationes sunt, ut vix credibile sit, Grammaticos in eas incidisse. Itaque et in Hesychii lexico et in scholio, quod sine dubio inde fluxit, legendum mihi videtur *ἀχρείαν*, ita ut haec eadem explicatio sit ac praecedens *ματαίαν.* Hesychius duas glossas, e diversis fontibus petitas, exhibere videtur; altera earum est: *τηὔσίην· ματαίαν*; altera: *σὺ δὲ τηὔσίην ὁδὸν ἔλθῃς· τινὲς ἀχρείαν, ἄλλοι βλαβερὰν ἢ περιβόητον.* Etiam Eustathius ad Od. γ, 316. *τηὔσίην* interpretatur *ματαίαν.* Habemus igitur triplicem vocabuli explicationem (nam quartam *ἀρχαίαν* mutata scriptura removisse videmur): *ματαίαν, βλαβεράν, περιβόητον*, quarum postremam statim missam facere possumus, quippe quae neque sensum idoneam praebeat, et sine dubio tantum ex falsa derivatione a verbo *αὔω* orta sit. Restant explicationes duae: *ματαίαν* et *βλαβεράν.* Si tantum locos Homericos respicimus, posterior praeferenda videri potest. Nam Nestor et Minerva ibi dicunt, nisi Telemachus citius domum redeat, periculum esse, ne proci omnem eius rem absumant. Quod si eo absente factum esset, ejus iter non tam *inane*, quam *noxium* dici posset. Sed si reputamus, omnes veteres praeter illam glossam Hesychianam in interpretatione *ματαίαν* consentire, quanquam ea locis Homericis primo adspectu minus apta videtur, si videmus, ad quam contortas vocis hac potestate usurpatae derivationes confugiant, vix dubitari potest, quin haec vocabuli explicatio aliis de causis nobis iguotis tam certa fuerit, ut aliam non admiserit. Ne-

que repugnat locus Hymni in Apoll. supra laudatus, ibi enim τηΰσιον ἔπος, quum oppositum sit ἔργον, idem esse videtur quod μάταιον ἔπος; cf. verba *Merici Casauboni in Dissert. I. de nupera* (Schreveliana) *Homeri editione* exscripta ab *Eduardo Loewe* ad Od. γ, 316. librum ipsum inspicere mihi non licuit. Huc accedit, quod Theocritus, gravissimus hac in re testis, cujus tempore vocabulum fortasse nondum ex sermone vulgari evanuerat, l. l. adverbium τηϋσίως, quod, ut in transcursu moneam, a lexicis nostris abest, aperte usurpavit pro μάτην. Sed etiam locis Homericis, si accuratius inspexeris, vocabulum ita explicatum idoneum sensum praebet. Nam Telemachus iter, ad patrem indagandum susceptum, eo potissimum consilio ingressus erat, ut pater, domum reversus, procorum licentiae finem faceret. Itaque si procorum licentia, cuius coercendae causa iter susceperat, per ipsum itineris tempus eo processisset, ut Telemachi bona inter se divisissent, iter sane *irritum* dici posset.

Sed iam quaeritur, unde originem trahat vocabulum τηΰσιος, μάταιος. Apud Eustathium ad Od. γ, 316. haec leguntur: Ὅτι λέξις ἐνταῦθα κεῖται φορτικὴ λόγῳ πεζῷ, τὸ σὺ δὲ τηϋσίην ὁδὸν ἔλθῃς· ἔστι δὲ ἡ τῆς λέξεως σκευωρία τοιαύτη. δεύω τὸ ὑγραίνω, δεύσω, δευσίη, καὶ κατὰ διάλυσιν καὶ ἔκτασιν τῆς ἀρχούσης δηϋσίη, ὥσπερ εὔκομος ἠΰκομος, καὶ ταύγετον τηΰγετον, ὄρος Ἀρκαδικόν, καὶ τροπῇ τοῦ δ εἰς τ τηϋσίη. φιλεῖ δὲ τὸ δέλτα τοιαύτην τροπήν, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ χάρις, χάριδος, χάριτος, θέμις, θέμιδος, θέμιτος, καὶ πλεονασμῷ θέμιστος, καὶ οὐδέτερον, οὐθέτερον, καὶ ἐξουδενῶ, ἐξουθενῶ. καὶ ἔστι λοιπὸν τηϋσίη ὁδός, ἡ ὑγρὰ κέλευθος καὶ ἁλία, καὶ κατὰ μετάληψιν ματαία. Eadem in brevius contracta habet Schol. cod. Ambros. E. ad Od. γ. 316. Hanc vocabuli etymologiam Buttmannus in *Scholl. antt. in Hom. Od.* p. 455. in nota margini adscripta merito ineptam nuncupat, neque cuiquam eam probatum iri credo. Quod autem in Hesychii codice pro σὺ δὲ τηϋσίην ὁδὸν ἔλθῃς legitur: συδευσίαν ὁδὸν ἔλθῃς, id, sive scripturae mendum, sive eiusdem etymologiae vestigium in eo latet, nullius momenti est. — Schol. cod. Pal. haec habet: ἐμοὶ οὕτω δοκεῖ, σὺ δ' ἐτηϋσίην ὁδὸν ἔλθῃς. Grammaticum, qui haec scripsit, indicare voluisse suspicor, ἐτηΰσιος sibi aliam formam adiectivi ἐτώσιος esse videri. Atque haec opinio aliquamdiu mihi valde arrisit. Sed probabiliora habet Etym. M. s. v. αὔσιον· καὶ ὁ μὲν Ἴβυκος αὔσιον λέγει, οἷον· οὐ γὰρ αὔσιον παῖς Τυδέως· ὁ δὲ Ἀλκμάν· ταύσια παλλακίω (fragm. C. Welcker.). ὁ δὲ ποιητὴς κατὰ διάστασιν καὶ τροπὴν τοῦ ᾱ εἰς ῃ οἷον· τηϋσίην ὁδόν. οὐδεὶς γὰρ τὸν σχηματισμὸν αὐτοῦ κατώρθωσεν. ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαι, ὅτι πρῶτον τὸ παρ' Ἰβύκῳ, δεύτερον τὸ παρ' Ἀλκμᾶνι, τρίτον τὸ παρὰ Ὁμήρῳ. οὕτως Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν. Aliam formam ταύσιμον habet Hesychius, quam explicat μάταιον. Itaque si hanc sententiam, confirmatam gravissima Herodiani grammatici auctoritate, sequi-

mur, primaria vocabuli forma est *αὔσιος*, ac fortasse eadem Homero, antiquissimo poetarum ab Etymologo laudatorum, reddenda est scribendo: *σὺ δὲ τ' ἠϋσίην ὁδὸν ἔλθῃς*. Atque hoc quidem pro certo haberi posse puto, vocabulorum *αὔσιος*, *ταύσιος*, *τηΰσιος*, *ταύσιμος* eandem et originem et potestatem esse, sed de etymologia nihil certi afferri potest. Dubitanter coniicio, *αὔσιος* ortum esse ex *αὔτως*, *frustra*, secundum schol. codd. Ambros. B. et Q. quod ad Od. o, 13. notat: *τηϋσίην· ματαίαν. γίνεται δὲ ἀπὸ τοῦ αὔτως ἀντὶ τοῦ μάτην.* —

DISQUISITIO II.

De elisione literae ī in dativo singularis tertiae declinationis apud Homerum.

De elisione literae ī in dativo singularis tertiae declinationis apud Homerum fluctuant grammaticorum praecepta, neque etiamnum ad certam normam hac in re redacti sunt Iliadis et Odysseae loci; nam quum in plerisque aliis elisio admittatur, omnes editiones Il. ρ, 324. *κήρυκι Ἠπυτίδῃ* exhibent, quod nonnisi per synizesin pronunciari potest; et in omnibus istiusmodi locis a veteribus synizesin admissam esse, suspicari licet ex verbis Eustathii, ad Il. ε, 5. ita scribentis: *τὸ δὲ ἀστέρ' ὀπωρινῷ συναληλιμμένως ἔχον διὰ δακτύλου χρείαν, γράφεται καὶ ἄλλως ἐντελῶς, ἀστέρι ὀπωρινῷ. καὶ ἔχουσι καὶ τοῦτο οἱ παλαιοὶ παράδειγμα συνιζήσεως, ἐν ᾗ δύο βραχεῖαι εἰς μίαν λογίζονται. τὸ ρῑ γὰρ καὶ τὸ σ εἰς μίαν συνεκφωνοῦνται βραχεῖαν συλλαβήν. τοιοῦτον δ' ἐν τοῖς ἑξῆς καὶ τὸ χαῖρε δὲ τῷ ὄρνιθι Ὀδυσσεύς, ἠρᾶτο δ' Ἀθήνῃ* (Il. κ, 277.). *ἡ γὰρ τελευταία τοῦ ὄρνιθι καὶ ἡ ἄρχουσα τοῦ Ὀδυσσεὺς* (scrib. hic et paulo ante *Ὀδυσεύς*) *εἰς ἕνα βραχὺν πόδα συνιζάνουσι καὶ ποιοῦσι μετὰ τῆς ὖ βραχείας καὶ αὐτῆς συλλαβῆς δάκτυλον.* Ex quo concludit Thiersch. Gramm. §. 164. 6. omnibus locis, in quibus nostrae editiones hoc ī elidunt, plenam formam reponendam et ī per synizesin sequenti vocali iungendum esse. Contra Buttmann. Gramm. ampl. §. 30. not. 3. statuit, elidi posse ī iis locis, quibus dativus cum accusativo confundi non possit. Itaque rem accuratius examinare operae pretium videtur. —

Ac primum quidem synizesis in eiusmodi locis ea premitur difficultate, quod aliquoties duae syllabae, simul pronunciatae, unam *brevem* efficiunt, ut bene notavit Matth. Gramm. ampl. p. 128. Hoc fit hisce locis: Il. δ, 259. ε, 5. κ, 277. π, 385. μ, 88. ν, 289. Od. ε, 62. ι, 302. τ, 480. (Il. ψ, 64. *Ἕκτορ' ἐπαΐσσων* his non adnumero, quod *Ἕκτορ'* accusativus esse videtur, ut Il. μ, 308. legitur *τεῖχος ἐπαΐξαι*). Carent hac difficultate ii loci, in quibus altera syllaba longa est: Il. λ, 544. 589. ρ, 324. ψ, 693. ω, 26. Od. ο, 240. 363. Eustathius quidem l. l. et praeterea p. 12. v. 22. ed.

Rom. contendit, duas breves syllabas, per synizesin iunctas, a veteribus interdum ut *unam brevem* pronunciatas esse; sed in omnibus exemplis, quae affert, prior syllaba litera ῑ terminatur, excepto uno Praxillae loco, qui solus nihil probare potest. (Quem locum praeterea affert Matth. Gramm. p. 128. Il. ε, 567. in eo sine dubio pro σφέας legendum est σφάς; cf. Thiersch. Gramm. §. 149. 5. not. Buttm. Lexil. I. p. 61.). Itaque Eustathii regula ad id synizesis genus redigenda esse mihi videtur, in quo prior syllaba littera ῑ terminatur. Atque haec quidem synizesis revera hoc nomine appellari non potest. Nam synizesis literae ῑ, ut Heyne ad Il. β, 537. et Buttm. Gramm. ampl. II. additt. p. 391. recte observarunt, vix alio modo cogitari potest, quam ut vocalem ῑ quodammodo in consonantem *j* abiisse statuamus, quae ratio, poetis latinis usitatissima, etiam in recentiorum Graecorum poematis saepissime invenitur. Quae quum ita sint, veri simillimum est, hoc synizesis genere nunquam productam esse syllabam, quum ῑ consonans, non vocalis sit, unde apparet, cur veteres in brevitate huius syllabae minime offenderint. (Eodem modo ῑ etiam in his vocibus apud Homerum pronunciandum videtur: *Ἰστίαιαν* Il. β, 537. *Αἰγυπτίῃ* Od. δ, 229. *Αἰγυπτίων* Od. ξ, 263.) — Haec literam ῑ pronunciandi ratio, quae nihil valet ad producendam *sequentem* syllabam, contra, ut verissime monet Buttmann. l. l. eam vim habere videtur, ut producat *praecedentem* syllabam, quod idem apud Romanos fieri constat, v. c. in notissimis illis: *flūvjorum*, *ābjete*. Confirmari videtur, quod contendimus, permutatione literae ῑ cum γ, de qua cf. Buttmann. Lexil. I. p. 131. 136. Alberti ad Hesych. II. p. 438. Sed apud Homerum productioni praecedentis syllabae obstare videtur *προπάροιθε πόλιος* Il. β, 811. φ, 567. et *ἵσασι πόλιας* Od. ϑ, 560. difficultatem removit Buttm. Gramm. ampl. I. p. 193. s. not. — Iam redeamus ad elisionem literae ῑ in dat. sing. tert. decl. Apostrophus sine dubio tollendus et ῑ reponendum est omnibus iis locis, quibus syllaba longa praecedit; eiusmodi hi loci sunt: Il. δ, 259. *ἠδ' ἐν δαιτὶ ὅτε*. κ, 277. *χαῖρε δὲ τῷ ὄρνιϑι Ὀδυσεύς*. λ, 544. *Ζεὺς δὲ πατὴρ Αἴαντι ὑψίζυγος ἐν φόβον ὦρσεν*. ibid. 588. s. *καὶ ἀμύνετε νηλεὲς ἦμαρ Αἴαντι, ὃς βελέεσσι βιάζεται*. ρ, 324. *κήρυκι Ἠπυτίδῃ*, quod editiones nostrae exhibent. ψ, 693. *ϑινὶ ἐν φυκιόεντι*. ω, 26. *οὐδὲ Ποσειδάωνι, οὐδὲ γλαυκώπιδι κούρῃ*. Od. ο, 240. *ναιέμεναι πολλοῖσιν ἀνάσσοντι Ἀργείοισιν*. τ, 480. *χειρὶ ἐπιμασσάμενος*; quod etiam legitur Od. ι, 302. — Contra elisionem retinendam esse putamus omnibus locis, quibus brevis syllaba praecedit, quod, si literam ῑ apponeremus, secundum ea, quae supra diximus, praecedens syllaba ex positione produceretur. Itaque scriptura vulgata mutanda non videtur his locis: Il. ε, 5. *ἀστέρ' ὀπωρινῷ*. π, 385. *ἤματ' ὀπωρινῷ*. μ, 88. *οἱ μὲν ἅμ' Ἕκτορ' ἴσαν καὶ ἀμύ-*

μονι Πουλυδάμαντι. ν, 289. οὐκ ἂν ἐν αὐχέν' ὄπισθε πέσοι βέλος οὐδ' ἐνὶ νώτῳ. Od. ε, 62. ἱστὸν ἐποιχομένη, χρυσείῃ κερκίδ' ὕφαινεν. Od. ο, 363. θυγατέρ' ἰφθίμῃ. Quae opinio nostra egregie confirmatur eo, quod omnibus hisce locis adiectivum vel aliud substantivum plene scriptum adiicitur, ita ut omne ambiguitatis vel confusionis cum accusativo periculum removeatur, quod in quibusdam eorum locorum, quos plene scripsimus, non aequali modo fit v. c. Il. λ, 544. 589. ac praecipue Od. ι, 302. et τ, 480.— Num etiam apud seriores, quum litera ι cum sequente syllaba in unam coalescit, praecedens syllaba psoducatur, ea de re fortasse alio loco quaestionem instituemus. Monemus interim, nostrae opinioni non repugnare eos locos, quos affert Iacobs. ad Brunck. Anall. Tom. III. P. III. p. 423. —

DISQUISITIO III.

Quid sit ἡ κατὰ διωσμὸν βελουλκία? — Disputatur de vocabulis διαμπερές *et* πτερόεις. —

Apud Eustathium ad Il. δ, 214. haec leguntur: οἶδε δὲ καὶ τρεῖς βελουλκίας Ὅμηρος, ἐκτομὴν ἐπὶ Εὐρυπύλου, καὶ διωσμὸν ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπὶ Διομήδους, καὶ ἐξολκήν, ὡς νῦν ἐπὶ Μενελάου. Eadem notant scholl. B. L. Bekker. ad h. l. De ἐκτομῇ et ἐξολκῇ omnia clara sunt; haec adhibebatur, quum prior tantum spiculi pars in corpus penetraverat, posterior autem, uncis instructa, extra vulnus remanserat, ita ut sagitta facili negotio et sine periculo ex corpore extrahi posset; quod loco supra laudato in vulnere Menelai factum videmus; nam ibi v. 151. s. disertis verbis legitur:

ὡς δὲ ἴδεν νεῦρόν τε καὶ ὄγκους ἐκτὸς ἐόντας,
ἄψορρόν οἱ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἀγέρθη.

Νεῦρον h. l. recte explicant veteres interpretes: τὸ κύκλῳ σφίγγον τὴν τοῦ σιδήρου τοῦ βέλους ἐμβολήν; sed v. 122. νεῦρα βόεια idem sunt, quod aliis locis νευρά, *nervus in arcu*; cf. locum simillimum Od. φ, 419. ubi pro νεῦρα legitur νευρήν. Moneo hoc contra Passovium in lex. qui, etiam v. 122. *ligamen sagittae* intelligens, nervum ab Homero semper νευρήν dici contendit. — Ἐκτομή locum habebat, quum sagitta altius penetraverat, ut in vulnere Eurypyli Il. λ, 844. Sed iam quaeritur, quid sit διωσμός, quem in vulnere Diomedis adhibitum tradunt veteres interpretes. Diomedes bis sagitta vulneratur, Il. ε, 98. ss. a Pandaro et Il. λ, 376. a Paride; illo loco Diomedes a Sthenelo curatur, de quo legimus v. 112.

πὰρ δὲ στὰς βέλος ὠκὺ διαμπερὲς ἐξέρυσ' ὤμου.

ubi schol. Ven. annotat: αὕτη ἐστὶν ἡ κατὰ διωσμὸν βελουλ-

κία, ἵνα μὴ πάλιν τιτρώσκοιτο ταῖς ἀκίσιν ὑποστρεφούσαις. Contra Heyne ad Il. δ, 214. dubitanter coniicit, διωσμόν adhibitum esse in altero Diomedis vulnere, a Paride inflicto, quod Ulixes curasse narratur Il. λ, 396. ss. his verbis:

τοῦ δ' Ὀδυσεὺς δουρικλυτὸς ἐγγύθεν ἐλθὼν
ἕστη πρόσθ'· ὁ δ' ὄπισθε καθεζόμενος, βέλος ὠκὺ
ἐκ ποδὸς ἕλκ'· ὀδύνη δὲ διὰ χροὸς ἦλθ' ἀλεγεινή.

Antequam statuamus, quid significet διωσμός et utro loco adhibitus esse videatur, quaerendum est, quomodo Diomedes fuerit vulneratus, ut inde, quaenam medendi ratio utrique vulneri optime convenerit, appareat. — Priore loco Il. ε, 96. ss. haec leguntur:

αἶψ' ἐπὶ Τυδείδῃ ἐτιταίνετο καμπύλα τόξα,
καὶ βάλ' ἐπαΐσσοντα, τυχὼν κατὰ δεξιὸν ὦμον,
θώρηκος γύαλον· διὰ δ' ἔπτατο πικρὸς ὀϊστός,
ἀντικρὺ δὲ διέσχε, παλάσσετο δ' αἵματι θώρηξ.

Verba διὰ δ' ἔπτατο πικρὸς ὀϊστός, ἀντικρὺ δὲ διέσχε non alium sensum habere possunt, quam hunc: *sagitta per totum humerum penetravit, ita ut ex adversa eius parte promineret.* — Altero loco Il. λ, 375. ss. haec leguntur:

ὁ δὲ τόξου πῆχυν ἀνέλκεν,
καὶ βάλεν, οὐδ' ἄρα μιν ἅλιον βέλος ἔκφυγε χειρός,
ταρσὸν δεξιτεροῖο ποδός· διὰ δ' ἀμπερὲς ἰὸς
ἐν γαίῃ κατέπηκτο.

Verba διὰ δ' ἀμπερὲς ἰὸς ἐν γαίῃ κατέπηκτο aperte demonstrant, *sagittam, toto pede transfosso, ex planta prominuisse.* Ex his apparet, utriusque vulneris eandem rationem fuisse. Iam facile intelligitur, in tali vulnere neque ἐκτομήν, neque ἐξολκήν adhiberi potuisse; itaque verisimile est, veteres interpretes voluisse indicare, in eiusmodi vulneribus curandis ita versatos esse heroes homericos, ut totam sagittam per vulnus truderent (διωθεῖν) atque ex adversa parte extraherent, et hanc ab illis appellari τὴν κατὰ διωσμὸν βελουλκίαν. Hanc Grammaticorum explicationem veram esse iam ex eo intelligitur, quod in tali vulnere vix alia sagittae extrahendae ratio cogitari potest; sed eam etiam ipsis poetae verbis confirmari demonstrabimus. Il. ε, 112. legitur: βέλος ὠκὺ διαμπερὲς ἐξέρυσ' ὤμου. Hoc vulgo interpretantur: *totam, integram* sagittam extraxit humero, sensu inepto; patet enim, Sthenelum, quam sagittam humero extraxit, eam *totam* extraxisse. Praeterea διαμπερές hanc vim habere non posse videtur. De quo vocabulo paucis hic exponam.

Vulgo διαμπερές ortum esse docent a διαπεράω, interposito μ; sed hoc falsum esse, ex eo apparet, quod bis apud Homerum in hoc vocabulo tmesis, quae dicitur, locum habet Il. λ, 377. et ρ, 309. ubi legitur διὰ δ' ἀμπερές, quum ob geminatum ᾰ, tum quod, vocabulo aliquo per tmesin in duas partes soluto, utraque pars integrum vocabulum esse debet. Itaque alii duas praepositiones διά et ἀνά in διαμπερές recte agnoscunt, et tertiam vocis par-

tem ex περάω aut πείρω ortam esse contendunt. Sed ego potius eam compositam dixerim ex διά, ἀνά et πέρας, ut διάνδιχα ex διά, ἀνά et δίχα, in quo vocabulo eadem tmesis (διὰ δ' ἄνδιχα) locum habet Hes. Op. 13. Quam originem si admittimus, διαμπερές proprie significat (vernacule haec exprimere liceat): *durch bis ans Ende*. Quae verbi vis omnibus locis Homericis aptissima est; nam aut significat: *usque ad finem spatii*, aut: *usque ad finem temporis*. Priore potestate usurpatur de telis, per totam corporis partem, in quam immissa sunt, penetrantibus; ut Il. ε, 284. βέβληαι κενεῶνα διαμπερές. cf. ibid. v. 658. λ, 377. ρ, 309. de scuto telis transfosso Il. μ, 429. πολλοὶ δὲ διαμπερὲς ἀσπίδος αὐτῆς (οὐτάζοντο); similiter de imbre per spatium penetrante Od. ε, 480. τ, 442. Spatii notio etiam locum habet Il. κ, 325. τόφρα γὰρ ἐς στρατὸν εἶμι διαμπερές, *ibo usque ad extremam exercitus partem* (cf. Il. ν, 362). — Il. μ, 397. s. Σαρπηδὼν δ' ἄρ' ἔπαλξιν ἑλὼν χερσὶ στιβαρῇσιν, ἕλκ', ἡ δ' ἔσπετο πᾶσα διαμπερές, *corruit usque ad extremam partem*, i. e. *tota*. Il. ν, 547. φλέβα, ἥτ' ἀνὰ νῶτα θέουσα διαμπερές, αὐχέν' ἱκάνει, *vena, totum dorsum usque ad finem percurrens*. Il. π, 640. ἐπεὶ βελέεσσι καὶ αἵματι καὶ κονίῃσιν ἐκ κεφαλῆς εἴλυτο διαμπερὲς ἐς πόδας ἄκρους, *inde a capite usque ad finem corporis, pedes*. Cf. Od. η, 96. — Il. σ, 563. ἑστήκει δὲ κάμαξι διαμπερὲς ἀργυρέῃσιν, *vinea usque ad finem* i. e. *tota pedamentis instructa erat*. Similia sunt Od. ε, 256. κ, 88. ξ, 11. χ, 190. — Il. η, 171. κλήρῳ νῦν πεπάλαχθε διαμπερές, *sortimini usque ad ultimum, ad unum omnes*. Il. τ, 271. s. οὐκ ἂν δήποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἐμοῖσιν Ἀτρείδης ὤρινε διαμπερές, *nunquam Atrides iram mihi commovisset usque ad imum animum*. — Omnibus aliis locis διαμπερές notionem temporis habet, ut sit: *usque ad finem temporis cuiusdam semper*. Il. κ, 89. Ζεὺς ἐνέηκε πόνοισι διαμπερές. Cf. ibid. v. 331. Il. π, 618. χ, 264. Od. ϑ, 245. λ, 558. ν, 59. ο, 196. ρ, 194, υ, 47. ψ, 151. Quum ita usurpatur, interdum additur ἀεί aut ἤματα πάντα, ut Il. ο, 70. π, 499. Od. δ, 209. — Neque apud seriores aliam vim adsciscit haec vox. *Temporis* notionem habet Hes. Op. 234. ϑάλλουσι δ' ἀγαθοῖσι διαμπερές. et Theog. 402. ὣς δ' αὔτως πάντεσσι διαμπερές, ὥσπερ ὑπέστη, ἐξετέλεσσ'. Ita etiam Solon. fragm. VI. 27. Brunck. αἰεὶ οὔτε λέληθε διαμπερές. Pallad. epigr. 99. v. 3. Brunck. Ζώων μὲν σέο ματρὶ διαμπερὲς αἶσχος ἀνάπτεις. — De *spatio*, per quod quid penetrat, usurpatur Soph. Phil. 791. s. ὦ ξένε Κεφαλλήν, εἴϑε σου διαμπερὲς στέρνων ἔχοιτ' ἄλγησις ἥδε. Xen. Anab. IV, 1. 18. καὶ ἐνταῦϑα ἀποθνήσκει ἀνὴρ ἀγαθός, Λακωνικός, Κλεώνυμος, τοξευθεὶς διὰ τῆς ἀσπίδος καὶ τῆς στολάδος εἰς τὰς πλευράς, καὶ Βασίας Ἀρκάς, διαμπερὲς εἰς τὴν κεφαλήν. — Sed iam revertamur ad locum nostrum Il. ε, 112. βέλος ὠκὺ διαμπερὲς ἐξέρυσ' ὤμου. Haec verba, si vox διαμπερές eandem vim, quam omnibus aliis locis eam habere vidi-

mus, etiam hic retinet, vertenda sunt: extraxit sagittam *usque ad finem* ex humero i. e. ita ut *tota* sagitta humerum traiiceret. Nam si nihil aliud dicere voluisset poeta, quam hoc: eam sagittae partem, quae humerum traiecerat, ex eo retraxit, certo non addidisset *διαμπερές*. Itaque quum et ratio vulneris et verborum sensus aliam explicationem non admittat, veteres Grammatici recte statuisse videntur, in hoc vulnere *τὴν κατὰ διωσμὸν βελουλκίαν* sensu supra exposito adhibitam esse. — Alterius Diomedis vulneris, (Il. λ. 375. ss.) ut iam supra monuimus, eadem ratio est; itaque verisimile est, eandem curandi rationem adhibitam esse; sed etiam ex poetae verbis hoc suspicari licet; dicit enim v. 396. ss. *ὣς φάτο· τοῦ δ' Ὀδυσεὺς δουρικλυτὸς ἐγγύθεν ἐλθὼν ἔστη πρόσθ'· ὁ δ' ὄπισθε καθεζόμενος, βέλος ὠκὺ ἐκ ποδὸς εἷλκ'·* Ex verbis *ὄπισθε καθεζόμενος* concludere posse mihi videor, Ulixem, spiculo ex planta prominente prehenso, totam sagittam per pedem traxisse; nam si nihil nisi posteriorem sagittae partem retro trahere volebat, non opus erat *ὄπισθε καθέζεσθαι*. Itaque etiam hoc loco *διωσμόν* adhibitum esse statuendum videtur. —

Iam quaerat aliquis, quomodo fieri potuerit, ut sagitta pennis instructa vulnus traiecerit; video enim plerosque ita statuere, morem sagittas pennis instruendi iam heroibus Homericis notum esse, inductos scilicet epitheto saepius repetito: *πτερόεντες ἰοί, πτερόεντες ὀϊστοί*. Iam videamus de vocabulo *πτερόεις*. *Πτερόεντα* apud Homerum dicuntur: 1) *ἔπεα*, 2) *λαισήϊα*, 3) *ἰοί* s. *ὀϊστοί*. Atque *ἔπεα* quidem et *λαισήϊα* non proprie, sed tantum ad celeritatem significandam *πτερόεντα* dici in promtu est (in Passov. lex. errore docetur, *λαισήϊα* proprie dici *πτερόεντα*); *ἰοί* s. *ὀϊστοί* quonam sensu *πτερόεντες* appellentur, dubitari potest, quum et celeritatis notio inesse, et sagittae, more veteribus pervulgato pennis instructae, proprie *alatae* dici possint. Sed quum apud Homerum, in armorum apparatu describendo diligentissimum et copiosissimum, nullum praeterea sagittarum pennis aptarum vestigium reperiatur, verisimillimum est, hunc morem ab eo prorsus ignorari et *ἰοὺς πτερόεντας* eodem sensu accipiendos esse, quo *ἔπεα* et *λαισήϊα πτερόεντα*, ut sint *celeres* sagittae. Antiquissimum de more sagittas pennis instruendi testimonium esse videtur Hes. Scut. 132. ss.

πρόσθεν μὲν θάνατόν τ' εἶχον καὶ δάκρυσι μῦρον,
μέσσοι δὲ ξεστοί, περιμήκεες, αὐτὰρ ὄπισθεν
μόρφνοιο φλεγύαο καλυπτόμενοι πτερύγεσσιν.

DISQUISITIO IV.

De Iliadis rhapsodia quinta, multa singularia exhibente.

In Iliadis rhapsodia quinta multa quum in verbis, tum in rebus inveniuntur singularia atque a ceteris carminum Homericorum

v. 54. ἑκηβολίαι. Ἑκηβόλος saepe legitur ap. Hom. sed eiusmodi substantiva, quale est ἑκηβολία, apud eum rarissima sunt; cf. Spohn. de extr. Od. parte p. 105. ss. —

v. 63. ἀρχεκάκους. Nihil habet, quod offendat. Nam vocabula, eodem modo composita, si non multa, at aliquot ap. Hom. inveniuntur. Talia sunt: ἀλεξάνεμος, Od. ξ, 529. ἀλεξίκακος Il. κ, 20. πλήξιππος, ἑλκεσίπεπλος, τερπικέραυνος, ἑλκεχίτων Il. ν, 685. εἰλίποδες. —

v. 64. ἐκθέσφατα. Ita priores editiones; sed recentiores recte scribunt: θεῶν ἐκ θέσφατα ἤδη. —

v. 80. μεταδρομάδην. Etiam hoc vocabulum non adnumeraverim iis, quae per se spectata aliquid probent de origine huius rhapsodiae. Nam etsi neque μετατρέχω, neque δρομάδην ap. Hom. legatur, tamen similia quaedam adverbia in δην desinentia ab eo usurpantur, ut βάδην Il. ν, 516. κρύβδην Od. λ, 454. ἀμβολάδην Il. φ, 364. pro quo ἀμβλήδην χ, 476. ὑποβλήδην Il. α, 292. προτροπάδην Il. π, 304. —

v. 113. ἀνηκόντιζε. Αἷμα δ' ἀνηκόντιζε, *sanguis emicuit.* Simplex ἀκοντίζω saepe quidem legitur ap. Hom. sed plane diversam potestatem habet et semper transitive usurpatur; cf. de vi verbi ἀνακοντίζω Spohn. de extr. Od. parte p. 77. —

v. 126. σακέσπαλος. Forma satis defenditur similiter compositis, ex quibus ἐγχέσπαλος nominare sufficiat. Sed vocabulum sensum incommodum habet; nam saepe ap. Hom. legitur: αἰχμήν s. δόρυ πάλλειν, nusquam: σάκος s. ἀσπίδα πάλλειν, quod vel ponderis causa fieri non potuisse videtur. Neque defendi potest hoc epitheton eo, quod Il. η, 222. σάκος dicitur αἰόλον; nam etiamsi hoc interpreteris: *mobile*, non *versicolor* (quod etiam post Buttmanni disputationem Lexil. II. p. 75. ss. mihi maxime dubium videtur), tamen multum interest inter σάκος αἰόλον, i. e. *scutum, quod facile gestari potest*, et σάκος πάλλειν i. e. *scutum vibrare, torquere; πάλλειν* aptissime de *telis*, non etiam de *armis* usurpatur. Quod intellexisse videtur Sophocles, qui, quamquam alioqui φιλόμηρος, Aiacem non appellat σακέσπαλον, sed σακεσφόρον Ai. 19. Ceterum pro σακέσπαλος secundum regulam scribendum et pronunciandum videtur σακεσπάλος, atque ita etiam ἐγχεσπάλος, ἱπποδάμος, πτολιπόρθος; vereor enim, ne nimium tribuat veteri traditioni Buttmann. Gramm. ampl. II. p. 373. s. quae in talibus et parum ponderis habet neque sibi constat. —

v. 138. χραύσῃ. Homerus alibi habet χράω, pro quo hic interposito digammate aeolico (*XPAFΩ*) legitur χραύω; hoc nostro loco significat: *superficiem, cutem* (cognatum χρώς) *leviter perstringere*; sed haec vis nunquam ap. Hom. inest in verbo χράω; significat enim ubique: *invadere, infestare, urgere, vexare.* —

v. 158. χηρωσταί. Hanc vocem explicat Damm. in Lex. *haeres orbi vel orbae alicuius*; similiter Passov. *Seitenverwandte*

secundum Apollon. in Lex. qui explicat: *οἱ μακρόθεν προσήκοντες κατὰ γένος καὶ χῆρα ὄντα τῶν σύνεγγυς τὰ χρήματα κληρονομοῦντες*; quem sequuntur Hesych. et Etym. M. Aliam explicationem habet Eustathius: *ἦν τάγμα ἐν ταῖς πόλεσιν, οἱ χηρωσταί, διοικοῦν τοὺς ἀκληρονομήτους, ἤγουν τοὺς χηρεύοντας διαδόχων, ἢ καὶ ὧν αἱ γυναῖκες ἔμενον χῆραι καὶ τῶν ἐπιτροπευόντων δεόμεναι· οἵτινες κατὰ λόγον ἄλλον καὶ ὀρφανισταὶ ἐκαλοῦντο ὡς ὀρφανῶν ὑπεριστάμενοι, καθὰ καὶ Σοφοκλῆς δηλοῖ* (Ai. 512.). Eadem habet Schol. L. Atque haec posterior explicatio mihi vera videtur, maxime ob formam vocabuli *χηρωστής*. Itaque *χηρωστάς* esse credo eos, *qui curam habent τῶν χήρων*, i. e. *carentium proximis cognatis, orborum, viduorum vel etiam caelibum* (hanc vim enim habet Hes. Theog. 607. ubi locus noster ad verbum repetitur), *et ut mercedem bona eorum hereditate accipiunt.* —

ibid. *διαδατέοντο*. Simplex *δατέομαι* aliquoties legitur ap. Hom. —

v. 162. *πόρτιος*. Il. ρ, 4. legitur *πόρτακι*, Od. κ, 410. *πόρις* eadem significatione. —

v. 191. *κοτήεις*. Contra analogiam formatum est; nam eiusmodi Adiectiva nonnisi quum a Substantivis primae declinationis derivantur, in *ηεις*, quum vero a Substantivis secundae aut tertiae declinationis formantur, in *οεις* desinunt; itaque quum *κοτήεις* originem trahat a *κότος*, formandum erat *κοτόεις* vel versu iubente, *κοτώεις*; cf. Buttmann. Gr. ampl. II. p. 342. Sed forma *κοτήεις* defenditur altera similiter formata, *δενδρήεις*. —

v. 200. *ἀρχεύειν*. Ut ab *ἡγεμών ἡγεμονεύειν*, ita ab *ἀρχός* formatur *ἀρχεύειν*. —

v. 216. *διακλάσσας*. Simplex *κλάω* atque composita *ἐγκλάω* et *κατακλάω* haud raro ap. Hom. inveniuntur. —

v. 225. *ἐπί — ὀρέξῃ* et v. 335. *ἐπορεξάμενος*. Compositum *ἐπορέγω* his locis usurpatur pro simplici *ὀρέγω*, quod alioquin habet Homerus. —

v. 253. *γενναῖον*. Haec vox neque ap. Hom. neque ap. Hesiodum praeter hunc locum usquam reperitur. Primus, qui eam usurpat, est Archilochus fr. LIV. Gaisford. Etiam subst. *γέννα*, unde ortum est *γενναῖος*, et verbum *γεννάω* ap. Hom. frustra quaeras. —

v. 315. *πτύγμα*. *Πτύσσω* et *πτύξ* frequentat Homerus. —

v. 339. *θέναρος*. Homerus non habet aliud vocabulum huic cognatum; nam vulgaris derivatio a *θείνω, θένω, ferire*, veri similis non est. —

v. 340. et 416. *ἰχώρ*. Haec vox, si qua alia, serioris originis aut saltem interpolationis suspicionem movere potest. Nam neque ap. Hom. neque apud sequentes poetas ante Apoll. Rhod. ullum eius vestigium ea potestate, qua hic legimus, usurpatae reperitur. —

v. 342. *ἀναίμονες*. Compositi ratio nihil habet, quod offendat; sed aliis de causis vix dubitari potest, quin versus adulterinus sit. —

v. 390. *ἐξέκλεψεν*. Et forma et vis vocabuli eiusmodi est, ut ab Homero proficisci potuerit. —

v. 397. *πύλῳ*. Wolfius pro vulgato *ἐν Πύλῳ* recepit Aristarchi scripturam *ἐν πύλῳ* i. e. *ἐν πύλαις ᾗδου*, ita ut hoc uno loco pro *πύλη*, *porta*, habeamus *πύλος*. —

v. 407. *δηναιός*. Solenni modo formatum ab adverbio *δήν*. —

v. 408. *παππάζουσιν*. *Πάππας*, unde ortum est, legitur Od. ξ, 57. —

v. 417. *ἄλθετο*. Vocabula cognata *ἀλδήσκω*, *ἀλδαίνω*, *ἀπαλθέω*, *ἄναλτος* aliquoties reperiuntur ap. Hom. —

ibid. *κατηπιόωντο*. *Ἤπιος* Homerus saepe habet. —

v. 425. *καταμύξατο*. Simpl. legitur Il. α, 243. τ, 284. —

v. 448. et 512. *ἀδύτῳ* et *ἀδύτοιο*. Non solum vocabulum, sed etiam res eo significata Homero ignota esse videtur; neque enim praeter hunc locum apud eum mentio fit templorum vel aliorum locorum sacrorum, quae adire non licet. —

v. 486. *ὤρεσσιν*. Contractum ex *ὀάρεσσιν*; *ὀάρων* legitur Il. ι, 327. —

v. 487. *ἄψῖσι*. Apoll. Lex. *ἄψῖσι λίνου· ἅμμασιν, ἀπὸ τῆς συναφῆς*. Quae explicatio praeferenda videtur alteri, quam habet Schol. L. Bekk. *ἀψῖδες δικτύου αἱ καμπαί*. Sophocles, sine dubio imitaturus *ἀψῖσι λίνου*, dicit *σπείραισι δικτυοκλώστοις* Ant. 347. Ap. Hes. Op. 424. *ἀψίς* s. ut ibi legitur, *ἀψίς* aliam significationem habet; est enim *curvatura rotae*. Ad nostrum locum etiam observandum est, *piscaturae* mentionem rarissimam esse ap. Hom. —

ibid. *πανάγρου*. Nihil insoliti habet. —

v. 500. *λικμώντων*. Subst. *λικμητήρ* legitur Il. ν, 590. —

v. 502. *ὑπολευκαίνονται*. Simpl. *λευκαίνω* invenitur Od. μ, 172. et praepositio *ὑπό* *diminuendi* vim etiam in aliis verbis iam ap. Hom. habet, v. c. in *ὑποδείδω*. —

ibid. *ἀχυρμιαί*. Haec vox derivanda est a *τὸ ἄχυρον*, *palea*, quod ap. Hom. nusquam invenitur; neque *ἡ ἄχνη*, quod v. 499. et 501. *paleam* significat, alibi apud eum hac potestate legitur; vid. infra. —

v. 521. *ἰωκάς* et v. 740. *Ἰωκή*. Accusativus *ἰῶκα*, ab alio nominativo formatus, legitur Il. λ, 601. Eadem est ratio vocabuli *ἀλκή*, a quo dativus *ἀλκί*, et aliorum quorundam, de quibus vid. Buttm. Gramm. ampl. I. p. 220. s. —

v. 526. *διασκιδνᾶσι*. Compositum nihil offensionis habet; sed nota, activum *σκίδνημι* neque in simplice, nec in ullo composito praeter hunc locum ap. Hom. reperiri. —

v. 586. *βρεχμόν.* Schol. L. Bekk. *βρεχμὸς διὰ τοῦ χ̄ τὸ ἄνω τοῦ μετώπου. καλεῖται δὲ οὕτω διὰ τὸ δοκεῖν βεβρέχθαι καὶ ὑγρὸν εἶναι.* Hanc vocis derivationem iam habet Arist. H. N. I, 7. ubi legitur: *τελευταῖον γὰρ τῶν ἐν τῷ στόματι πήγνυται ὀστῶν.* Quae derivatio si vera est, de quo dubitare licet, serior vocabuli origo eo indicatur, quod, nisi trahere huc vis *ὑπόβρυχα* Od. ε, 319. nullum verbi *βρέχω* ap. Hom. reperitur vestigium; quod vix casu factum dicas. Scribitur etiam *βρεγμός*; seriores *τὸ βρέγμα* dicunt; Homericum *βρεχμός* habet Nic. Ther. 219. Aliam vocabuli explicationem, a vulgari diversam, sed sine dubio falsam habet Schol. B. Bekk. *βρεχμὸς λέγεται ἡ τοῦ αὐχένος σπονδυλώδης ἀρχή.* —

v. 587. *ἀμάθοιο.* Ita enim legendum pro *ψάμαθοιο*, vid. Heyne ad h. l. Quamquam Homerus alibi semper utitur forma *ψάμαθος*, tamen etiam *ἄμαθος* ei notum fuisse concludere licet ex eo, quod habet verbum *ἀμαθύνω* Il. ι, 593. et adiectivum *ἠμαθόεις.* —

v. 597. *ἀπάλαμνος.* Dictum pro *ἀπάλαμος*, litera *ν̄* metri fulciendi causa interserta; idem fit in *ἀμπνύνθη* v. 697. *ἱδρύνθησαν* Il. γ, 78. η, 56. *ὑπεμνήμυκε* Il. χ, 491. et *νωνύμνους* Il. μ, 70. cf. Thiersch. Gramm. §. 173. 1. *ἀπάλαμος* habet Hes. Op. v. 20. Homericum *ἀπάλαμνος* legitur apud Pindarum et Theognidem, sed alia potestate; vid. Lexx. —

v. 613. *πολυκτήμων* et

ibid. *πολυλήϊος.* Composita sunt solenni modo et ex vocabulis Homero usitatis. —

v. 623. *ἀμφίβασιν.* *Ἀμφιβαίνειν* non raro usurpatur de amicis, mortuum amicum tuentibus. Sed eiusmodi substantiva, quale *ἀμφίβασις*, rara sunt ap. Hom. cf. quae diximus ad v. 54. de voc. *ἐκηβολία.* —

v. 682. *δεῖμα.* Nihil insoliti habet. —

v. 707. *αἰολομίτρην.* Eodem modo formatum est, quo *αἰολοθώρηξ*, *κορυθαίολος* simil. Incertum est, utrum sit: *ποικίλην μίτραν ἔχοντα*, an: *εὐκίνητον*; cf. supr. ad v. 126. et Buttm. Lexil. II. p. 76. —

v. 723. *ὀκτάκνημα.* Compositum ex *ὀκτώ* et *κνήμη*, *radius rotae.* Sed *κνήμη* ap. Hom. nusquam *radium rotae* significat. —

v. 725. *προσαρηρότα.* In simplici participium *ἀρηρώς* ab Homero frequentatur; verb. *προσάρω* habet etiam Hes. Op. 431. *γόμφοισιν πελάσας προσαρήρεται ἱστοβοῆϊ.* —

v. 758. *ὁσσάτιον.* Dictum est pro *ὅσον*; nihil simile ap. Hom. reperitur; nam *μέσσατος* et *τρίτατος* aliam rationem habent, neque comparari potest *ὑστάτιος* pro *ὕστατος*, ut fecit Thiersch. Gramm. §. 206. 29. Seriores epici habent *τοσσάτιος* pro *τόσος.* —

v. 763. *ἀποδίωμαι.* Nam scribendum est *μάχης ἐξ ἀποδίωμαι* pro *μάχης ἐξαποδίωμαι*, quod pleraeque editiones ante Wol-

fium habent. Simpl. *δίομαι*, potestatem activam habens, frequens est ap. Hom. —

v. 777. *ἀνέτειλε*. *Ἐπιτέλλω* et *περιτέλλομαι* saepe leguntur ap. Hom. et derivatum ab *ἀνατέλλω* subst. *ἀνατολή* invenitur Od. *μ*, 8. ubi est *ἀντολαὶ ἠελίοιο*. —

v. 778. *ἴθμαθ'*. Vett. Gramm. explicant: *βήματα*, *ὁρμήματα*, *πτῆσιν*; ita etiam Eustath. qui derivat ab *εἶμι* et ob intersertum *θ* comparat *μηνιθμός*, quod legitur Il. *π*, 62. 202. 282. Sed vide, an vox orta sit ex *ἰθύς*, *ἰθύω*, et *ἴθματα* dictum pro *ἰθύματα*; nam *ἰθύω* est: recta *ire* ad locum; ita etiam cognata esse videntur latinum *gradus*, *gradior* et vernaculum *gerade*. —

v. 785. *χαλκεοφώνῳ*. Homerus *vocem* etiam aliis locis *χαλκῆν* dicit: Il. *σ*, 222. *οἱ δ' ὡς οὖν ἄϊον ὅπα χάλκεον Αἰακίδαο*. —

v. 803. *ἐκπαιφάσσειν*. Simplex legitur Il. *β*, 450. —

v. 830. *σχεδίην*. Compositum *αὐτοσχεδίην* legitur Il. *μ*, 192. *ϱ*, 294. —

v. 831. *ἀλλοπρόϱαλλον* et v. 889. *ἀλλοπρόϱαλλε*. Vocabulum singulari modo compositum, cuius nihil simile reperitur. —

v. 838. *φήγινος*. Subst. *φηγός* non raro invenitur ap. Hom. Sed pro *φήγινος ἄξων* vetus lectio est *πήδινος ἄξων*, quod verum esse suspicor. Fuit secundum vett. Gramm. genus arboris, *πῆδος* dictum, unde etiam derivant *τὸ πηδόν*, *remus*, et *πηδάλιον*, *gubernaculum*. *Πῆδος* fortasse eadem arbor est, quae ap. Theophr. hist. pl. IV, 1. *πάδος* dicitur. Plin. H. N. III, 16. de nomine fluminis Padi disputans, dicit: Metrodorus Scepsius dicit, quoniam circa fontem arbor multa sit picea, quae *pades* Gallice vocetur, Padum hoc nomen accepisse. —

v. 876. *ἀήσυλα*. Videtur eandem originem et potestatem habere, quam habet *αἴσυλος*, quod nostr. rhaps. v. 403. et saepius ap. Hom. legitur. Vocabuli derivatio maxime dubia est. —

v. 882. *μαργαίνειν*. Sine dubio ortum est ex *μάργος*, *insanus*, quod in Iliade non legitur, sed tantnm Od. *π*, 421. *σ*, 2. *ψ*, 11. —

v. 886. *νεκάδεσσιν*. Simili modo ortum ex *νέκυς*, ut *λιθάδες* Od. *ξ*, 35. ex *λίθος* et *νιφάδες* Il. *μ*, 278. ex *νίφα*; cf. Thiersch. Gramm. §. 185. 29. Callimachus, nulla originis ratione habita, pro *τάξεις* usurpat. —

v. 887. *ζωός*. vid. Buttm. Gramm. ampl. §. 61. n. 3. —

ibid. *τυπῆσιν*. Nihil insoliti habet.

v. 894. *ἐννεσίῃσιν*. *Ἐνεσία* formatum est ab *ἐνίημι*, ut *ἐξεσία* (Il. *ω*, 235. Od. *φ*, 20.) ab *ἐξίημι*. —

v. 898. *ἐνέρτερος*. Zenodoti lectio erat: *ἐνέρτατος*, Aristarchi: *νέρτερος*. *Ἐνέρτερος*, quod in prioribus editionibus nostro tantum loco legebatur, Wolfius etiam Il. *ν*, 225. recepit pro *νέρτερος*. —

v. 902. *ὀπός*. Neque hoc vocabulum, neque aliud cognatum ap. Hom. legitur: etiam rei ipsius, i. e. *coaguli*, nusquam praeterea apud eum mentio fit. Verbum *τρέφειν*, quod significat *coagulare*, legitur Od. *ι*, 246. —

II. *Vocabula, quae praeter Il. E. nonnisi locis suspectis inveniuntur.*

v. 48. *ἐσύλευον*. Hoc vocabulum legitur praeterea Il. *ω*, 436. quae tota rhapsodia iam a veteribus grammaticis serioris originis esse putabatur. Altera forma *συλάω* frequens est ap. Hom. —

v. 260. *πολύβουλος*. Hoc epitheton Minervae repetitur Od. *π*, 282. ubi Schol. ad v. 281. haec habet: *Ἀθετεῖ Ζηνόδοτος ιή'*. Ceterum compositi ratio nihil habet, quo offendamur. —

v. 374. *ἐνωπῇ*. Versus iterum legitur Il. *φ*, 510. Sed ibi deest in optimis codicibus, neque Scholia et Eustathius eius mentionem faciunt; vid. Heyne; quapropter Wolfius uncis eum inclusit. Vocabulum *ἐνωπῇ* explicatur a Grammaticis: *προσόψει, ἐν ὄψει, φανερῶς*. Cognata vocabula frequentia sunt ap. Hom. v. c. *ἐνώπια, ἐνωπιδίως, κατενῶπα, εἰσωπός, περιωπή*. Scholl. B. et L. Bekk. annotant: *τινὲς δὲ γράφουσιν ἐνιπῇ*. —

v. 394. *ἀνήκεστον*. Il. *ο*, 217. legitur *ἀνήκεστος χόλος*. Sed ibi v. 212 — 217. qui manifesta interpolationis vestigia continent (vid. Scholl. et Heyne), a recentioribus editoribus uncis inclusi sunt. Vocabuli formatio nihil insoliti habet. —

v. 639. *θρασυμέμνονα*. Vox iterum legitur Od. *λ*, 266. in *Νεκυίᾳ*, ubi de interpolatione dubitari non potest. Posteriorem vocis partem alii grammaticorum ex *μένος*, alii ex *μένω*, alii ex *μέμνημαι* ortam esse contendunt. Homerus nihil simile habet praeter nomina propria *Μέμνων* et *Ἀγαμέμνων*.

v. 745. *φλόγεα*. Reperitur etiam Il. *θ*, 389. Sed quae leguntur Il. *θ*, 385. ss. locum nostrum ad verbum repetentia, ea iam a veteribus Grammaticis (vid. Scholl.) spuria et ex loco nostro illuc transducta putabant. r. Apoll. Lex. vocem non explicat; Scholia interpretantur: *ὀξέα κατὰ τὴν κίνησιν ὡς πῦρ*, Eustathius: *λαμπρά*. Prior explicatio praeferenda videtur, ut magis respondens usui substantivi *φλόξ* ap. Hom. —

v. 752. *κεντρηνεκέας*. Praeterea legitur Il. *θ*, 396. qui locus, ut modo diximus, ex nostro interpolatus esse videtur. Vocabulum sine dubio compositum est ex *κέντρον* et *ΕΝΕΓΚΩ*, sed notandum est, equos ap. Hom. praeterea semper *μάστιγι* s. *ἱμάσθλῃ*, non *κέντρῳ* incitari; *κέντρον* tantum memoratur Il. *ψ*, 387. 430. in certamine equestri. —

v. 892. *ἀάσχετον*. Idem vocabulum invenitur Il. *ω*, 708. quae rhapsodia, ut iam supra monuimus, recentioris, quam ceterae, originis esse videtur. *Ἀάσχετον* metri causa dictum esse vi-

detur pro ἄσχετον; nam prius ᾱ intensivum, quod dicitur, esse, ut suspicatur Buttm. Gramm. ampl. II. p. 359. minime verisimile est. Thiersch. Gramm. §. 170. 3. prius ᾱ pro privativo habere videtur, quod quomodo fieri possit non intelligo. Passov. in lex. simile vocabulum ἀάσπετος affert, nullo laudato auctore; in ed. Henr. Steph. nuper Parisiis incepta affertur ex Quint. Smyrn. 3, 673. 13, 274. 7, 193. 8, 232. —

III. *Vocabula, quae in Il. E. peculiarem quandam significationem habent.*

v. 70. πύκα. Aliis locis est *dense* aut *prudenter*, h. l. *diligenter*. —

v. 88. et 89. γέφυραι. Hoc tantum loco propriam potestatem habet; praeterea tantum ap. Hom. invenitur πολέμοιο γέφυραι; sed verbum γεφυρόω, i. e. *pontem, aggerem facere* legitur Il. ο, 357. φ, 240. —

v. 150. ἐκρίνατ' ὀνείρους. Verbum κρίνω hoc uno loco ita usurpatur ab Homero. —

v. 153. ἄμφω τηλυγέτω. Τηλύγετος hic tantum de pluribus dicitur; ac sane, si explicatio huius vocabuli, quam profert Buttmann. Lexil. II. p. 201. vera est, ut sit ὁ τελευταῖος τῷ πατρὶ γενόμενος, vix aliter quam de uno usurpari posse videtur. Sed aliam eius explicationem proposuit Lud. Doederlein in scriptione schol. Erlangae 1825. edita, cui postea quaedam addidit in Mus. Rhen. 1829. III, 1. p. 11. Ego iam antea, quam eius commentationem cognoveram, in eandem coniecturam incideram, paulo tamen diversa ratione inita. Nam Doederlein τηλύγετος derivat a θάλλω, ut comparandum sit cum adiectivo θαλερός et virides adolescentium annos significet; aliis autem locis ad similitudinem adiectivi θῆλυς, quod eiusdem originis est, accedere contendit, ita ut significet imbecillitatem tenerae aetatis. Sed ista explicatio nimis artificiosa mihi videtur, quod duas diversas notiones primarias vocabulo tribuit, quae sibi repugnant. Ego verbum θάλλω missum facio et τηλύγετος derivandum puto a θῆλυς (de littera θ in τ mutata optime disputavit Doederlein), ut sit ὁ θῆλυς γενόμενος, *homo effeminatus, mollis, delicatus*; ita primaria eius potestas ea est, qua legitur Il. ν, 470. ἀλλ' οὐκ Ἰδομενῆα φόβος λάβε, τηλύγετον ὥς. Deinde significat inprimis *liberos a parentibus ob nimium amorem mollius educatos*, tum universe: *quos in deliciis habent parentes*; atque hanc vocabuli potestatem omnibus locis Homericis aptam esse puto. Eandem vim, quam primariam adiectivi τηλύγετος esse statuimus, habet θηλύτοκος ap. Aristot. Pol. 7, 16. p. 210. s. ed. min. Bekk. ἔστι δ' ὁ τῶν νέων συνδυασμὸς φαῦλος πρὸς τεκνοποιίαν· ἐν γὰρ πᾶσι ζώοις ἀτελῆ τὰ τῶν νέων ἔγ-

γονα καὶ θηλύτοκα μᾶλλον καὶ μικρὰ τὴν μορφήν, ὥστ' ἀναγκαῖον ταὐτὸ τοῦτο συμβαίνειν καὶ ἐπ' ἀνθρώπων. —

v. 218. πάρος δ' οὐκ ἔσσεται ἄλλως. Hoc dicendi genus nusquam alibi legitur ap. Hom. —

v. 252. μήτι φόβονδ' ἀγόρευ'. Singulari modo hoc dictum est; Matth. Gramm. p. 1051. s. ita explicat, ut omissus sit infinitivus, *motum* significans, et comparat Il. π, 697. οἱ δ' ἄλλοι φύγαδε μνώοντο ἕκαστος. —

v. 269. ὑποσχὼν θήλεας ἵππους. Verbum ὑπέχω hoc unico loco genere activo et ista potestate usurpatur. —

v. 306. κοτύλην. Hoc loco est *acetabulum*; cf. Plin. H. N. 33, 11. omnibus aliis locis significat *parvum poculum*. —

v. 387. χαλκέῳ ἐν κεράμῳ. Κέραμος, *vas fictile*, legitur Il. ι, 469. et κεραμεύς, *figulus* Il. σ, 601. Itaque scholia explicant: χαλκῷ ἀγγείῳ, πίθῳ; sed hoc ineptum est; addunt; ἢ δεσμωτηρίῳ· οἱ γὰρ Κύπριοι τὸ δεσμωτήριον κέραμον καλοῦσι; hoc verum esse videtur; sed unde originem trahit vox κέραμος, *carcer*? Il. φ, 495. legitur χηραμόν, quod Homerus, ipse explicat κοίλην πέτραν; eandem originem et potestatem esse puto vocabuli κέραμος; utrumque enim ortum est ex χάω, χαίνω, et significat *rimam*; κέραμος igitur esse videtur *rima* vel *vorago terrae*, in quam vinctus Mars demittebatur, plane idem, quod notissimus ille Lacedaemoniorum καιάδας s. κεάδας, quod vocabulum item a χάω derivandum est; cf. Buttmann. Lexil. II. p. 94. Neque vero contenderim, κέραμος, *argilla*, plane diversum vocabulum esse. Nam κέραμος, quod proprie est *rima*, *fovea*, inprimis fortasse usurpatum est de *foveis*, *unde argilla petebatur*, ac deinde *argillae* ipsius notionem induit. —

v. 477. ἔνειμεν. Verbum ἔνειμι, quod omnibus aliis locis est *inesse*, hic significat *adesse* vel simpliciter *esse*. —

v. 492. κρατερὴν ἀποθέσθαι ἐνιπήν. Ἀποτίθημι nusquam alibi tropice usurpatur ap. Hom. —

v. 499 et 501. ἄχνας. His tantum locis est *palea*, praeterea semper *spuma maris*. —

v. 524. ὄφρ' εὔδῃσι μένος Βορέαο. Verbum εὕδω alibi semper proprie usurpatur ab Homero; semel Il. ξ, 482. de *morte* dicitur. —

v. 529. ἄλκιμον ἦτορ ἔλεσθε. Inusitatum dicendi genus. —

v. 586. κύμβαχος, *pronus*; hac potestate praeterea non legitur; Il. ο, 536. ὁ κύμβαχος est *superior cavata galeae pars*. —

v. 588. ἵππω πλήξαντε, *equi eum excutientes*, quam vim verbum πλήσσω nusquam habet. —

v. 642. χήρωσε. Hoc tantum loco tropice legitur; propriam potestatem habet Il. ρ, 36. Sed etiam χηρεύειν tropice usurpatur Od. ι, 124. —

v. 698. ζώγρει. Hic tantum significat: *recreare*, *reddere animam*, alioqui semper: *vivum capere*. —

v. 734. *πέπλον μὲν κατέχευεν ἑανὸν πατρὸς ἐπ' οὔδει.* Versus quidem repetitur ϑ, 385. sed hunc locum ex nostro interpolatum esse videri, iam supra monuimus. Verbum *καταχέω* singulari potestate usurpatur, cuius nullum praeterea ap. Hom. exstat exemplum. — Adiectivum *ἑᾱνός* hic tantum epitheton pepli est; cfr. Buttmann. Lexil. II. p. 11. — *πατρὸς ἐπ' οὔδει* praeterea non legitur ap. Hom. sed Il. ω, 527. est *ἐν Διὸς οὔδει.* —

v. 766. *ὀδύνῃσι πελάζειν.* Verbum *πελάζω* hoc solo loco tropice usurpatur. —

v. 834. *τυκτὸν κακόν.* Adiectivum *τυκτός* alibi semper idem, quod *εὔτυκτος*, est. —

v. 879. *ἔπεϊ προτιβάλλεαι.* Hac potestate verbum *προσβάλλω* nusquam alibi legitur. —

IV. *Nomina propria, quae in Il. E. singulari modo usurpantur.*

v. 105. *Λυκίηθεν* et v. 173. *Λυκίη.* His tantum locis patria Pandari *Lycia* dicitur. Urbs *Zέλεια*, unde venerat, ad montem Idam sita, a Troianis habitabatur; cf. Il. β, 824. ss. Itaque Lycia, quae alioqui dicitur, unde Sarpedon et Glaucus oriundi erant, patria Pandari esse non potest. Ad hanc difficultatem dirimendam veteres Grammatici statuerunt, etiam regionem Troadis, circa urbem Zeleam sitam, *Lyciam* appellatam fuisse, et discernendum esse inter hanc *Lyciam minorem* et illam *maiorem*, quae vulgo ita nominatur; cf. Heyne ad Il. β, 824. —

v. 330. 422. 458. 760. 883. *Κύπρις.* Hoc cognomen Veneris praeter locos memoratos ap. Hom. non legitur; neque Cypri insulae ut praecipuae Veneris sedis usquam mentio fit; nam Od. ϑ, 362. serioris originis est. —

v. 333 et 592. *Ἐννώ.* Huius deae nomen praeterea non legitur ap. Hom. —

v. 370. *Διώνη.* Hoc uno loco commemoratur *Dione, mater Veneris.* —

v. 392. *παῖς Ἀμφιτρύωνος.* Hercules *filius Amphitryonis* praeterea tantum dicitur Od. λ, 269. in *νεκυίᾳ*, quae serioris originis est; neque alio loco Amphitryonis mentio fit. —

v. 401 et 899. ss. *Παιήων.* Uno loco praeterea memoratur, Od. δ, 232. —

v. 546. *Ὀρσίλοχος.* Idem dicitur *Ὀρτίλοχος* Od. γ, 488. ο, 186. —

v. 576. *Πυλαιμένεα.* Idem *Pylaemenes*, qui hic interficitur, flens adstat ad corpus caesi filii Il. ν, 659. —

v. 612. *ἐνὶ Παισῷ.* Eadem urbs dicitur *Ἀπαισός* Il. β, 828. —

ibid. *Ἄμφιον, Σελάγου υἱόν.* Idem dicitur *Μέροπος υἱός* Il. β, 831. —

v. 785. *Στέντορι.* Hoc uno loco *Stentoris* mentio fit. —

v. 898. *Οὐρανιώνων.* *Titanes* hoc uno loco ita appellantur. —

V. *De grammatica vocabulorum quorundam ratione in Il. E.*

v. 6. *παμφαίνησι.* Hoc uno loco tert. pers. sing. praes. ind. verbi barytoni ab Homero ita formatam esse, testatur Heraclides ap. Eustath. ad Od. η, 198. *Ἰστέον δὲ ὡς εἴπερ μὴ ἐγράφετο κατακλῶθές τε βαρεῖαι ἀλλὰ κατακλώθησι βαρεῖα, ἦν ἂν τὸ ῥῆμα Ῥηγίνων διαλέκτου. οἱ καθ' Ἡρακλείδην τὰ τρίτα τῶν ὁριστικῶν περισπωμένων τῆς πρώτης συζυγίας καὶ τῶν βαρυτόνων δὲ ῥημάτων κατὰ τὸ ἑνικὸν εἰς τὴν σι συλλαβὴν περαιοῦσι τοῦ η παραλήγοντος. τὸ γὰρ φιλεῖ καὶ νοεῖ καὶ λέγει καὶ φέρει, φίλησι φησὶ καὶ νόησι καὶ λέγησι καὶ φέρησι. τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ λαμπρὸν παμφαίνησι παρ' Ὁμήρῳ, ἅπαξ φησὶ χρησαμένῳ τῇ διαλέκτῳ ἐπὶ τούτου* cett. Omnibus aliis locis, quibus Grammatici (cf. Buttmann. Gramm. ampl. §. 106. n. 6. Thiersch. Gramm. §. 215. 49.) hanc formam agnoscunt, coniunctivus esse videtur, quod nostro loco fieri non potest; cf. Matth. Gramm. ampl. §. 207. —

v. 10. *ἦστην.* Hoc tantum loco legitur, neque in aliis personis imperfecti ἦν ab Homero usquam σ inseritur. —

v. 85. *Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη.* Attractionis genus, posterioribus usitatissimum; num vero ap. Hom. praeter hunc locum reperiatur, dubito. —

v. 89. *ἐργμέναι.* Hoc participium praeterea non legitur ap. Hom. et incertum videri potest, utrum derivandum sit a verbo εἴργω, an, quod fecit Matth. Gramm. ampl. §. 249. a verbo ῥέζω, ἔρδω, *ΕΡΓΩ*; sed prior derivatio sine dubio vera est. —

v. 104. *δῆθ'.* Particula δηθά, quum ᾰ abiicit, alibi semper δήθ' scribitur v. c. Il. β, 435. hoc uno loco δῆθ', quod tamen in δήθ' mutandum videtur. —

v. 124. *θαρσῶν.* Syllabae εω in eiusmodi verbis ab Homero non contrahuntur; cf. Thiersch. Gramm. §. 221. 77. —

v. 130 et 819. *ἀντικρύ.* Ultima syllaba, quae omnibus aliis locis longa est, hic corripitur. —

v. 156. *ἀμφοτέροιν.* Ita veteres editiones; sed Gen. et Dat. Dual. ap. Hom. semper οιϊν, nusquam οιν habet; itaque nunc legitur *ἀμφοτέρω.* —

v. 172. *ἐρίζεται.* Medium sensu activo usurpatur, quod praeterea tantum fit Od. δ, 80. Omnibus aliis locis est ἐρίζω. —

v. 203. *ἄδην.* Prior syllaba, quae ubique brevis est, hoc uno loco producitur; quare scribunt ἄδδην, quod improbat Buttmann. Lexil. II. p. 132. —

v. 219. *νώ*. Rarissimum est ap. Hom. Legitur praeter nostrum locum bis, Od. *o*, 474. et *π*, 306.

v. 245. *ἶν' ἀπέλεθρον*. Mihi legendum videtur: *ἴν ἀπέλεθρον*, sublato apostropho, et discernendum *ἴς, ἰός, Fἶς, vis* ab *ἴς, ἰνός, nervus;* eodem modo nunc recte legitur Il. *λ*, 480. *λῖν ἤγαγε* pro *λῖν' ἤγαγε*. —

v. 258. *γοῦν*. Haec particula ap. Hom. nusquam invenitur; nam Il. *π*, 30. pro *ἐμὲ γοῦν* ex codicibus legendum est *ἔμεγ' οὖν;* sed num locus noster eodem modo mutandus sit, quod putat Thiersch. Gramm. §. 329. 1. mihi dubium videtur. —

v. 265. *τῆς γάρ τοι γενεῆς, ἧς Τρωΐ περ εὐρύοπα Ζεὺς δῶχ'*. Attractio pronominis relativi, apud seriores frequentissima, Homero autem prorsus inusitata. Nam quod Od. *ω*, 30. (Thiersch. Gramm. §. 344. 2. hoc ut alterum huius attractionis ab Homero usurpatae exemplum affert) legitur: *τιμῆς ἀπονήμενος, ἧ περ ἄνασσες*, id nihil probat, tum, quod haec rhapsodia serioris originis est, tum, quod verbum *ἀνάσσω* ab Homero haud raro cum genitivo coniungitur. Ceterum etiam noster locus aliam explicationem admittit, ut *ἧς* sit genitivus *partis*. —

v. 269. *θήλεας ἵππους*. Nom. et Acc. sing. *θῆλυς* et *θῆλυν* saepius ab Homero cum substantivis feminini generis coniungitur, pluralis hoc uno loco. Alii scribunt *θηλέας*, quod dictum putant pro *θηλείας* ut nostr. rhaps. v. 142. *βαθέης* pro *βαθείης*. —

v. 273. *ἀροίμεθα κἄν κλέος ἐσθλόν*. *Κἄν* praeterea non legitur ap. Hom. Itaque recentiores mutaverunt in *κέ*, quod etiam plurimi codd. habent. —

v. 319. s. *οὐδ' υἱὸς Καπανῆος ἐλήθετο συνθεσιάων τάων, ἃς ἐπέτελλε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης* et v. 333. ss. *ὁ δὲ Κύπριν ἐπώχετο νηλέϊ χαλκῷ, γιγνώσκων ὅτ' ἄναλκις ἔην θεὸς οὐδὲ θεάων τάων, αἵτ' ἀνδρῶν πόλεμον κάτα κοιρανέουσιν*. Notandus est in his singularis articuli usus. —

v. 329. *αἶψα δὲ Τυδείδην μέθεπε κρατερώνυχας ἵππους*. Verbum *μεθέπω* cum duplici accusativo coniunctum praeterea ap. Hom. non legitur. —

v. 396. *ωὐτός*. Hic tantum istam crasin Homerus, neque usquam praeter hunc locum diphthongus *ωυ* apud eum reperitur. —

v. 400. *ἠλήλατο*. Pro *ἐλήλατο*, quod alibi legitur; simile tamen est *ἠρήρειστο* Il. *γ*, 358. —

v. 412. *Ἀδρηστίνη*. Formatio nominis patronymici Homero inusitata; ita Hes. Theog. 364. legitur *Ὠκεανῖναι*. Ap. Hom. nihil simile reperitur praeter *Ἀκρισιώνη* Il. *ξ*, 319. —

v. 428. *δέδοται*. Passivum verbi *δίδωμι* rarissimum est ap. Hom. praeter nostrum locum tantum legitur Od. *β*, 78. *δοθείη*. —

v. 464. *υἱεῖς*. Hoc uno loco vocativus est. —

v. 481. *τάτ' ἔλδεται*. Omnibus fere locis ap. Hom. est *ἐέλδομαι; ἔλδομαι* praeter nostr. tantum invenitur Il. *ψ*, 122. Od. *ψ*,

6. posteriore loco etiam, ut hic, cum accusativo coniungitur, omnibus aliis cum genitivo. —

v. 487 s. *μήπως, ὡς ἀψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου, ἀνδράσι δυσμενέεσσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γένησθε.* In participio *ἁλόντε* dualis singulari modo pro plurali usurpatur, cuius rei nullum aliud exemplum exstat. Praeterea notandum, primam syllabam verbi *ἁλίσκομαι*, quae ubique brevis est, hic produci, atque id quidem in thesi. —

v. 534. *Αἰνείω.* De declinatione substantivorum *Αἰνείας* et *Ἑρμῆς*, quae in hac rhapsodia a solenni dialecti Homericae ratione saepe recedit, cf. Thiersch. Gramm. §. 178. 26. 28. 29. —

v. 567. *σφάς.* Ita enim legendum pro *σφέας;* cf. Thiersch. Gramm. §. 204. 10. Buttm. Lexil. I. p. 61. Hoc uno loco invenitur. —

v. 641. *ἐξ οἵης σὺν νηυσί.* Dativus plur. in *ῃς* pro *ῃσι* desinens sequente consonante inusitatus est Homero; cf. Thiersch. Gramm. §. 164. 5. —

v. 653. *τεύξεσθαι.* Futurum *τεύξομαι* hoc tantum loco vim passivam habet. —

v. 744. *πόλεων.* Haec est lectio codicum et priorum editionum, quam nunc ut repugnantem Homericae rationi in *πολίων* mutaverunt. —

v. 745. *ἐς δ' ὄχεα φλόγεα ποσὶ βήσετο· λάζετο δ' ἔγχος* Octo breves syllabae in hoc versu se excipiunt; iterum legitur Il. *ϑ*, 389. de quo loco supra dictum est. —

v. 757. *Ἄρει.* De declinatione vocabuli *Ἄρης*, quae in hac rhaps. singularia quaedam habet, cf. Thiersch. Gramm. §. 181. 46. —

Emendationes in Synesium

scripsit

C. Bevng.

Pars II.

[Vid. Neue Jahrb. I. Supplementb. 3. Heft.]

Dio p. 50. c. *οὐ γὰρ ἀπόχρη μὴ κακὸν εἶναι ἀλλὰ δεῖ καὶ ϑεὸν εἶναι.* Non habeo quod emendationem *κἀγαθὸν* loco corrupti *καὶ ϑεὸν* multus probem. Eodem modo sententia: *δεῖ δὴ καὶ προελϑεῖν ἐπὶ τἀγαθόν.* — Malum non esse nequaquam satis est, sed et bonum esse oportet. —

p. 60. a. *Δίωνι γὰρ οὐκ ἀπολογίας πρὸς τοῦτο δεήσει. πάλιν οὖν δεήσῃ ῥητορικῆς. ἀλλ' ἐγὼ νόμον ἐκ φιλοσοφίας παρέξο-*

μαι. Emendationem tentavit Petavius mihi non satis probatam. Scriptoris manum me restituisse arbitror legendo: Δ. γ. ο. α. π. τ. δεήσει, παλινῳδίας ῥητορικῆς. cfr. Epist. 103. p. 243. a.

p. 60. b. πειθὼ τίνα δεῖ προσεῖναι. Forsan προσνεῖμαι. Decet legi viri philosophi quandam addere suasionem. Calvit. encom. 75. b. πειθὼ τίνα δεῖ προσαγαγεῖν τῷ λόγῳ. — 83. b. τὰ οὐκ ἐνόντα τῇ ποιήσει προσνέμειν. — Musonius ap. Stob. floril. tom. XIX. 329. ἀλλά τι μὲν εἶναι αὐτοῖς ἐλπίδος χρηστῆς. optime cod. MS. Bruxellensis. τι νέμειν αὐτοῖς κτλ.

p. 62. c. τραγῳδίαις ἐπετραγῴδησα καὶ κομῳδίαις ἐπιστωμύλλομαι πρὸς τὸν πόνον ἑκάστου τοῦ γράψαντος. Quid hic poetae labor? rescribe τὸν τόνον. Calvit. encom. 67. a. τῆς γλώττης τὸν τόνον. —

Calvitii encomium p. 63. d. Synesius narrat se prae dolore et ira erga Deos de scribenda Epicuri laude cogitasse, non quod eadem cum illo de Diis sentiat, ἀλλ' ὡς ὅ,τι κἀγὼ δυναίμην ἀντιδειξόμενος. Nostrum elegantiarum studiosum scripsisse arbitror: ἀντιδηξόμενος tanquam Deos, quantum posset, remorsurus, quod se dolore affligissent. Coniecturae huic nonnihil favent quae paulo ante dixit: μέσην δέδηγμαι τὴν καρδίαν. Antiquum enim est illud τὸν δακόντα δακεῖν. vid. Iacobs. Lectt. Stob. p. 44. — Epist. 94. p. 324. a. λυπεῖν γὰρ οἰόμενος λέγει καὶ ὡς δηξόμενος φθέγγεται. —

p. 64. b. ἐλεγεῖα ποιῶ θρῆνον ἐπὶ τῇ κόμῃ. Vertunt: elegos ac lugubres in comam versus molior. Sed unde illud: ac? nec versus lugubres dicuntur θρῆνος, sed θρῆνοι. Legerim θρηνῶν, lacrimans. —

p. 66. c. ἅτε κιθαρῳδικοῦ νόμου. restituo: ὃ, ἅτε κτλ. —

p. 66. d. οὐ δὴ καταισχυνῶ τὰ πάτρια τῶν ἀγρῶν, οὐδὲ φανοῦμαι στρογγύλων λογάρια, προοίμιά τινα καὶ προνόμια. — Merito in prioribus verbis haesit Petavius; vertit: paternam rusticitatem! — Non longe a vero aberraverit emendatio: οὐ δὴ καταισχυνῶ τὰ πάτρια θέατρον ἀγείρων, κτλ. paterna ruris et venatus studia dedecore afficiam auditores cogent. — Contortae enim oratiunculae, prooemia et praelùdia erant rhetorum deliciae in theatris praelegentium. Quorum sudores ridet noster in Calvit. encom. 86. b. Epist. 100. p. 239. a. p. 200. a. ἀλλ' ὥσπερ οὐδὲ φιλόσοφος ἐγενόμην δημόσιος, οὐδὲ θεατροκοπίαις ἐπεθέμην· οὐδὲ διδασκαλεῖον ᾤνοιξα· καὶ οὐδὲν ἧττον ἦν τε καὶ εἶην φιλόσοφος. — In primis notabilis est locus in Dione p. 54. d. sqq. — Θέατρον, auditores Synesio centies usurpatum. Dio. p. 54. d. μέλλει εἰς δικαστήριον ἀγνωμονέστερον εἰσιέναι τὸ θέατρον. 55. c. προσγελᾷ τῷ θεάτρῳ. —

p. 68. d. Silenus omnibus daemonibus antepositus est a Iove παρεῖναι καὶ φρενοῦν αὐτοῦ τὸ παιδάριον, Bacchum nempe. Παρεῖναι requirit nomen in tertio casu. — Suspicor πραΰναι. vox Platoni eiusque imitatoribus adamata. Eadem apud Themistium obliterata videtur Or. XXII. p. 266. ὡς ὅγε Ἀχιλλεὺς οὐδ' ὁτιοῦν

ῥᾷον ἐγένετο τῆς ἐπὶ Πατρόκλῳ λύπης. Scripsit enim mea sententia ο. ὁτιοῦν ἐπραΰνετο τῆς κτλ.

p. 69. b. τὸ δὲ παιδαρίοις μὲν ἐπιτρέπειν τὴν ἄνθην τῆς κόμης . . . . τοῦτο δὲ γήρως ἀποφοιτᾶν. rescribendum, ni fallor: ἐπιτρέχειν.

p. 71. c. τέλεον αὐτὸν καὶ ὅλον καὶ πᾶν ἐκ πάντων. Locum depravatum in hunc modum corrigo: τέλεον αὐτὸν ἐκ τελέων καὶ πᾶν ε. π. De quo vid. p. 96. d. ἔσεσθαι τέλεον ἐκ τελέων. —

Voces consonantes saepe a scribis absumuntur vel depravantur. In Platonis Phaedro p. 234. c. legitur: οὔτε γὰρ τῷ λαμβάνοντι χάριτος ἴσης ἄξιον, οὔτε σοὶ βουλομένῳ τοὺς ἄλλους λανθάνειν ὁμοίως δυνατόν. Post ἴσης excidisse censeo vocem ἴσως, quae et compleat sententiam et voci ὁμοίως respondeat. Qui obsequium a puero amato impetrat, commune, non ita gaudebit ac si sibi solo concessum sit. —

Themist. Or. VII. p. 92. d. τοῖν δὲ ἀρχόντοιν τοῖν κορυφαίοιν ὁ μὲν τεθνηκὼς, ἠπιστεῖτο· ὁ δὲ ζῶν ἐπιστεύθη τεθνᾶναι. — Haeserunt in his interpretes, nec iniuria. Elucet tamen Synesium loqui de Constantino Magno et Valente. Ad sententiae integritatem et necessariam verborum oppositionem requiritur ζῆν post ἠπιστεῖτο; hoc sensu: Procopius Constantinum magnum in se redivivisse iactabat, sed diffidebat populus. Certam autem habebat mortem Valentis, cuius falsos nuntios Procopius sparserat. —

Per consonantiam vocum orta est lacuna in Metopi fragmento quod servavit Stob. floril. I. 64. p. 23. eam explet codex MS. Bruxel. hisce, quae post τᾶς ψυχᾶς interserit: τὸ δὲ στέργειν καὶ ἀγαπῆν κοινὸν καὶ τῷ διανοητικῷ καὶ τῷ ἀλόγῳ μέρεος τᾶς ψυχᾶς.

p. 73. d. ἦκε τις ἐπὶ τὸ τῆς ἰσημερίας σημεῖον . . . . κἀκεῖθεν ἥξει κτλ. Vituperat immoderatos planetarum cursus; in mentem igitur venit eum scripsisse ἦξε et ἄξει. — De iisdem p. 134. a. ἄστρα πυρσὰ διάττοντα. Themist. Or. XX. p. 234. b. ἤιξας μετέωρος ἄνω. — Or. VII. p. 95. b. τί οὖν ὁ Φίλιππος; οὐκ εὐθὺς ἦκεν ἐπὶ τὸν σίδηρον. — lego ἦξεν, hoc enim est viri ira commoti. —

p. 76. b. οὐδ' ἀπὸ τινὸς ὄρους ἢ φάραγγος. — ὄρους sententiae plane repugnat. lege ἕλους.

p. 79. b. μετὰ θεοῦ καὶ τύχης καὶ ἀρετῆς. — Arte, nempe capillis derasis, Macedones Persis evasere superiores. loco τύχης igitur legendum τέχνης. Catast. p. 299. c. τὸ μὲν ἐπὶ τῷ θεῷ, καὶ τῇ ῥώμῃ, καὶ τῇ τῶν ὅπλων ἐμπειρίᾳ. —

p. 82. a. Homines semper servant quaedam indicia mortalis naturae, est enim divinae plane et conditionis et naturae εἰς τὸ παντελῶς ἀπηλλάχθαι τῆς πρὸς τὸ θνητὸν κοινωνίας. — Εἰς sensum turbat ideoque expungi debet; ex antecedentis vocis φύσεως extremo natum videtur. —

p. 83. c. Iuno Iovi insidias moliens multa formae adhibet lenocinia et cestum cingit Veneris, ὃς ἄλλα τε πολλὰ δύναται καὶ

μέγιστον ὅτι κλέπτει τῶν ἐχόντων τὸν νοῦν. — Petavius interpretatur: subripit mentem iis qui mentem habent. Sed quam inanis et nostro indigna est haec sententia, cui ne verba quidem satis respondent. Cestui illi inest secundum Homeri Iliad. ξ, 217.: *πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.* — Exinde loco *τῶν ἐχόντων* propono *τῶν φρονοῦντων* vel leniori mutatione *τῶν νηφόντων.* — In sequentibus conieci *εἴπερ ὁ λόχος ἐπὶ τὸν Διά.* vulgo *ὁ λόγος.* —

De Providentia p. 93. a. *ἢ ληθάργω συνείχετο* *) *καὶ καριβαρὴς ἦν ἐπὶ χρόνον τινά, ὥστε ἀπεῖναι τῶν ἐν οἷς εἴη τὸν νοῦν.* Elegantius et verius puto *ἐφ' οἷς εἴη.* h. e. oblitus rerum quibus intentus esset. —

Praepositio etiam depravata est apud Themist. Or. VII. 89. b. *ἑκάστου γὰρ, οἶμαι, τεχνίτου ἡ περὶ τὴν τέχνην πρᾶξις ἀλλότριον δείκνυσι τὸν πράξαντα τοῦ προσρήματος.* Absona est haec sententia; qua re motus Harduinus ante *ἀλλότριον* inserendam censebat particulam *οὐκ.* Sed quam inania essent haec verba; neque praecedentibus responderent. Dicit enim Synesius nihil ridiculum magis esse quam artificem qui ex sua arte agere detrectet, medicum v. g. secundum medicinam, musicum musice; et subiungit illa verba *ἑκάστου γὰρ κτλ.* Sine dubio legendum: *ἡ παρὰ τὴν τέχνην πρᾶξις.* cfr. Bekker. Specim. Philostrateum p. 72 et 89. —

p. 97. a. *τὸν ἀδελφὸν ἀποδιοπομπεῖσθαι καὶ πόρρω ποι γῆς ἔρρειν.* lego: *εἴργειν.* —

p. 97. b. *ἐκεῖνο τοῖς μὲν φύσει θεοῖς τὸ μακάριον θέαμα.* Duo Deorum genera discernit, unum in natura habitans eiusque curam habens, alterum supra naturam. Ante *φύσει* excidit praepositio *ἐν.* — Sunt hi iidem de quibus statim Diis: *τοῖς δὲ ἀγαθὸν τὸ πρὸς τὸν ἐκεῖ θεὸν ἐπεστράφθαι.* ubi suspicor *τοῖς δὲ ἀγαπητὸν τὸ κτλ.* — De insomn. 139. c. *νοῦς γὰρ ἀγαπητὸν ὅτῳ καὶ εἰς γῆρας ἀφίκοιτο.* —

p. 103. a. *ὕπνου μὲν ὀλίγου, φροντίδων δὲ πλείστων μεταλαγχάνων.* Exquisitius eadem in oratione de regno *ὕπνου μὲν ὀλίγον, φροντίδων δὲ πλεῖστον.* —

p. 103. d. *τὸ πεπτωκὸς ἤγειρε καὶ τὸ μέλλον ἰάσατο.* haec ultima vox restituenda videtur Themist. Or. VI. 80. c. *ἦν γὰρ ἔνδειαν . . . ὁ λόγος αὐτὸς ἀνεσώσατο.* emendo: *ἀνιάσατο.* Or. XIV, 183. c. *τὴν ἔνδειαν ἴασαι.* Synes. de regno p. 2. d. *ταύτην τὴν ἔνδειαν ἰάσῃ.* ibid. 11. d. Plato Georg. 177. b.

p. 104. a. *ὃ δὲ τιμῆς μὲν ἀνθρωπίνης ἠμέλει, καὶ τὰ περιόντα αὐτὸν εὖ μάλα ἔβοσκε, λειτουργῶν δ' ἴσως ἠσχύνετο.* E reliqua sententia patet pudoris verbum ab hoc loco alienum esse; nescio

*) Repone hanc vocem in Themist. Or. IV, 53. d. *ἀφωνίᾳ τε ξυνεσοίμην.* lege: *ξυνεχόμην.* Ibid. 56. a. *ἀπορίᾳ ξυνεχομένη.* Synes. de provid. *ἐγρηγόρσει συνείχετο.* Plato Gorg. 525. e. *τιμωρίαις συνεχομένον.* 479. a. *νοσήμασι συνισχομένον.* —

praeterea cur virum sapientem puderet honores gerere. lego *ἠσχάλλετο*. —

p. 104. d. *ἀλλ' ἔστιν ἡ μνήμη πρὸς τὸν ἐθέλοντα καταθέσθαι φιλονικώτατον*. conieci *φιλονεικώτατον*. —

p. 105. d. Descriptioni coniugis Thyphonis subiungit: *ἐαλώκει τε αὖθις ὁ Τυφὼς ἤδη πρεσβύτης ὤν*. Haud dubie *αὖθις* sedem vocis *αὐτῆς* usurpavit. —

Catastasis III. *ἀριθμῷ δὲ ἀναλύουσι τρισπλασίονι τῇ τῶν αἰχμαλώτων προσθήκῃ, τοσούτῳ πλείους γενόμενοι*. Comma quod ante *τοσούτῳ* apparet, post *τρισπλασίονι* repono. — Eandem medelam adhibeo Catast. IV. 305. b. *τὰ γὰρ ἐν ὀφθαλμοῖς πιστὰ, τῶν προσδοκωμένων ἐνέχυρα γέγονε*. legerim *ὀφθαλμοῖς, πιστὰ τῶν κτλ.* — Aeschyl. Choeph. 93. *ἦ σῖγ' ἀτίμως, ὥσπερ οὖν ἀπώλετο πατὴρ*. Emendo *ἦ σῖγ', ἀτίμως ὥσπερ κτλ.* — *ἀτίμως* nunc significat *ἀτιμορήτως* ut docent Schol. ad Platon. p. 233. ed. Ruhnken. — Demosthen. Philipp. 3. p. 121. *Ἄρθμιος ἄτιμος ἔστω*. Schol. *ἤγουν ὅν τις ἀποκτείνας οὐχ' ὑπόκειται ἐπιτιμίῳ*. Menander apud Stob. Floril. IV, 105. ed. Gaisf. *οὐδεὶς ξύνοιδεν ἐξαμαρτάνων πόσον ἁμαρτάνει τὸ μέγεθος, ὕστερον δ' ὁρᾷ*. Elegantior est lectio cod. MS. Bruxel. *Ἁμαρτάνει, τὸ μέγεθος δ' ὕστερον ὁρᾷ*. — Musonii locum apud Stob. floril. XVIII. 38. 322. depravatum, virorum doctorum emendationibus vexatum, uno puncto sanaveris. Scribe: *παραπλησίως καὶ ἡμῖν ζωῆς*. (Supple *ἕνεκα συμβαίνει τρέφεσθαι καὶ οὐχ' ἡδονῆς*. Punctum deest in editionibus; id habet codex MS. Br.). —

p. 300. a. *ὑπὲρ ἐμαυτοῦ πεφοβημένος, ὑπὲρ τῶν καιρῶν, ὑπὲρ τῆς πολιτείας αἰσχύνομαι*. — Quid hic *οἱ καιροί* velint non perspicio. Quidni legamus *τῶν ἑταίρων?*

Sermo ad Paeonium 308. c. *ἀλλ' ἔοικας γὰρ αὐτὸς ἄρξειν ἐπανάγειν ἡμῖν τὸν συνδυασμὸν τοῦτον*. — Nec Petavio *ἄρξειν* placuit; coniecit enim *ἄρξων*, quod non verius videtur. Fortasse scripsit Synesius *ἀρχαῖον*, quae vox antiqui et praeclari significationem habet. Ipse 307. b. — 308. c. copiose probat hunc *συνδυασμὸν πολιτείας καὶ φιλοσοφίας* clarissimos quosque veterum exercuisse. —

p. 308. *τοῦ μή τινα αὐτὰς (τὰς Μούσας) ὡς ἀπράκτους καὶ ἄχειρας ἀγορᾶς τε καὶ στρατείας ἀπελαύνειν*. — Fortasse legendum *ἀχρείας*. — De regno 8. b. *ἵνα μὴ ἄπρακτος καὶ ἀχρεία ἀρετῆς φύσις μαραίνηται*. ibid. 7. c. *νοῦς ἀχρεῖος εἰς πρᾶξιν ὑπὸ χειρῶν οὐχ' ὑπηρετούμενος*.

F I N I S.

Car. Frid. Hermanni

Disputatio de loco Platonis.

[Quae legitur in libello academico, qui inscriptus est: *Indices lectionum in Academia Marburgensi per semestre hibernum anni* 1832—33 *habendarum.*]

Proposuimus Vobis, Commilitones Humanissimi, inter plurima alia, quibus exerceri ingenia Vestra adque bonarum artium studia incendi possint, Platonis etiam librum eum, cui nec inter ipsa divini philosophi scripta parem alterum facile inveniatis, Rempublicam, quae, quamvis doctissimorum virorum curis et antiquitus illustrata et nuper haud segniter tractata, adeo tamen inexhaustum sapientiae venustatisque fontem continet, ut nemini, qui ad eam accesserit, experiendi acuminis doctrinaeque materia sit defutura. Nam quum eadem prorsus sit philosophiae, quae coeli, unde descendit, ratio, ut, quo altius escenderis nebulasque post te reliqueris, eo latius patere longiusque recedere eius profunditas videatur, multa praeterea accedunt in Platone, quae, ut recte intellecta voluptatem legentis impense augent, ita tantum abest ut primo statim conspectu pateant, ut vix ab uno eodemque homine simul omnia conspici possint. Artificiosissima disputationum series non tantum ipsâ disserendi subtilitate, sed etiam dulcissimis fabularum ambagibus impeditur; tecta aequalium cum summâ irrisionis acerbitate reprehensio haud raro vel doctissimos viros latuit; sermonis denique magnificentia tanta est, ut ipso saepe splendore suo praestringere legentium oculos videatur neque ullis in locis magis interpretes caligarint, quam quibus plurima orationis lumina Plato adhibuit. Quod nunc quidem uno exemplo omnium illustrissimo comprobare conabimur ex iis Reipublicae libris desumto, quos coram Vobis interpretari per temporis angustias non licuit; alia per scholarum occasionem tractabuntur.

Illustrissimus locus est lib. VI. p. 505 sqq. ubi Plato, posteaquam fieri posse demonstravit, ut rerum publicarum administratio ad philosophos perveniret, iam ipsum philosophum, qualem sibi mente proposuit, instituere aggreditur. Quem apparet quum rempublicam ad propositum ipsi finem conducere debeat, reipublicae autem summum felicitatis fastigium propositum sit, comparandae felicitatis gnarissimum esse oportere. Quamquam non reipublicae magis quam sua ipsius causa philosophus hoc debet; adeoque haec ipsa causa fuit, cur ita tantum beatas esse posse res publicas Plato contendit, si aut regnarent philosophi aut reges philosopharentur [1]), quia solum philosophum felicitatis viam

---

1) Republ. V. p. 473. d; cf. Epist. VII, p. 326. a.

tenere existimaret [2]) neque aliam rerum publicarum ac singulorum hominum felicitatem arbitraretur [3]); at vero licet per se solus beatus esse philosophus possit, vi adigendum fore ait [4]), ut reliquos quoque, modo per ipsos liceat, ad eam, cuius quique capaces sint, felicitatis gradum perducat; quam etsi perfectam philosophus tantum adipisci possit, hoc tamen ipso consilio res publicas institui, ut his ad felicitatem philosophorum operâ perductis singulae quoque civium partes quam quasi portionem felicitatis nanciscantur [5]). Sed de his alias; nunc enim ipsius philosophi propositum spectandum est; quem quum verae felicitatis studiosissimum esse debere viderimus, quod autem ad felicitatem conducat nihil nisi bonum sit, nihil sanctius habere sequitur, quam ut speciem sive notionem boni, *τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν*, cognoscat. Acutissime enim et nunc et aliis locis Plato contendit, quaecunque praeterea bona vulgo habeantur, neque externa solum, verum ipsas quoque animi virtutes nihil homini prodesse nisi cum ipsâ boni cognitione coniuncta sint [6]); utque divitiae, opes, corporisque venustas et bona valetudo, nisi rectus usus accesserit, non minus in perniciem quam in utilitatem vertantur, ita vel iustitiae, fortitudinis, temperantiae nullum usum esse, nisi prudentiâ ad unam boni veluti normam dirigantur [7]). Qua in sententiâ Socratem quoque fuisse, vel inde apparet, quia v. c. omnia, quae vulgo iusta haberentur, eadem pro re natâ iniusta esse posse demonstravit [8]), unde sequebatur aliam doctrinam accedere oportere, quae homines ad rectum virtutum usum institueret; neque alios quam Socratem Socraticosque significare Platonem certum est, quum nostro loco *κομψοτέροις* quibusdam bonum ipsum in prudentia sive sapientia, *φρονήσει*, positum esse videri ait [9]). Quos tamen etsi ipse olim secutus esse videatur [10]), in eo errare recte nostro

2) Euthyd. p. 282. a: *ἐπειδὴ εὐδαίμονες μὲν εἶναι προθυμούμεθα πάντες, ἐφάνημεν δὲ τοιοῦτοι γιγνόμενοι ἐκ τοῦ χρῆσθαί τε τοῖς πράγμασι καὶ ὀρθῶς χρῆσθαι, τὴν δὲ ὀρθότητα καὶ εὐτυχίαν ἐπιστήμη ἡ παρέχουσα, δεῖ δὴ ὡς ἔοικεν ἅπαντα τοῦτο παρασκευάζεσθαι ὅπως ὅτι σοφώτατος ἔσται.* 3) Singuli enim homines a rebus publicis magnitudine tantum differunt; cf. IV, p. 435. e; VIII, p. 544. d. 4) Republ. VII, p. 519. c; cf. Cic. de Rep. I, 6; Themist. de Praefect. 30. 5) L. IV, p. 421. c: *καὶ οὕτω ξυμπάσης τῆς πόλεως αὐξανομένης καὶ καλῶς οἰκιζομένης ἐατέον ὅπως ἑκάστοις τοῖς ἔθνεσιν ἡ φύσις ἀποδίδωσι τοῦ μεταλαμβάνειν εὐδαιμονίας.* 6) Cf. Ritter Gesch. der Philos. II, p. 417. 7) Meno p. 88. c: *οὐκοῦν συλλήβδην πάντα τὰ τῆς ψυχῆς ἐπιχειρήματα καὶ καρτερήματα, ἡγουμένης μὲν φρονήσεως εἰς εὐδαιμονίαν τελευτᾷ, ἀφροσύνης δὲ εἰς τοὐναντίον*; cf. Aristot. Rhetor. I, 9. 13: *φρόνησίς ἐστιν ἀρετὴ διανοίας, καθ' ἣν εὐ βουλεύεσθαι δύνανται περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν τῶν εἰρημένων εἰς εὐδαιμονίαν.* 8) Xenoph. Mem. Socr. IV, 2. 13 sqq. 9) Euclidem intelligit Stallbaumius; melius, ut videtur, Antisthenem Ritterus l. l. p. 120. Omnino *κομψοὶ* Platoni haud raro sunt ii, quorum etsi non omnia placita amplectatur, studia tamen probet, v. c. Pythagorei. Cf. Politic. p. 285. a; Cratyl. p. 405. d; Phileb. p. 53. c; Gorg. p. 495. a etc. 10) Sic in Euthydemo p. 281. b *εὐπραγίαν* ab *ἐπιστήμῃ* derivat, in Republ. II, p. 379. b ab *ἀγαθῷ*.

loco intellexit, quod cognitionem boni cum ipso bono confunderent. Quamvis enim reliqua omnia sapientiae tantum ope bona atque utilia reddantur, ipsam tamen sive prudentiam sive sapientiam [11]) nonnisi scientiam esse boni, quae, nisi iam antea exstet bonum, cogitari nulla possit: unde fiat, ut sicuti reliquae virtutes a prudentia, ita haec ipsa a boni tantum ideâ quasi lumen accipiat, nec nisi intellectâ ipsius boni naturâ quidquam boni efficere mens valeat.

Et hactenus quidem omnia expedita ac perspicua: quae vero nunc sequuntur de bono ipso, adeo sunt tenebris involuta, ut iam antiquitus obscuritas eorum in proverbium abierit [12]). Solet enim Plato, ubi de rebus ultra humanos sensus positis loquitur, comparationum adminiculo uti; ut qui verba quasi ipsius rei imagines esse debere existimaret [13]); unde factum est, ut quum humana vocabula ad humanarum tantum rationum formas ficta esse intelligeret, quae altius posita essent, exprimere illis digne posse desperaret [14]). Bonum igitur in mundo intellectuali (*νοητῷ*) eundem locum tenere ait, ac *Solem* in nostro, quem velut filium patris illius similitudinem reddere; sole enim deficiente, licet reliqua omnia integra maneant, nullum tamen eorum usum fore, omnia tenebris atque torpore obruta quasi mortua iacere, redeunte demum vigorem et lucem omnibus reddi, neque oculos hominum neque rerum naturam vim suam sine illo exercere posse; quae similitudo quam egregie conveniat illis, quae supra de vi boni monita sunt, sponte apparet. Oculis enim re-

---

11) Semel enim monendum, vocabula *σοφίαν*, *ἐπιστήμην*, *φρόνησιν* nullâ significatus differentiâ apud Platonem usurpari eiusque discriminis quod apud Aristotelem est (Eth. ad Nicom. VI, 3—13) vix ulla apud illum vestigia apparere. 12) Amplis Comicus ap. Diogen. L. III, 27: *τὸ δ' ἀγαθὸν ὅτι ποτ' ἐστὶν οὐ σὺ τυγχάνειν Μέλλεις διὰ ταύτην ἧττον οἶδα τοῦτ' ἐγώ. Ὦ δεσπότ' ἢ τὸ Πλάτωνος ἀγαθόν.* Cf. et Philem. ap. Stob. Serm. LV: *οἱ φιλόσοφοι ζητοῦσιν ὡς ἀκήκοα Τί ἐστιν ἀγαθὸν κοὐδὶ εἷς εὕρηκέ πω Τί ἐστιν· ἀρετὴν καὶ φρόνησίν φασι καὶ Πλέκουσι πάντα μᾶλλον ἢ τέ τἀγαθόν.* sic enim legendum vidit, quem miror neglectum a Meineckio, Brunck. ad Aristoph. Plut. 986. 13) Tim. p. 29. b. 14) Maxim. Tyr. Diss. X, 5: *πραγμάτων γὰρ ὑπ' ἀνθρωπίνης ἀσθενείας οὐ καθορωμένων σαφῶς εὐσχημονέστερος ἑρμηνεὺς ὁ μῦθος.* Macrob. ad Somn. Scip. I, 2: „Sed si quid de his assignare conantur, quae non sermonem tantummodo, sed cogitationem humanam superant, ad similitudines et exempla confugiunt; sic Plato, quum de *ταγαθῷ* loqui esset animatus, dicere quid sit non ausus est, hoc solum de eo sciens, quod sciri quale sit ab homine non posset; solum vero ei similem de visibilibus solem reperit et per eius similitudinem viam sermoni suo attollendi se ad non comprehendenda patefecit." Pari modo etiam de Legg. X, p. 897. d: *μὴ τοίνυν*, inquit, *ἐξ ἐναντίας οἷον εἰς ἥλιον ἀποβλέποντες ποιησώμεθα τὴν ἀπόκρισιν, ὡς νοῦν ποτὲ θνητοῖς ὄμμασιν ὀψόμενοί τε καὶ γνωσόμενοι ἱκανῶς· πρὸς δὲ εἰκόνα τοῦ ἐρωτωμένου βλέποντας ἀσφαλέστερον ὁρᾶν*: et Phaedr. p. 246. a: *οἷον μὲν ἔστι, πάντῃ πάντως θείας εἶναι καὶ μακρᾶς διηγήσεως. ᾧ δὲ ἔοικε, ἀνθρωπίνης τε καὶ ἐλάττονος.*

spondet mentis acies, rerum naturae visibili veritas in mundo intellectuali posita, cui cognoscendae mens humana et comparata est et destinata, quam tamen sine boni scientia neque cognoscere plane neque etiam si cognoverit, quidquam inde fructus percipere poterit; nisi enim noverit, cui bono adhibeat quemque in usum convertat, omnis sapientia torpebit et inutilis atque infructuosa quasi in angulo mentis abiecta iacebit. Bonum enim et utile apud Platonem idem [15]); modo ne aliud utile intelligatur, nisi quod ad veram felicitatem consequendam pertineat; licet enim utile dicatur vulgo quod ad quemlibet finem propositum conducat, ex Platonis tamen sententiâ, quum eandem omnes felicitatem appetant [16]), utile esse nisi vere bonum non potest. Longe tamen aliter haec a plerisque intellecta sunt; nam quum Plato, splendidissimis orationis luminibus imagine exornatâ, omni et mentis acie et veritatis substantiâ altiorem boni ideam praedicasset, non Christiani modo, qui *τὴν εἰρήνην τοῦ θεοῦ ὑπερέχουσαν πάντα νοῦν* in sacro codice legissent [17]), sed antiquiores quoque nihil nisi summum Deum significari tantâ praestantiae maiestate arbitrati sunt. Quorum agmen ducit Plutarchus, qui Deum ait solem velut effigiem sui in coelo posuisse [18]); sequuntur Numenius [19]), Appuleius [20]), Plotinus [21]), Macrobius [22]), Proclus [23]), alii, de quibus egregie disseruit M. Io. Ge. Arn. Oelrichs in Comm. de doctrina Platonis de Deo a Christianis et recentioribus Platonicis varie explicatâ et corrupta (Gottingae 1794. 8.); neque mirum Marsilium Ficinum, qui totus a recentioribus illis Platonicis penderet, Platonis auctoritate ductum peculiari libello comparationem solis eum Deo O. M. instituisse [24]); sed et nostrae memoriae viris, historiae philosophiae alioquin gnarissimis, idem placuit, ut huius quondam academiae decori Tennemanno [25]); nec Schleiermacherum ab hac opinione procul discedere arbitramur [26]); nuperrime autem Hen-

15) Meno p. 87. e; Hippol. mai. p. 296. e; Republ. II, p. 379. c; cf. Xenoph. Mem. Socr. III, 8. 7; IV, 6. 8. 16) Republ. IV, p. 438. a; Meno p. 77. c; Gorg. p. 468. e; Sympos. p. 205. a. 17) S. Paul. ad Phil. IV, 7. 18) Ad princ. inerud. c. 5: *οὐ γὰρ εἰκὸς τὸν θεὸν ἐν ὕλῃ ὑπάρχειν ἀναμεμιγμένον, ἀλλ' ἐν βάθροις ἁγίοις, ἧ, φησὶ Πλάτων, εὐθέα περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος, οἷον δὲ ἥλιον ἐν οὐρανῷ μίμημα τὸ περικαλλὲς αὐτοῦ δι' ἐσόπτρου εἴδωλον ἀναφαίνει κ. τ. λ.* 19) Ap. Euseb. Praep. Evang. XI, 22. p. 543. 20) Apol. de Magia T. II, p. 31: „Ac dein similiter suspecta Empedoclis *καθαρμοί*, Socratis Daemonion, Platonis *τὸ ἀγαθόν*.“ 21) Ennead. III, lib. VIII, c. 9 sqq. 22) Ad Somn. Scip. I, 2: „Ceterum quum ad summum et principem omnium Deum, qui apud Graecos *τἀγαθὸν*, qui *πρῶτον αἴτιον* nuncupatur, tractatus se audet attollere“ etc. 23) Theol. Platon. I, 15 et 23; Instit. Theolog. c. 113; coll. hymn. in Solem v. 34 (Brunck Anal. T. II, p. 442). Eodem pertinere videtur et in Comm. in Cratyl. c. 58: *οἶδεν καὶ τὸ ἀγαθὸν ἐπέκεινα τοῦ καλοῦ καὶ τὸν θεὸν ἐπέκεινα τῆς τῶν ἰδεῶν οὐσίας.* 24) V. eius Opp., Paris. 1641. Fol. T. I, p. 990. 25) Gesch. d. Philos. II, p. 885. 26) Cf. modo introd. ad Phileb. (P. II, Vol. 3) p. 134, ubi *mentem* eam,

ricus Ritterus [27]) adeo in eam incubuit, ut ipsum Deum ex Platonis sententiâ inter ideas referendum adeoque omnium summam habendum censeret [28]); quod quam temere sumtum sit, breviter pro huius loci angustiis demonstrare conabimur.

Et primum quidem Deum ipsum inter ideas referri a Platone non potuisse, vel inde sequitur, quia Deum intueri ideas ad earumque exemplum mundum creasse statuit [29]). Mittimus quod in libro Reipublicae decimo [30]) ipsas a Deo creatas esse ideas narrat; id enim a totâ ipsius doctrinâ, quam alibi proposuit, adeo alienum est, ut decimum illum librum longissimo temporis intervallo a reliquis disiunctum nec nisi sero additum esse iure nobis statuere videamur; sed etiam si aeternae sint ex ipsius sententiâ ideae, Deum tamen inter illas esse non sequitur, quae nec materiam quamvis et ipsam aeternam contineant. Neque ullum locum inveniri posse arbitramur, unde aliud esse *ideas* apparet nisi notiones menti propositas; *Dei* autem natura tantum abest ut in *notione* posita sit, ut tota potius *mentis* locum obtineat neque magis haberi idea possit, quam nostro loco sapientiam bonum ipsum haberi Plato concessit; quamvis enim arcte coniuncta diversa tamen esse oportet, quorum ea indoles est, ut alterum alteri subiectum sit, ut bonum sapientiae, menti divinae ideae. Quatuor enim rerum genera constituit Plato [31]): finem sive formam, infinitum, quam materiam dicere liceat, genitum ex utriusque coniunctione ortum, vim denique genitricem ab utroque separatam, quam mentem dicit tam divinam quam humanam; homo enim veluti parvus mundus atque eadem utriusque natura [32]), ita tantum ut divina mens pura sit neque ullis terrenorum elementorum perturbationibus inquinata [33]).

---

quam bono ipso inferiorem Plato dicit, humanam tantum intelligendam ait: „*denn die wahrhafte und göttliche Vernunft wird aus allem Streite über den Vorrang herausgehoben und als bekannt vorausgesetzt, dass sie allerdings im höchsten Sinne das Gute selbst sey*“ etc. 27) Gesch. d. Philos. T. II, p. 282—299. 28) Ibid. p. 275 sqq. 29) Tim. p. 28. a; 52. a; Parmen. p. 134. c; Phaedr. p. 247. d. 30) P. 597. 31) Phileb. p. 23. d—27. b: *πρῶτον μὲν τοίνυν ἄπειρον λέγω, δεύτερον δὲ πέρας, ἔπειτ' ἐκ τούτων τρίτον μικτὴν καὶ γεγενημένην οὐσίαν· τὴν δὲ τῆς μίξεως αἰτίαν καὶ γενέσεως τετάρτην λέγων ἆρα μὴ πλημμελοίην ἄν;* Nec repugnat Ausonius Idyll. XI, 45: *In physicis tria prima, deus, mundus, data forma;* mundo enim materiam quoque comprehendit. 32) Phileb. p. 29 et 30; Politic. p. 274. e; Tim. p. 41. c. Cf. Macrob. ad Somn. Scip. II, 12: „anima autem, qui verus homo est, ab omni conditione mortalitatis aliena est adeo, ut ad imitationem Dei mundum regentis regat et ipsa corpus, dum a se animatur; ideo physici mundum magnum hominem et hominem brevem mundum esse dixerunt.“ 33) Recte hoc vidit et Stallbaumius Prolegg. ad Phileb. p. LXXXVII sqq. qui tamen quod discrimen statuit inter *ideam boni* in mundo intelligibili positam, cuius solus Deus capax sit, et *summum bonum*, quod homini nato contingere possit, Platoni nullum esse potuit. Unum enim homini propositum est, ut quam proxime ad Deum accedat (Theaet. p. 172); quo licet nunquam totus perveniat, summus tamen, quousque pervenire liceat, gradus definiri omnino nec potest nec debet.

At mentis utriusque idem officium: ut veritatem in ideis propositam contempletur ad eiusque normam actiones suas dirigat; quod etsi multo perfectius divina quam humana mens facere possit, neutra tamen quidquam praeterea cum ideis commune habet. Nam hae primi generis sunt, unde fines quidem modusque rebus omnibus petitur, sed accedere debet, qui petat; nec, quamlibet verum sit neque mentem quidquam nisi propositis ideis efficere posse, neque ex ideis quidquam nisi mentis operâ fieri, ideo vel ideam boni eandem cum vi divinâ, vel mentem inter ideas esse sequitur. Longe diversa utriusque generis natura: illud immobile, negotiorum omnium curarumque expers, solâ essentiâ contentum [34]); huius vis omnis in sempiterno motu cernitur [35]), quem etsi a nullâ externâ vi accipiat, suapte tamen indole ad agendum compellitur; sintque licet causae rerum omnium in ideis positae, effectum tamen habere non possent, nisi miscendi generandique causa mens sive divina sive humana exstitisset. Quod igitur eam vim *τῇ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέᾳ* tribuit, ut omnia inde vitam atque vigorem accipiant, eamque cuiuslibet boni status causam ait [36]), non ita accipiendum est, ut ipsi quasi vis quaedam creatrix insit; quod si foret, nec philosopho opus esset, qui ad eius normam rempublicam constitueret vitamque humanam regeret; quod autem in republicâ philosophus, idem in mundo Deus, neque aliud Plato dicit, nisi ita tantum vel mundum a Deo vel rempublicam a philosopho bene constitui posse, ubi ab ideâ boni quasi formam atque exemplum operis repetant [37]). Idem enim in hanc quod in reliquas ideas cadit, ut illarum tantum accessione sive quo alio vocabulo uti in hac re oporteat [38]), singulis rebus suae cuique qualitates accedant; utque per albitudinem alba, per nigritiem nigra, ita bona quoque nonnisi per bonitatem fiunt [39]), neque aliter hanc *ἰδέαν τοῦ ἀγαθοῦ* accipiendam esse, inde apparet, quod et *ipsum bonum* appellat Plato et in mundo intellectuali collocat [40]), ubi solae ideae versantur, quoque ipsum coelestem imperatorem Iovem ascendendo demum pervenire in Phaedro legimus [41]). Quid

34) Tim. p. 28; Sympos. p. 211 etc. 35) Cf. de Legg. X, p. 894 sqq. Mens enim sine animâ esse non potest (Phileb. p. 30. c; Tim. p. 30. b), anima autem *ἀεικίνητος καὶ αὐτοκίνητος*, Phaedr. p. 245. c. 36) Rep. VII, p. 517. b: *ἐν τῷ γνωστῷ τελευταία ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα . . . ὡς ἄρα πᾶσι πάντων αὕτη ὀρθῶν τε καὶ καλῶν αἰτία.* Cf. et Phil. p. 64. c: *τί δῆτ' ἂν ἐν τῇ ξυμμίξει τιμιώτατον ἅμα καὶ μάλιστ' αἴτιον ἂν δόξειεν κ. τ. λ.* Cf. Stallb. p. LXXXV. 37) Rep. VII, l. c. . . *ἔν τε τῷ νοητῷ αὐτὴ κυρία ἀλήθειαν καὶ νοῦν παρασχομένη, καὶ ὅτι δεῖ ταύτην ἰδεῖν τὸν μέλλοντα ἐμφρόνως πρᾶξαι καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ:* cf. p. 534. b: *ὃς ἂν μὴ ἔχῃ διορίσασθαι τῷ λόγῳ ἀπὸ τῶν ἄλλων πάντων ἀφελὼν τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν . . . οὔτε αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν φήσεις εἰδέναι οὔτε ἄλλο ἀγαθὸν οὐδέν κ. τ. λ.* 38) Phaed. p. 100. d; Sophist. p. 247. a; 255. e; Republ. IV, p. 437. e; V, p. 478 sqq.; Parmen. p. 129. b; Hipp. mai. p. 289. d; Gorg. p. 498. d. 39) Cf. Van Heusde Init. Philos. Plat. II, 3. p. 43 sqq. et Aristot. Eth. Nic. I, 4. 3. 40) Republ. VII, p. 517. b; cf. Tim. p. 30. c. sqq. 41) P. 247. B:

quod Deus ipse ex genuinâ Platonis doctrinâ non aliter bonus esse potest, nisi per bonitatis sive ideae boni participationem [42])? quam ut facillime per diuturnam cum illis conversationem adipiscitur, ab ipsâ tamen bonitate non minus diversus est, quam homo magnus ab ipsa magnitudine, mens sapiens ab ipsâ sapientiâ, quilibet denique bonus ab ideâ boni, sitque licet certissimum, Deum esse sine benignitate non posse, quod identidem Plato asseverat [43]), tamen non magis cum ipsâ coalescit, quam cum vitae notione anima, etsi carere alteram alterâ non posse affirmet [44]). Quod igitur in loco primario [45]) ideo mundum creasse Deus apud Platonem fertur, quia bonus esset sibique similia quantum fieri posset omnia videre cuperet, hoc tantum significat, ab ideâ boni ipsum mundi creandi consilium aeque ac rationem repetiisse [46]); neque aliud est quod nostro loco ideam boni omni et sapientiae et veritati vim suam et efficaciam addere ait. Neque enim mentem accipit ab illâ Deus, qui ipse *mens* est, neque reliquae ideae, quarum coniunctione *veritas* continetur, sine boni ideâ disparuissent; sed neque mentis apud Deum neque idearum in mundo ullus usus fuisset, nisi boni ideâ proposità mens divina rectum idearum usum ad mundum faciendum accepisset; atque eadem philosophi ratio, qui nisi boni cognitionem adipiscatur, frustra sibi rerum omnium notitiam compararit. Haec igitur erit, quam *practicam ideam* recte dixerimus, quum reliquae omnes theoreticae tantum haberi possint; quae nisi esset, non modo a philosopho, sed ne ab uno quidem homine quidquam ageretur; neminem enim sua sponte quidquam mali facere notissimum est Platonis placitum [47]); bonum etiam si non attingunt omnes, omnes tamen expetunt eiusque desiderio ad quaslibet res agendas compelluntur, quare necesse est, ut omnes sibi eius notitiam quam accuratissimam comparent, eâque in re posita est similitudo illa Dei, quam omnium maxime homini propositam esse Plato docet [48]). Philosophus autem, si-

---

αἱ μὲν γὰρ ἀθάνατοι καλούμεναι ἔξω πορευθεῖσαι ἔστησαν ἐπὶ τῷ τοῦ οὐρανοῦ νώτῳ κ. τ. λ. 42) Neget hoc licet pro suâ totius doctrinae immutatione Proclus Instit. Theolog. c. 119, p. 174. ed. Creuz.: πᾶς θεὸς κατὰ τὴν ὑπερούσιον ἀγαθότητα ὑφέστηκε καί ἐστιν ἀγαθὸς οὔτε κατὰ μέθεξιν οὔτε κατὰ οὐσίαν. 43) Republ. II, p. 379. b; Legg. X, p. 900. d; Theaetet. p. 176. e; Phaedr. p. 247. a, Cf. Plut. non suav. vivi sec. Epicur. c. 23; Sallust. de mundo c. 14 etc. 44) Phaedon. p. 105 sqq. 45) Tim. p. 29. e sqq. 46) Egregie haec intellexit Seneca Epist. 65: „Haec omnia mundus quoque, ut ait Plato, habet: faciens hic Deus est; ex quo fit, haec materia est; forma hic est habitus et ordo mundi, quem videmus, exemplar scilicet, ad quod Deus hanc magnitudinem operis pulcherrimi fecit; propositum propter quod fecit — quaeris quid sit propositum Deo? Bonitas, ita certe Plato ait; quae Deo faciendi mundum causa fuit? bonus est, bono nulla cuiusquam boni invidia est; fecit itaque quam optimum potuit." 47) Cf. Protag. p. 345. d; 358. c; Republ. III, p. 413. a; Gorg. p. 468. d; 509. c; Meno p. 77. e; de Legg. VII, p. 731. c; IX. 860. d; cf. Davis. ad Max. Tyr. T. II, p. 153 Rsk. 48) Theaetet.

mul ad eam pervenerit, non magis quam ipse Deus scientiae suae fructum solus percipiet aliisque invidebit; sed ea ipsa erit causa, qua ductus ad rem publicam gerendam descendat, quod etsi Plato coactum tantum eum facere narrat, vix tamen alia vis intelligenda erit, quam *πείθω ἔμφρων*, qua Deum in subigendâ materiâ uti legimus; neque ipsum philosophum aliter ad summum destinationis suae fastigium pervenire posse, ipse Plato haud obscure significat [49]).

Quibus omnibus utique nihil amplius effectum est, quam ut liquido, ut speramus, appareat, quid idea boni ex Platonis sententiâ *non* fuerit; quamvis enim ideam practicam esse intelleximus, definitionem tamen boni etiam nunc desideramus; sed nefas videri possit amplius exquirere quod Plato nos nescire voluerit. Neque enim hoc tantum loco, sed etiam in Philebo, ubi datâ operâ de summo bono agit, nihil aliud praedicare de eo ausus est, nisi mixtum esse ex pulchritudine, congruentiâ et veritate, quâ de sententiâ post acutissimum eius libri interpretem agere nunc non libet [50]), desiderio nostro tam laxâ circumscriptione non satisfieri sponte patet. Facile tamen fieri posset, ut etiam si aperuisset sententiam suam, nudamque proposuisset, quam nunc dulcissimarum imaginum indumentis velavit, non magis plerisque Vestrum satisfaceret; quod et aequalibus eius accidisse accepimus. Ne enim ipsum fortasse philosophum incertum haesisse de boni natura existimetis, in scholis ille suis, ubi multo altius ipsum philosophiae fundamenta iecisse ex *ἀγράφοις δόγμασιν* eius, ut vocantur, quae ab Aristotele aliisque nobis ex familiari ipsius disciplinâ servata sunt, intelligimus [51]), clare et aperte sententiam de bono pronuntiavit [52]), sed ita, ut quum multi ad cognoscendam boni naturam convenissent, multorum opiniones falleret, qui quum aliquid eorum, quae vulgo bona habentur, audituros se exspectassent, non sine summâ admiratione *Unum* esse bonum acceperunt. Quod tamen quam egregie reliquis eius placitis convenerit, fusius exponere nunc non licet; unius omnium notissimi commonuisse sufficiat, quo bonam cuiuslibet rei conditionem in ordine quodam et concentu cerni docet [53]), qui quum nihil aliud sit nisi unitas va-

---

p. 176. a; cf. Wyttenb. ad Plut. S. N. V. p. 27; Creuzer. ad Plotin. de Pulchrit. p. 289. 49) Rep. VI, p. 497. a: *οὐδέ γε τὰ μέγιστα, μὴ τυχὼν πόλεως προσηκούσης, ἐν γὰρ προσηκούσῃ αὐτός τε μᾶλλον αὐξήσεται καὶ μετὰ τῶν ἰδίων τὰ κοινὰ σώσει*: cf. VII, p. 519 et 520. 50) Cf. Phileb. p. 64. e, et Stallbaum. Prolegg. p. XCI sqq. 51) Cf. omnino Brandis de perd. Aristot. libris de ideis et de bono, Bonnae 1823; Trendelenburg, Platonis de ideis et numeris doctrina. Lips. 1826.; Ritter Gesch. d. Philos. II, p. 169. 52) Cf. Aristoxen. Harmon. l. II. p. 30 ed. Meibom.: *καθάπερ Ἀριστοτέλης ἀεὶ διηγεῖτο τοὺς πλείστους τῶν ἀκουσάντων παρὰ Πλάτωνος τὴν περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἀκρόασιν παθεῖν, προσιέναι μὲν γὰρ ἕκαστον ὑπολαμβάνοντα λήψεσθαί τι τῶν νομιζομένων ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν . . ὅτε δὲ φανείησαν οἱ λόγοι περὶ μαθημάτων καὶ ἀριθμῶν . . . καὶ τὸ πέρας ὅτι ἀγαθόν ἐστιν ἕν, παντελῶς οἶμαι παράδοξόν τι ἐφαίνετο αὐτοῖς κ. τ. λ.* 53) Gorg. p. 504 sqq.

rietatem regens atque disponens, boni fontem in *uno* positum esse manifesto sequitur; quapropter et mundum unum esse perhibet [54]) et rempublicam quam maxime unam esse vult [55]): quod autem in *ἀγράφοις δόγμασι* ipsas ideas ex Uno et *ἀορίστῳ δυάδι* procreatas esse docuit [56]), sublimi illi loco, quem boni ideae assignavit, adeo respondet, ut dubitari de illâ eius sententiâ non possit. Neque enim ut cognoscantur tantum a mente, reliquis ideis tribuere Bonum ait, sed ut sint etiam totamque essentiam ipsi acceptam referant; ipsius autem vim maiestatemque vel ultra essentiam positam esse, quod non mirabuntur, qui Parmenidem legerint, ubi aperte Unum ab essentiâ distinguit [57]). Solum enim illud est, quod etiam si non sit, cogitatione tamen assequi liceat, utpote cogitationum omnium formam; reliquarum idearum ea est natura, ut nisi coniunctis *unâ* sub specie multis [58]) cogitari nequeant; quae licet ipsae rerum omnium formae sint, formam tamen ipsam ab Uno repetere debent, unde apparet, quum secundum Platonem omnis essentia veritasque in formis (*εἴδεσι*) posita sit, veritatis essentiaeque omnis fontem atque originem in Uno contineri. Verum haec omnia ad intellectualis tantum mundi rationes spectant; nostrum hunc, qui sensibus percipiatur, ad mentis vim creatricem referendum esse satis supra demonstratum est; hanc vero discipulum ipsius Speusippum non minus ab Uno quam a Bonitate distinxisse legimus [59]); neque recentiores Platonicos hoc discrimen fugit, qui non Unum sed Mentem (*νοῦν δημιουργὸν*) mundum creasse cum Platone statuebant; sed quum nihilominus sub Unius et Boni specie supremum numen intelligendum censerent, expedire se aliter non potuerunt, nisi ut utrumque Deum sibi fingerent Mentemque creatricem supremi Dei progeniem facerent [60]). Nimirum huic quoque errori noster locus ansam dedit; ubi quum *τῇ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέᾳ* filium quendam tribui viderent, non solem, quem diserte Plato significat, sed mentem intellexerunt indeque, adiunctis supposititiorum quorundam librorum verbis obscurissimis [61]),

---

54) Tim. p. 31. a. 55) Republ. IV, p. 423. d; Legg. V, p. 739. d; VIII, p. 828. e. 56) Aristot. Metaphys. I, 6; cf. Trendelenburg l. l. p. 47 sqq. qui recte etiam intellexit (p. 97) Aristotelis verba Metaphys. XIV. 4, p. 301 Brand. Platonem spectare: *τῶν δὲ τὰς ἀκινήτους οὐσίας εἶναι λεγόντων οἱ μέν φασιν αὐτὸ τὸ ἓν τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι.* 57) P. 141. b: *οὐκοῦν καὶ ἡ οὐσία τοῦ ἑνὸς εἴη ἄν, οὐ ταὐτὸν οὖσα τῷ ἑνί*; cf. 155. e. 58) Phaedr. p. 259. b: *δεῖ γὰρ ἄνθρωπον ξυνιέναι κατ' εἶδος λεγόμενον ἐκ πολλῶν ἰὸν αἰσθήσεων εἰς ἓν λογισμῷ ξυναιρούμενον*: cf. Sympos. p. 210. b; de Legg. XII, p. 965. c etc. 59) Stob. Eclog. Phys. I, 3. p. 58 Heer.: *Σπεύσιππος τὸν νοῦν οὔτε τῷ ἑνὶ οὔτε τῷ ἀγαθῷ τὸν αὐτὸν, ἰδιοφυῆ δέ.* 60) Cyrill. c. Iulian. I, p. 32. C Spanh.: *φησὶ γὰρ ὁ Πορφύριος ἐν τετάρτῳ βιβλίῳ φιλοσόφου ἱστορίας ὡς εἰπόντος Πλάτωνος περὶ τοῦ ἀγαθοῦ οὕτως· ἀπὸ δὲ τούτου τρόπον τινὰ ἀνθρώποις ἀνεπινόητον νοῦν γενέσθαι τε ὅλον καὶ καθ' ἑαυτὸν ὑφεστῶτα, ἐν ᾧ δὴ τὰ ὄντως ὄντα καὶ ἡ πᾶσα οὐσία τῶν ὄντων.* Cf. Plotin. Ennead. V, lib. 1. c. 8; Macrob. ad Somn. Scip. I, 14 etc. ap. Oelrichs l. c. 61) Epinom. p. 986. e; Epist. II, p. 313. e, et inpr. VI, p. 323. d: *τὸν τῶν πάν-*

doctrinam illam procuderunt, quam Christianorum Trinitati haud absimilem illorum temporum ingenio quam maxime convenisse constat [62]); Platonis tamen longe aliam sententiam fuisse, licet et nostrâ aetate nonnullis viris doctis secus visum sit [63]), satis nos supra docuisse arbitramur et alii quoque loci praeter nostrum docent [64]). Et primum quidem manifestus est lusus in vocabulo τόκος, quod et filium significat et usuram [65]): debere se amicis boni enarrationem fatetur, impetrat tamen, ut nunc pro capite usuram tantum solvat, ipsum nomen alio tempore expediat; quo quidem ioci genere aliis quoque locis utitur [66]). Verum etiam si concedimus, primariam vim inesse in significatione filii, hanc tamen ipsam similitudinem tantum spectare ostendunt verba: *τὸν τοῦ ἀγαθοῦ ἔκγονον, ὃν τἀγαθὸν ἐγέννησεν ἀνάλογον ἑαυτῷ*, neque magis probat vim ideae genitricem, quam in Philebo, ubi *γένεσις* dicitur formae et materiae *ἔκγονον* [67]), causa licet originis statim in mente potius ponatur. Solem autem, non mentem, intelligendum esse Boni filium, tam clare Plato eloquitur, ut contraria opinio vix explicationem habeat; nisi forte ipsum solem inter causas rerum retulerunt. Neque enim modo Deum hunc appellat Plato, sed etiam originem atque incrementa rebus omnibus dare docet [68]); longe tamen haec aliter ac de mente intelligenda sunt. Omnia enim sidera ex communi opinione Deorum in numero censentur [69]) neque hoc soli peculiare; quos autem effectus viribus eius tribuit, naturales esse apparet, non divinos, adque illud causarum genus referendos, quas adiutrices (*συναίτια*) Plato dicit quasque vel eam ob causam, quia visu percipiantur, mente et ratione propriâ uti negat [70]); unde hoc certe sensu, quo nunc solis exemplum usurpari videmus, nihil illi cum mente commune esse patet.

των θεῶν ἡγεμόνα τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα κύριον, quae a Christiano interpolatore profecta esse merito iudicat Boeckh. Trag. gr. princ. p. 163. 62) Cf. et Overbeck, praes. Glaesenero, diss. de Trinitate in scriptis Cabbalistarum et Rabbinorum non Christiana sed mere Platonica (Helmst. 1741) p. 34 sq. 63) Ut Bardilio in Füllebornii Beitr. zur Gesch. d Philos. T. IX, p. 45 sqq. et ipsi Oelrichsio l. c. p. 15. 64) Cf. modo VII, p. 517. c: *ἐν δὲ ὁρατῷ φῶς καὶ τὸν τούτου κύριον τεκοῦσα* etc. 65) Aristot. Politic. I, 3. 13: *ὁ δὲ τόκος ποιεῖ πλέον τὸ νόμισμα· ὅθεν καὶ τοὔνομα τοῦτο εἴληφεν· ὅμοια γὰρ τὰ τικτόμενα τοῖς γεννῶσιν αὐτά ἐστι· ὁ δὲ τόκος γίγνεται νόμισμα νομίσματος*: cf. Aristoph. Thesmoph. v. 851. 66) Politic. p. 267. a: *καλῶς καὶ καθαπερεὶ χρέως ἀποδέδωκάς μοι τὸν λόγον, προσθεὶς τὴν ἐκτροπὴν οἷον τόκον.* 67) P. 26. d. 68) P. 509. b: *τὸν ἥλιον τοῖς ὁρωμένοις οὐ μόνον, οἶμαι, τὴν τοῦ ὁρᾶσθαι δύναμιν παρέχειν φήσεις, ἀλλὰ καὶ τὴν γένεσιν καὶ αὔξην καὶ τροφήν*: cf. Aristot. de Anima III, 5: *τρόπον γάρ τινα καὶ τὸ φῶς ποιεῖ τὰ δυνάμει ὄντα χρώματα ἐνεργείᾳ χρώματα.* 69) Tim. p. 40. a; Legg. X, p. 899. b; Epinom. p. 981. e; cf. Plauti Rudens Prol. v. 7; Ovid. Metamorph. I, 71; Seneca de Beneff. IV, 23; Plutarch. adv. Stoicos c. 31; Macrob. ad Somn. Scip. I, 14; Diogen. L. VIII, 27, et alia in Creuzeri Melett. I, p. 43. 70) Tim. p. 46. d, coll. Phaed. p. 99. a.

Et haec quidem pro tempore sufficiant, Commilitones Humanissimi; iam enim finis imponendus est praefationi, qua si hoc saltem effecerimus, ut, summo philosopho auctore, ita tantum ex variâ doctrinâ literarumque cognitione verum fructum percipi posse intelligatis, ubi ad *Boni* normam omnia Vestra studia composueritis, bene auspicatum semestri, quod instat, arbitramur.

P. P. Marburgi a. d. V. Idus Sept. MDCCCXXXII.

Erklärung einiger Stellen in Sophocles.

Oedipus Tyr. 488. ὀπίσω wird hier von Hermann und Elmslei, denen Passow in seinem Lexikon beistimmt, auf die Zukunft bezogen. Wie ist diess aber bei unbefangener Betrachtung des Zusammenhanges irgend möglich? Indem Sophocles unmittelbar nach οὔτ' ἐνθάδ' ὁρῶν, οὔτ' ὀπίσω fortfährt: τί γὰρ — νεῖκος ἔκειτ' οὔτε πάροιθέν ποτ' ἔγωγ' οὔτε τανῦν πω ἔμαθον gibt er ja selbst auf eine unverkennbare Weise in diesen letzten Ausdrücken eine Erklärung der erstern, da der Satz τί γὰρ etc. nur eine weitere Erläuterung des οὔτ' ἐνθάδ' ὁρῶν etc. ist. Wenn auch alle andere Beweise, dass ὀπίσω auch auf die Vergangenheit sich bezieht, fehlten, so schiene mir diese einzige Stelle Beweis genug zu seyn. — Warum sollte aber diese Bedeutung von ὀπίσω unverträglich mit seiner Beziehung auf die Zukunft seyn, da es ja an Beispielen einer solchen doppelten Beziehung eines Zeitadverbs auch im Lat. und Deutschen nicht fehlt, und da schon die räumliche Bedeutung des ὀπίσω „hinterwärts" eine ähnliche Bedeutung desselben als einer Zeitpartikel wahrscheinlich macht? Was die Homerischen Stellen betrifft, so lässt sich bei ihnen aus dem Zusammenhange freilich wenig für die eine oder andre Bedeutung abnehmen, doch das ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω an sich betrachtet, „zugleich vorwärts und rückwärts" wie sollte es nicht am natürlichsten auf Zukunft und *Vergangenheit* bezogen werden, da das ἅμα doch wohl etwas *Verschiedenes* vereinigen soll, die darin gefundene Scheidung der Zukunft in die nächst zukünftige, und die darüber hinaus liegende aber πρόσσω und ὀπίσσω nicht als Verschiedenartiges bezeichnet. Beruft man sich für diese Theilung der Zukunft auf Soph. Antig. 611., so ist dagegen zu bemerken, dass die Erklärung dieser Stelle keineswegs so sicher gestellt ist, dass man aus ihr jenen Beweis hernehmen dürfte.

Oed. Col. 228. οὐδενὶ μοιριδία τίσις ἔρχεται etc. Sollte diese Stelle nicht am passendsten so gefasst werden: Keinen trifft Vergeltung vom Schicksal, zu büssen (inf. epexeg.) für das, was er

zuvor gelitten hat, d. h. wir verweisen dich nicht wegen dessen, was du zuvor gelitten hast. Wird aber neben anderen Betrug neuer Betrug gestellt, (kommt zu früherem Betrug neuer, dessen du eben jetzt dich gegen uns schuldig gemacht hast, so gibt (verschafft) er dagegen Leid nicht Freude. So erklärt sich die erste Sentenz *οὐδενί* etc. ganz ungezwungen, *τίνειν* behält seine eigentliche Bedeutung und an die negative Sentenz reiht sich entsprechend die positive: *ἀπάτα δὲ* etc. Auch *ἔχειν* erscheint bei dieser Erklärung minder müssig, als bei jener: Betrug für Betrug vergilt mit Leid nicht mit Freude.

Oed. Col. 1217 sqq. Hermanns Erklärung dieser Stelle dürfte nicht durchaus befriedigen. Die Erklärung von *ἐπίκουρος* durch *Παιάν*, vitae malis medelam afferens, scheint zu dem Zusammenhang nicht wohl zu passen. Gleich das folgende: *ὅτε Μοῖρ' ἀνυμέναιος, ἄλυρος, ἄχορος* hebt das Freudlose des letzten Schicksals heraus; wie lässt es sich nun denken, dass kurz zuvor der Tod als Wohlthäter dargestellt wurde? Dann stösst man sich an dem gehaltlosen *ἰσοτέλεστός ἐστιν Ἀΐδος*, aeque interitum adducit atque Hades, und endlich ist, wenn der Sinn so aufgefasst wird: non videas quae oblectent, quum quis in nimiam vivendi cupiditatem incidit, sed opifera postremo mors aeque intentum adducit, quam Parca sine hymenaeis, sine lyra, sine choreis apparet, die Beziehung des letzten Gedankens auf den ersten nicht klar genug. Würde nicht, *ὁ δ' ἐπίκουρος* als Verbesserung angenommen, *ἐπίκουρος* besser zu *Ἀΐδος* bezogen, des Hades Verbündeter, *ἰσοτέλεστος* aber allein als Prädikat gefasst und zwar in activem Sinn (für welchen Gebrauch dieser Adjektivformen man ausser den Belegen, die Blomfield zu Aesch. Prom. 953. Pers. 108. angeführt hat, Soph. Ant. 394. *ἀπώμοτος*, O. T. 762. *ἄποπτος*, 885. *ἀφόβητος*, 969. *ἄψαυστος* anführen kann) „der Tod, der aller Leben gleich endet, das Leben dessen, der etwas voraus haben will so gut als das Leben der übrigen *)" und würde nicht endlich dieser Satz am besten noch als von *ὅταν* regiert betrachtet? demnach würde ich den Zusammenhang des ganzen Chorgesanges so auffassen zu müssen glauben:

Die Strophe führt den Gedanken: Thöricht handelt, wer sich längeres Leben wünscht; die Gegenstrophe stellt das Leben selbst als Unglück dar, am meisten das Greisenalter; der Schlussgesang bezieht diess auf Oedipus. Die Strophe führt nun ihren Gedanken so aus: vieles wandelt langes Leben in Schmerz um, und Erfreuendes möchtest du da nicht finden, wo jemand auf das mehr haben wollen verfallen ist, und doch zuletzt, wann freudlos die

*) *ἐς πλέον πέσῃ τοῦ θέλοντος* scheint mir jedenfalls bei seiner Zurückbeziehung auf *ὅστις τοῦ πλέονος μέρους χρῄζει* nicht blos den intensiven Grad des Wunsches, sondern das Verlangen eines grösseren Antheils bezeichnen zu müssen.

Parce erscheint, des Hades Genosse, der Tod aller Leben gleich endet; d. h. bei solchem Wunsch und der Gewissheit des allen gleich unvermeidlich drohenden Looses wird die Seele jedes Lebensgenusses unfähig.

Dürfte man indessen annehmen, dass der Tod κοῦρος Ἄϊδος genannt wurde, so möchte diess vorzuziehen seyn, sofern sich die Lesart κόρος daraus am leichtesten erklären liesse. Ἐπι, von ὅταν abhängig, wäre dann Prädikat = instat; zu κοῦρος wäre ἰσοτέλεστος Apposition in der oben erwähnten Bedeutung.

Im Epodos möchte ich nicht die Ortsbestimmungen in Zeitangaben übertragen, so dass „er wird von allen Seiten, vom Untergang der Sonne und ihrem Aufgange her bestürmt nur hiesse: seine Leiden drängen zu allen Tageszeiten auf ihn ein. Vielmehr glaube ich, dass sich diese Worte des Chors auf die aus verschiedenen Richtungen kommenden Versuche des Kreon und Polynices beziehen.

Antig. 125. ἀντιπάλῳ δράκοντι scheint am besten auf ἐτάθη bezogen und der Dativ beim Passiv wie gewöhnlich = ὑπό c. Gen. aufgefasst zu werden.

Antig. 335. Da durch das Vorausgehende der Mensch als δεινόν τι bezeichnet wird, so scheint mir das Natürlichste zu τοῦτο zu suppliren: τὸ δεινόν. Gewissermassen hat demnach der Scholiast Recht, der τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων supplirt.

Antig. 369. Will man παρείρων als ächte Lesart gelten lassen, so möchte ich dieses Wort doch nicht durch die ihm sonst zukommende Bedeutung inserere, sondern lieber ganz etymologisch durch „anreihend, nebenanknüpfend, mitverbindend" erklären. Das Recht, ein Wort auch gegen den gewöhnlichen Gebrauch nach seinem etymologischen Sinn zu gebrauchen, bleibt jedem Schriftsteller unbenommen.

Antig. 582 — 630. Der Gedankengang dieses Chors scheint mir folgender: die erste Strophe führt, nachdem sie das allgemeine Thema vorangestellt „glücklich, wessen Lebenszeit nichts von Uebeln weiss", den Gedanken aus „wo einmal auf einem Geschlecht der Zorn der Götter ruht, da stürmt nimmer rastend das Unglück fort" welchen Gedanken die Gegenstrophe auf das Haus des Labdakus anwendet. Wie sich die erste Strophe und Gegenstrophe auf das Haus des Oedipus bezog, so das folgende auf das Haus Kreons; und wenn in der ersten Strophe und Gegenstrophe nur davon gesprochen ward, dass das Unglück rastlos das Geschlecht verfolge, das einmal von dem Zorn der Götter heimgesucht sei, so liegt der zweiten Str. und G. Str. passend die steigernde Idee zu Grunde, dass nie und nirgends das Leben der Sterblichen von Unglück frei sei: der Schluss des Chors enthält die Anwendung des der zweiten Str. und G. Str. zu Grund liegenden Gedankens auf Hämon. Nach dieser Darlegung des Gedankengangs scheint mir auch die Erklärung der zweiten Strophe, die 611 —

614. einige Schwierigkeit darbietet, so wie der Gegenstrophe mit ziemlicher Sicherheit festgestellt werden zu können. Ich glaube, dass man lesen und interpungiren muss:

τὸ τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον
καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει.
νόμος ὅδ' οὐδὲν ἕρπει
θνατῶν βιότῳ πάμπολις ἐκτὸς ἄτας.

Zum Behuf der richtigen Interpunction und Auffassung der ganzen Stelle scheint mir am besten von der Frage ausgegangen zu werden, worauf sich νόμος ὅδε beziehe, von welchem einerseits in Beziehung auf Zeus gesagt wurde, ἐπαρκέσει — andrerseits in Bezug auf die Menschen, er nahe ihnen nicht ohne Unheil. Interpungirt man mit Hermann nach νόμος ὅδ', so wüsste ich nicht, worauf diese Worte bezogen werden könnten, so dass sie einen in den Gedankengang des Ganzen sich schicklich einfügenden Sinn gäben. Das scheint mir für die Interpunction nach ἐπαρκέσει entscheiden zu müssen, wo dann νόμος ὅδ' in der Bedeutung „Ordnung, Gesetz, Gang der Zeit" auf τὸ ἔπειτα, τὸ μέλλον, τὸ πρίν zurückweist. Wenn in dieser dreifachen Zeitangabe auch die Gegenwart angegeben, und nicht ἔπειτα und μέλλον beides Beziehung der Zukunft seyn sollten, ohne dass aber darum in μέλλον gerade der Begriff einer weiter hinausliegenden Zukunft enthalten wäre, so würde ich den Begriff des μέλλον, des Bevorstehenden, dem Begriff der Gegenwart noch am meisten verwandt glauben. Unter den verschiedenen Lesarten, die in den folgenden Worten vorliegen, scheinen mir die gewöhnlichen οὐδὲν ἕρπει und πάμπολις die passendsten. Obgleich die Elision des ι in οὐδεν' unbedenklich angenommen werden dürfte, da bei den vielfachen Beziehungen, in welchen die Sprache der Tragiker zu Homer steht, einzelne Anwendung dieser Freiheit nicht befremden kann, und θανόντ' in Oed. Col. 1436 kaum für etwas anderes denn für den Dativ betrachtet werden kann, so scheint sich mir doch die Lesart οὐδὲν für den Sinn besser zu empfehlen. Für ἕρπει sprechen mit Ausnahme des Schol. alle Autoritäten; πάμπολυς ist nicht nur von diesem verlassen, sondern es ist mir selbst nicht wahrscheinlich, dass wäre diess ursprüngliche Lesart gewesen, sie in πάμπολις hätte verwandelt werden sollen. Ich übersetze nun diese Stelle so: Ihm (dem Zeus) ist, was künftig ist und was bevorsteht und was vordem war, erfreulich (nützlich). — Nimmer (in keiner Hinsicht, d. i. niemals) naht diese Ordnung (der Zeit) in allen Staaten (unter allen Menschen, wie das Schol. erklärt) dem Leben der Sterblichen ohne Unheil. — So erhält νόμος seine deutliche Beziehung, ἕρπει „naht unvermerkt" ist ein ganz passendes Prädikat dafür und kommt in ähnlichem Sinn einige Verse später vor. Wie οὐδέν in dieser Verbindung ausspricht, dass die Ordnung, das Gesetz der Zeiten in keiner Hinsicht, *niemals* frei von Unheil für den Sterblichen sei, so liegt in πάμπολις, dass sie *überall* nicht ohne Unglück

sei. Die im Schluss der Strophe enthaltene Sentenz findet ihre Bestätigung und ihren Wiederklang im Schluss der Gegenstrophe, der so sichtbar auf den der Strophe hinweist: *πράσσει δ' ὀλιγοστὸν χρόνον ἐκτὸς ἄτας*, und eben diese wörtliche Beziehung rechtfertigt hinwiederum die Erklärung von *νόμος ὅδ' οὐδέν*, die mit dem *ὀλιγόστον χρόνον* zusammenfällt. — Wie endlich diese Schlussworte der zweiten Strophe sich passend in den Zusammenhang einfügen, und der Anfang der Gegenstrophe sich daran reiht, wird eine Darlegung des in der zweiten Str. und G. Str. liegenden Gedankengangs zeigen.

Deine Macht, o Zeus, wessen Frevel könnte sie hemmen, sie, die nimmer der alles ermattende Schlaf bewältigt, nie die rastlos umkreisenden Worte? unalternd im Gange der Zeit bewohnst als Herrscher du des Olympus strahlenden Lichtglanz; was künftig ist und was bevorsteht und was sonst war, beseeligt dich.— Nimmer naht durch alle Staaten hin diess Gesetz der Zeiten dem Leben der Sterblichen, sondern Unheil, denn die weitschweifende Hoffnung, sie ist zwar vielen erfreuend, doch vielen Täuschung leichtgesinnter Wünsche (d. i. wenn auch die Hoffnung, indem sie Frohes verheisst, mit jener Wahrheit, dass dem Sterblichen jede Zeit Unheil bringe, zu streiten scheint, so ist doch sie eben oft nur Täuschung) und sie (die Täuschung, d. i. die Zeit, da er seine Hoffnung getäuscht sieht) naht herbei, ohne dass der Mensch es früher ahnt, als ihn das Unglück ereilt hat. Denn mit Weisheit ist jener Ausspruch gethan, das Schlimme scheine trefflich dem, dessen Sinn ein Gott zum Unheil führe; ja die kleinste Zeit lebt er ohne Unheil. Auch Hämon hier, deiner Kinder jüngst Erzeugter, kommt er trauernd um Antigones Loos, der verlobten Braut? in Betrübniss um der Ehe getäuschte Hoffnung?

Nach Inhalt und Lebensansicht ist mit diesem Chor zu vergleichen der im Oed. Col. 1211 — 1248.

Antig. 677. *κοσμουμένοις* ist ohne Zweifel mit dem kurz vorhergehenden *ὀρθουμένων* gleichbedeutend zu nehmen, wie es auch ein Schol. durch *τοῖς κοσμίως ἀρχομένοις* erklärt. Den Sinn ist: so (nämlich durch Gehorsam gegen den Gebieter) müssen die Geordneten sich schützen (denn, wie es im Vorhergehenden geheissen hatte, nur Gehorsam schützt und rettet) nimmer mehr aber einem Weibe unterliegen (was beim Ungehorsam geschehen würde). *'Αμυντέ'* kann nicht heissen, den Gebieter vertheidigen, da es Gegensatz zu *ἡσσητέα* ist, und da das Vorausgehende von dem Schutz spricht, den Gehorsam dem Gehorchenden gewährt, sondern es ist vom Med. abgeleitet.

Antig. 1284. *δυσκάθαρτος* wird der Hades genannt, weil er den an Polyneikes Leiche begangenen Frevel, obwohl ihn Kreon bereits zu sühnen gesucht hatte, doch noch so schwer an diesem rächte.

Bäumlein in Biberach.

Pindars Olympischer Gesänge

Dritte Ode.

Dem Theron, dem Akragantiner zu den Theoxenien.

Strophe 1.

Tyndarus Söhnen, den gastlichen, möcht ich gefallen,
Helenen auch, die die glänzende Locke umwallt,
Wenn ich die Akragas preise, die hochberühmte,
Wenn ich Theron, den Sieger Olympias, preise,
Der unermüdbaren Ross' hehrblühenden Schmuck.
Denn so stand die Muse mir bei, als ich auffand
Neuer Weise Gesang, um im Dorer Rhythmus
Wohllautönender Klänge den Hymnus zu flechten,

Gegenstrophe 1.

Der das Gastmahl erfreut: weil der ehrende Kranz
Herrlich errungenen Siegs in das Haar geflochten
Solcherlei Schuld als Götterbelohnung fordert,
Dass ich der Phorminx tausendfach lieblichen Klang
Flötengetön und der preisenden Hymnen Gesänge
Aenesidemus Sohne voll Anmuth mische,
Ja auch Pisa mich ruft zum Preise, von wannen
Götter gleicher Gesang zu Menschen ertönt,

Epode 1.

Denen nach des Heracles frühem Befehle
Als des Griechen Kampfs unbestochener Richter
Der Aetolier flicht hoch über der Braun
Um das Haar der Olive goldenen Schmuck,
Die von des Isters schattigen Strömungen einst
Brachte zurück der Amphitruon-Erzeugte,
Der Olympischen Kämpfe gepriesenes Denkmahl.

Strophe 2.

Als er friedlich bewog der Hyperboreer
Volk, das Apollos Verehrung vor allen geweiht war,
Bat er redlichen Herzens und Sinnes für den gastlichen
Hain des Zeus der Pflanzung schattender Wuchs,
Und für alle der Tugend ehrenden Kranz.
Denn schon strahlte, seitdem er geweiht dem Vater
Dort den Opferaltar in der Mitte des goldenen Laufs,
Ihm des Abends Selene's Aug' im leuchtenden Glanz.

Gegenstrophe 2.

Und der mächtigen Kämpfe heiligen Ausspruch
Im umlaufenden Lustrum hat er geordnet
An des göttlichen Alpheus jähem Gestade;
Aber es sprosste noch nicht mit herrlicher Pflanzung
Pelops Bereich in dem Thale des Kronos,
Und ihm dünkte des Helios treffender Pfeil
Zu vertilgen des Gartens keimenden Wuchs,
Und so trieb ihn der Geist und das Herz zu eilen

Epode 2.

Hin zum Isterland, wo die Rosse bezähmende
Lätos Tochter herab von Arkadias Höhen
Und aus klüftigen Bergen den Kommenden aufnahm,
Als vom Vater ihn zwang das Geschick zu erfüllen
Des Eurystheus Gebot, im Laufe die Hindinn
Mit dem goldnen Geweihe zu fangen, die einst
Die Taygeta weihte der Lätogebornen.

Strophe 3.

Diese verfolgend erschaut' er jenes Gefild
Ueber des eisigen Boreas tosenden Wehn.
Staunend stand er dort und schaute die Waldung;
Liebliche Lust ihn drängt aus ihr zu pflanzen
Um das Ziel vom zwölffachen Laufe der Rosse
Muthig umkreiset. Noch jetzt er eilet zum Feste
Dort hin hold mit den beiden göttergleichen
Söhnen der tief umgürteten Leda.

Gegenstrophe 3.

Als er auf zum Olympus entstieg, vertraut' er
Ihnen die Sorge des herrlichen Kampfs um der Helden
Tugenden und der geflügelten Wagen ringenden Lauf.
Aber mich spornt das Herz, es laut zu verkünden,
Wie des Emmenides Spross und dem Theron Ruhm kam
Durch das reisige Paar, die Tyndariden,
Weil durch freundliches Mahl bei den Sterblichen
Jene sie ehren, so oft als keiner je schon,

Epode 3.

Frommen Sinnes bewahrend der Seligen Feste.
Doch wenn des Wassers Preis vorragt und des Goldes
Glanz hellschimmernd die Güter der Erd' überstrahlt;
Theron erreichte der Tugenden äussersten Gipfel,
Ringend selbst zu Heracles letzten Säulen.
Weiter vermag nicht zu gehen der Weise, der Thor nicht,
Ich nicht ringe darnach, denn ein Eitler wär' ich.

Vierter Gesang.
Dem Kamerinäer Phaumis mit den Rossen.

Strophe.

Höcherhabner Zeus, du Schwinger des Blitzes,
Der unermüdlichen Fusses dahin eilt,
Deiner gefeierten Horen erneueter Kreislauf
Unter der Phorminx tönendem Preisgesange
Rief zum Zeugen mich auf der erhabenen Kämpfe.
Wenn den geliebten Freund erhabnes Glück krönt,
Jauchzet der herrlichen Kunde der Edelgesinnte.
Doch o Kronide, des feurigen Aetna's Beherrscher,
Der von Stürmen umtosenden Last des Typhoeus,
Der ein Greul mit hunderten drohte der Arme,
O nimm auf mit der Huld der lieblichen Charis
Jetzt den festlichen Zug der Olympia Sieger.

Gegenstrophe.

Zeit über dauerndes Licht hochherziger Tugenden,
Siehe er naht auf Phaumis reisigem Zeuge,
Der mit dem Oehlzweig, in Pisa gepflückt, bekränzt
Herrlichen Ruhm sich beeilt Kamerina zu wecken.
Huldvoll nah' ihm ein Gott, was er auch ersehne.
Seiner Bemühung der Zucht der Rosse gespendet
Tönt mein Lied, wie dem gastlichen Sinne, der jeden
Fröhlich empfängt und den Städte erhaltenden Frieden
Wärmend im Busen pflegt, für das Edle erglühend.
Nicht dem täuschenden Trug ist der Preis entlehnt,
Weil doch der Sterblichen Inneres Erfahrung erprobt,

Epode.

Die des Klimenus Sohn von entehrender Schmach einst
Lemnischer Frauen so herrlich gelöset.
In der ehernen Rüstung vollbrachte der Sieger
Rühmlich den Lauf, und genaht der Krone des Kampfes
Sprach er zu Hypsipyleia: so schau mich im Wettlauf,
Gleich stark ist noch das Herz und die Hände, es spriesset
Häufig aus jüngerem Haupte des Alters Zeichen,
Silber, in Tagen, an denen es nicht sich geziemet.

Fünfter Gesang *).
Der Kamerinäer Phaumis mit dem Gespann.

Strophe 1.

Hehrer Kronen und Tugenden liebliche Blüthe,
Die in Olympia sprossten, des Oceans Tochter,

*) Anmerk. Diese 5te Ode ist nach der Böckhschen Eintheilung in Strophen; alle vorhergehenden nach der Heynischen übersetzt.

Nimm mit fröhlichem Geiste des unermüdeten
Mäuler- und Rossegespannes Geschenk vom Phaumis,

Gegenstrophe 1.

Welcher die Stadt, die der Kamerina geweiht ist,
Mächtig erhebend, die Völker ernährende, schmückte
Zwei mal sechs der Altäre den grössten Götter-Festen
Mit Hekatomben und Kampf durch fünf der Tage.

Epode.

Mit der Mäulergespann und einzelnem Rosskampf
Aber dir weihe er als Sieger herrlichen Ruhm.
Und er rief durch des Herold's Stimme den Vater
Akron auf und die neugegründeten Sitze.

Strophe 2.

Aber gekehrt von des Oenomaus und Pelops
Lieblichen Sitzen, o Stadt beschirmende Pallas,
Preiset er deinen geheiligten Hain, des Oanus
Strömungen auch und die weit hinflutenden Seen,

Gegenstrophe 2.

Und die heiligen Fluten, womit die Völker
Hipparis tränket, und fügt der erhabnen Gemächer
Hochaufstrebenden Hain in Eile, führend
Aus der Bedrängniss zum Lichte das Volk der Städte.

Epode 2.

Doch stets kämpft um die Tugenden Mühe und Aufwand
Bei dem Werk, das Gefahr einhüllt; der Erfolg des Glückes
Zeigt dann zuerst der Weisheit Jünger den Bürgern.

Strophe 3.

Rettender Zeus auf erhabnem Gewölb', der des Kronos
Höhe bewohnt und den weit hinströmenden Alpheus
Schirmt und des Ida's heilige Grotte, mit Flehen
Nah' ich zu dir mit der lydischen Flötengetön:

Gegenstrophe 3.

Schmücke die Stadt durch Preis hochherziger Helden,
Und dich, Olympias Sieger, der Rosse Poseidons
Dich erfreuend, dich trage, so fleh' ich das Alter
Greisender Jahre mit muthigem Sinne zum Ziele,

Epode 3.

Wenn dich die Söhne, o Phaumis, umstehn, wenn einer
Fröhliches Glück einschlürfend zur Fülle der Güter
Lob sich bereitet, er strebe nach Götter Geschick nicht.

E. A. Händler,
Pastor in Altenweddingen bei Magdeburg.



